DE ÆQVITATE

LIBER TERTIVS

In quo centum alię vtilisſimę Quęſtiones, in quibus de ÆQVITATE iudicari debet proponuntur, & plenisſimè examinantur,

Et vt plurimum Decretis Excellentisſimi Mediolani Senatus, & aliorum Supremorum Tribunalium comprobata.

Cum duplici Indice, altero quæſtionum, altero rerum, & verborum Notabilium, quæ in hoc opere continentur.

AB OMOBONO CALVINO I. V., ET S. T. D.
Canonico Scalenſi, IVLII CÆSARIS Patris opera tempore illius obitus adhuc complenda, in lucem editus,

ET SERENISSIMO PRINCIPI, ATQ. EXCELL.^MO SENATVI VENETO DICATVS.



MEDIOLANI, MDCLXXVI.

Ex Typographia Franciſci Vigoni.

Superiorum permiſſu, & Priuilegio.

1676. Die decima Martij.

DE mandato Adm. Reu. Patris Commissarij S. Offitij Inclytæ Ciuitatis, & Ducatus Mediol. labores exantlatos à I. C.C. D. Iulio Cæsare Caluino Dertonensi Aduocato, & Ciue Mediolanensi in libro 3., cuius titulus sit de Æquitate diligenter recognosci, nihilq; in eo deprehendidi, quod bonis moribus, aut Catolicæ fidei aduersetur, & ideo &c. & pro fide

Alexander Castillioneus I. C. C. Mediol. & Librorum Reuisor &c.

Stante attestatione supradicta

IMPRIMATVR

Fr. Antonius Maria Cruceius Sac. Th. Magister, & Commissarius S. Officij Mediolani.
Iacobus Saita Can. S. Ambrosij pro Eminentiss. D. D. Card. Litta Archiep.
Franciscus Arbona pro Excellentiss. Senatu.





SERENISSIMO PRINCIPI, ET EXCELL.^MO SENATVI VENETO,

OMOBONVS CALVINVS
I. V., & S. T. D. Scalensis Canonicus fel.



Eniam date (SERENISSIME PRINCEPS, EXCELLENTISSIMI PATRES) vt ibi sistens, quò confugere voluit Æquitas, antequam alio peteret, eò tutius sibi, quò gloriosius patrocinium nanciscatur. Diu mecum ipse luctatus, amaui ausus, & timui, incertus, vtrum quid iniquum Æquitas moliretur, cùm tantos Patronos, Vos videlicet, affectaret. Verebar, ne magnitudini vestræ foret iniuriæ, cum amari vellet à vobis, quos vel revereri, audere est. Timebam rursum, ne ipsemet læderem humanissimam maiestatem, si virtutem, quam odisse nescitis, ad vos procedere prohiberem, vt amaretur à vobis. Demum visum est iustum, vt in amplissima Venetorum Republica, hoc est in Regno Ciuilium virtutum proditura in lucem Æquitas probaretur, vt inde securior recederet, quò æstimabilior fieret tantorum Patrum auctoritate, ac nomine comendata. Quis enim temerè velit Æquitatem contemnere, quæ gerat in fronte eorum nomina, quorum meminisse non possumus, quin admiremur, nec recensere sapientiam, quin comendemus, quæ probant? Tanta nimirum estis apud omnes auctoritatis, vt vestro Areopago passim non dubitent Reges negotia Regnorum committere; & cæteri Principes in grauissimis causis oracula petere sapientiæ. Hinc etiam est, vt quicunque semel potest in Aulam illam planè regiam inferre pedem, vbi grauiore scrutinio summarum rerum

momenta pensantur, intuitus grauem Principis maiestatem, verendam grauitatem Patrum, sedentem in vultu consularem prudentiam, profiteri cogatur, quod olim de Romanis illi, non modò se cœtum Senatorum vidisse, sed Regum Senatum. Adeo vt consonum famæ sit multum, quæ audimus sæpe, non Europam, non orbem aut meliores Magistratus habere, aut maiores. Nempe perennat in vobis vetus regimen Romanorum, hoc tantum discrimine, vt in vestra Republica emendatum sit, si quid peccatum fuerat in Romana. Bonum vtique illud, sed non ex toto: optimum istud est, quia veri Numinis Religione purgatum, & Pietate perfectum. Felicissimos posthac populos dicam, qui tam optimum regimen nacti sunt; cum ita præstitis, vt non libertatem Ciuibus adimatis, sed plenissimam faciatis felicitatem. Porrò felicitatis huius pars non minima Æquitati debetur; cum beatè dumtaxat populi viuant, quos ex æquo Principes moderantur. En (SERENISSIME PRINCEPS, EXCELLENTISSIMI PATRES) cur ante cæteros in animo constituerim Vobis Æquitatem committere: nimirum, vt in hoc volumine, velut in speculo mores vestros inspiciatis, & qua præsertim virtute amplissimam Rempublicam felicem facitis, quam regitis Æquitate. Nihil hic doceri potestis, quia nihil nouum contingit vobis, quod spectet ad Ciuiles virtutes, quin prius assecuti fueritis, quàm legatis. Poteritis fortasse non parum iuuare cæteros, si quod docetis exemplo, paginis hisce descriptum prodeat probatione vestrâ, & amplitudine nominis obsignatum. Ego me Parentis mortui mentem assecutum reor, cum cogitauerim dicare Vobis, quod olim ipse, si viueret, non alijs, quàm vobis consecrasset. Debeo multum Patri, quòd inter fortunas suas aliquid superstiti filio reliquerit, quod vobis darem. Debeo plurimum vobis, si quod pronus offero, qualecunque est, acceperitis non indignati.



IN-

INDEX ARGVMENTORVM.

Quæ in hoc opere continentur.

INDEX.

CAP.

INDEX.

Pro

TRA:



TRACTATVS IVLII CÆSARIS CALVINI

PATRITII DERTONENSIS, AC CIVIS ET ADVOCATI MEDIOLANENSIS

DE ÆQVITATE

LIBER TERTIVS.

Cum perutili, & copioso, tùm argumentorum, tùm rerum, tùm etiam verborum, Indice.

SVMMARIA.

Ignorantia plures sunt species nu. 1.2.3.8.& 9.

Ignorantia probabilis est, quæ causabilis apparet pro tanto num. 4.

Ignorantia crassa, & supina est, quæ versatur circa factum publicum, & quæ neminem excusat nu. 5.23. 30. & 31.

Ignorantia alia inuincibilis, vt ex furore, seu dementia nu. 10.

Ignorantia iuris alia ciuilis, alia naturalis nu. 6. quæ quibusdam permititur, quibusdam non. n. 7. & 8.

Ignorantia ex negligentia excusat à tanto nu. 11.

Ignorantia affectata non iuuat nu. 12.

Ignorans, ac errans non semper excusatur num. 13. & 14.

Ignorantia facti proprij non admittitur n. 15.

Ignorantia iuris non excusat, sed facti nu. 16.

Contrarium verius nu. 17. & 18. nisi interuenerit culpa nu. 19. & tunc à tanto, & non a toto, num. 20. & 21.

Ignorantia vincibilis excusat à tanto nu. 21.

Ignorantia iuris dubij excusat, nu. 22.

Ignorantia probabilis excusat nu. 24.

Ignorantia in facto proprio non admittitur, quando agitur de lucro faciendo nu. 26. secus si de damno euitando nu. 27.

Sententia D. Pauli nu. 25.

Excommunicatus, & occultus, nec eligit, nec eligitur, num. 29.

Ignorantia probatur iuramento nu. 33.

Error quomodo probetur nu. 34.

Errare in iure quando quis dicatur nu. 35.

Error quando erranti noceat nu. 36. & 38.

Soluens per ignorantiam iuris non repetit solutum, num. 37.

Lex inserta in libro impresso, habetur, ac si promulgata esset nu. 39. Contrarium nu. 40. & 41.

Decretum Senatus, quo absoluitur hæres ob non adimpletam naturam testamenti, stante ignorantia num. 42.

Io. Baptistæ Cantoni Senatoris, ac Regentis Mediolani mencio, nu. 43.

Pœnalis dicitur dispositio testamentaria priuatiua hæreditatis, & sic restringenda nu. 44. & 45.

Modus, non conditio dicitur id, quod adimpleri debet post adeptam possessionem nu. 46.

Actor tenetur venire paratus ad Iudicium num. 47. & 52.

Reus non tenetur fundare intentionem actoris nu. 48.

Negatiua facti finito tempore, & loco limitati est probabilis num. 49. & 50. Contrarium si difficilis sit probationis nu. 56. & 114.

Actor sibi imputet, si intentionem probare nequit, num. 51.

Substitutus sub conditione probare debet euenisse casum nu. 53.

Non constat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse nu. 55. & 116.

Testatoris voluntati contra veniens efficitur indignus hæreditate nu. 57.

Pupillus quidquid videt, ignorat, nu. 58.

Pupillus æquiparatur furioso nu. 59.

Ignorantia præsumitur ad euitandam pœnam nu. 60. & probabilis circa factum prudentissimum quemquam excusat nu. 61.

Pupilli ignorantia respicit etiam ea, quæ publicè facta sunt nu. 62.

Ignorantia in pupillari ætate cœpta, continuata dicitur & in maiori ætate nu. 63. 64. & 67.

Pupilli defectus, & qualitates reminiscuntur nu. 65.

Interpellatio necessaria est, ad hoc vt hæres ponatur in mora circa dispositionem testatoris, nu. 66. 69. 117. 125. & 129.

Ignorantia ex trapnam est nu. 70.

Ignorantia pupilli illum excusat à priuatione hæreditatis nu. 68.

Ignorans dicitur iustè impeditus nu. 71.

Ignorantia dispositorum per testatorem admittitur num. 72.

Ignorantia fidei comissi sustinet venditionem bonorum fideicommisso suppositorum, & si competat actio ad pretium nu. 73. & 74.

Testatoris dispositio statuens solutionis diem ponit hæredem in mora num. 77. limitatur in mora priuatiua, in qua interpellatio requiritur nu. 78.

Contrauentio voluntati testatoris, alia est ob non adimpletum, alia ob factum, siue comissum nu. 80.

Contrauenire pro amissione facilius excusatur, quam comittendo nu. 81. & 82.

Implicita dispositio testatoris facilius excusat hæredem, quam explicita nu. 83. 88. & 122.

Tempus adeundæ hæreditatis non currit ignoranti num. 84.

Tutoris scientia testamenti non dicitur scientia pupilli num. 85.

Hæres extraneus præsumitur scire contenta in testamento nu. 86. præsertim circa pœnalia nu. 87.

Relatio ad priorem dispositionem in testamentis non dicitur continere explicitè conditiones, & qualitates in ea insertas nu. 88. sed per subauditum intellectum nu. 89.

Pupillus percepit tantum ea, quæ vidit nu. 90.

Ignorantia dispositorum in testamento probatur iuramento nu. 91. & 124.

Ignorantia dispositorum in testamento excludit negligentiam ex contemptu nu. 92.

Priuationi hæreditatis renuntiasse censetur is, cui hæreditas pertinebat in casu non adimplementi num. 93.

Rebus sic stantibus intelligi debet omnis dispositio nu. 94. & 100.

Splendor familiæ conseruatur per erectionem primogeniturarum nu. 95. & 100.

Successor in maioratu non tenetur ad debita antecessoris nu. 96.

Limitatur, si æs alienum fuit contractum pro conseruatione splendoris familiæ nu. 97.

Testatoris verisimilis voluntas pro expressa habetur num. 98.

Testatoris voluntas etiam coniecturata obseruanda venit nu. 99.

Diuitiæ conferunt pro conseruatione dignitatis familiæ, num. 101.

Modi habentis causam impulsiuam defectus non sufficit ad priuandam hæreditatem nu. 102.

Fideicommissum relictum sub modo, si hæres efficiatur presbiter, locum habet, si hæres decesserit in calibatu nu 103.

Principis factum excusat quemquam à promissione num. 104.

Impedimentum superueniens excusat adimplementum præcepti testatoris, nu. 105.

In dubio locus esse non debet pœnæ à testatore impositæ nu. 107.

Executione testamentariis data, hæres non adimplens non cadit in pœnam cōminatam, nu. 108. 109.

Testatoris dispositio ad priuationis pœnam non potest extendi nu. 110.

Scientia vnius qualitatis contentæ in testamento non infert scientiam alterius nu. 111. 123. & 136.

Annibal ante captam vrbem inuenitur de eius domibus, & palatijs disposuisse nu. 112. Imperatorem non decet ante partam victoriam disponere de hostium bonis nu. 113.

Distinguens dicitur proximus veritati nu. 126.

Conditio, siue modus deferendi nomen, & arma familiæ testatoris, dicitur leuis nu. 127.

Adimplementum conditionis, siue modi non dependens à voluntate grauati, non afficit grauatum, si illud non potuit adimplere nu. 128.

Præsentia actus arguit scientiam actus nu. 131.

Scientiam contentorum in testamento præsumitur in hærede extraneo, nu. 132.

Importantia actus arguit scientiam illius nu. 133.

Deputati locorum piorum præsumuntur instructi de rebus pijs lcis nu. 134.

Pupillus percipere potest purum factum, sed non qualitates facti nu. 137.

Hæres extraneus is dicitur, qui ab intestato succedere nequit nu. 139. & 140.

Facti specie mutata mutatur & conclusio nu. 141.

Hære-

Hæreditatis priuatio post longissimam illius possessionem dicitur continere damnum, non lucri amissionem nu. 142. & 143.
Hæreditas adita dicitur patrimonium proprium hæredis nu. 144.

Ignorantia facti, & etiam aliquando iuris, excusat à mora, & à pæna, ratione non adimplementi. Cap. CCI.

IGnorantia sæpe allegari ob omissionem non adimpleti facti passim auditur in foro, verum cum non omnis ignorantia admittatur; Cum plures sint species ignorantiæ; Alia scilicet Iuris, alia facti *cap. Tur-*
1 *batur §. notandum p. qu. 4.* & post alios scribit
2 Costa *tr. de Iuris, & facti ignor. Insp. 81. num. p.*
Ignorantia vero facti alia simplex, alia probabilis, alia crassa, & supina; Et rursus alia in facto proprio, alia in alieno.
Simplex ignorantia est vera, & non simulata, in qua peccantibus est parcendum *cap. Excellen-*
3 *tiss. 11. quæst. 3. cap. vlt. 25. quæst. 2.* Probabilis
4 est, quæ probari potest ex hoc quod causabilis
5 est pro tanto *cap. si quis simoniacus p. qu. pr.* Crassa autem, & supina ignorantia est, quando factum omnibus publicum ignoratur, quæ neminem excusat, sicut Iudei non excusantur, dum Christum aduenisse se ignorare profitentur *cap. vlt. p. qu. 4. cap. qui & diuinis 12. qu. 2. & cap. paratus 23. qu. 2. Est etiam tex. in leg. sed si pupillus §. de quo palam ff. de institat. actionibus vbi Bald. & cæteri & l. regula §. qui enim ff. de iuris, & facti ignor.*, Et hanc ignorantiam affinem voluntariæ ignorantiæ appellat Costa *d. tr. de facti scien. Insp. 81. nu. 12.*
Iuris ignorantia alia est iuris naturalis, quæ omni-
6 bus adultis, & discernentibus est damnabilis; Alia Iuris ciuilis, & canonici, quæ quibusdam
7 permittitur, quibusdam non *§. vlt. in fine p. qu. 4. & cap. si quis dederit 34. qu. p. & cap. quemadmodum 32. qu. 6.* Et hæc ignorantia Iuris ciuilis,
8 vel canonici excusat a tanto *cap. 2. quis dederit 34. qu. p. & cap. quemadmodum 32. qu. 6.* Et sic non a toto *§. vlt. prope finem p. qu. 4. & cap. presbiterum 32. distinct. Alber. in eius dictionario. Verbo ignorantia, alia est Iuris naturalis, & verbo sequenti Costa loco relato Inspecta 85. num. 8.*
9 Alia est Iuris quasi naturalis; & pariter eius ignorantia non excusat, *l. secunda Cod. de in ius voc. Dynus in Reg. 13. nu. 21.*
Alia est etiam ignorantia inuincibilis, quæ est ex
10 furore, vel dementia, quæ si est casu, non imputatur; si vero ex culpa, noxia est *cap. si, quis insanicus is, qu. p. Cum cap. seq.* Si autem ea pro-
11 cedit ex negligentia, excusat a tanto, sed non à toto *cap. quemadmodum 32. qu. 7.*
Affectata ignorantia dicitur, quando qui non vult
12 intelligere, vt bene agat *cap. vlt. 37. distinct*, & sic ignorans, sicuti non semper errat, ita aliquando non excusatur *cap. quamuis 38. distinct*, sed dando operam rei licitæ ignorans quid ex
13 facto suo sit secuturum; vt qui volens occidere feram, occidit hominem prope feram existentem, non dicitur peccare *cap. de occidendis 23. qu. 5. & cap. sæpe sexta distinctione 38.*
Id circo non auditur is, qui dicit se ignorare, quæ
14 tractauit *glo. in l. si seruus in verbo turpe esse ff. de orig. Iuris, & l. quamquam ff. ad Velleianum*,
15 quia ignorantia facti proprij prætendi non potest, vti habetur in *l. quamquam ff. ad vell.* Prout minime excusatur ignorantia Iuris, sed facti
16 *tex. in d. l. liberorum §. si qua ergo ff. de his qui notantur infamia & in cap. ignorantiam extra de reg. iur. in 6.*
DE AEQVITATE tamen excusatur etiam igno-
17 rantia Iuris, si ea est omnino inuincibilis, & inuoluntaria quando scilicet aliquis sine culpa sua scire non potest; Sicuti in infantibus, & amentibus à Natiuitate, & tunc excusat à toto, Et eodem modo, cum quis de aliquo casu dubitans consuluit peritos, ex quibus responsum habuit aliter, quam res requireret. Quia tunc ex-
18 cusatur ob talem ignorantiam, cum fecerit quod potuit; Si vero in hanc ignorantiam incidit culpa sua, aut fuit per opus licitum, & tunc
19 excusatur à tanto, non a toto *arg. cap. sæpe 50. distinctione, & cap. p. 13. qu. p.* Quamuis alij a toto
20 illum excusari affirment, quando nullum habet vsum rationis *cap. aliquot 15. qu. p. & probat Alber. in eius diction., verba ignorantia iuris.*
Vbi vero ignorantia Iuris sit vincibilis, & voluntaria, Tunc si fuit affectata, in nullo excusat, immo dicitur speciale peccatum; Si vero non fuit affectata, sed solum quia neglexit discere,
21 Excusat à tanto, non a toto *cap. in lectum 34. qu. 2.* & ita probat Alber. *loco citato vers. si vero ignorantia.*
Prout si ius obscurum est, tunc admittitur excusa-
22 tio ignorantię iuris, *Felin. cap. p. vol. 8. vers. huic omne quod excusatur de re iud.* & post alios tradit Costa *de tract. de facti scient. & ignor. Centur. pr. distinct. 21. nu. 2.*
A supina ignorantia excluduntur quæ de nocte
23 acta sunt, vel etiam in multitudine hominum; & ideo error in talibus tolerabilis est *tex. & glo. sing. in l. si cum exceptione §. in hac actione ff. quod metus causa Alber. loco citato in verbo ignorantia facilis est, Menoch. lib. 6. præsumpt. 23. Mascard. de probat. conclus. 879. Polid. Ripa de nocturno tempore cap. 64. quos commemorat Costa Inspect. 83. nu. p.*
Ignorantiam enim probabilem omni venia di-
24 gnã esse habetur *in d. l. fin. ff. de decre. ab ord. cognosc., & post Bal. & Castr. tradit Socin. Iun. cons. 228. nu. 68. col. p.* Hinc dixit Paulus Apo-
25 stolus *de quo in cap. consuetudo 8. distinct.* De his misericordiam merui, quia ignorans feci; AEQVVM etenim est, vt quod ignoranter committitur, nulla pena afficiatur *tex. in l. 11. fideiussor §. si*

cum debitor ff. mandati vbi Paulus I. C. Inquit
Ignoſcendum eſſe fideiuſſori, qui ſoluit, dum
ignoraret debitum fuiſſe ſolutum a principali,
quia diuinare nequiuit *l. ſi putatur ff. ad legem*
aquil.

In facto proprio ignorantia, aut talis certat de
damno euitando, aut de lucro faciendo, ſi de
26 lucro, error, ſiue ignorantia non toleratur, neq;
27 excuſat in proprio facto *l. quamquam ff. ad velle.*
Coſta Inſpect. 81. nu. 9, ſi de damno euitando, &
ſine tertij iniuria, tunc excuſat *l. ſed & ſi me pu-*
tem in princip. & §. non inter ff. de condit. indeb. &
l. ſi tibi liberum ff. de actione empti ac tradit Dy-
nus in dicta Reg. 13. in fine.

Ex quo deducitur, quod ignorans ſe eſſe excomu-
28 nicatum, nulliter impetrat benefitium, quia
agit de lucro faciendo *cap. Appoſtolica de cler.*
excomunicatis & aduertit *Coſta d. p. nu. 23. & 5.*
cum ſequentibus de prabend., vbi ſubdit, quod
29 etiam omnis ocultus excomunicatus non poteſt
eligere, nec eligi, de hac re *Menoch. conſ. 767.*
nu. 16. & conſ. 898. nu. 15. cum ſeq. & poſt eos *Co-*
ſta Inſpect. 95. nu. 4. cum ſeq.

In alieno vero facto, aut illud erat publice notum,
& tunc ignorantia non excuſat vt dictum fuit *l.*
ſed. & ſi pupillus §. praſcribere ff. de inſtituc. act.
5. gratia. lib. 3. diſcept. forenſ. cap. 549. nu. 55. Aut
31 non erat publice notum, & tunc excuſat igno-
rantia *l. fin. ff. pro ſuo, & cap. p. box. de reg. iur. Di-*
nus dicto loco nu. 21. Tenetur tamen inueſtigare,
vt excuſetur etiam in penalibus, & ſtatutis,
32 tam in conditione rerum, quam perſonarum
Gratia. lib. p. diſcept. forens. cap. 194. nu. p. cum
plur. ſeq. vſq; ad nu. 30.

Quæ ignorantia iuramento probatur *Tex. in cap. ſi*
33 *cum aliquis verſ. proprium iuramentum de eleg.*
lib. 6. glo. in cap. praſumitur de reg. iuris in 6. &
ſcribit Dec. conſ. 452. num. 26. cum ſeq. Seraſin. de
priuil. iuram Priuil. 4. Maſcard. de probat. Cancl.
821. & Coſta de facti ſcient. inſpect. 84. num. 2. &
Inſpect. 66. nu. 6. & Theſaur. Iun. Quaſt. famil. 49.
ſub nu. 7. in fin. lib. 4.

Error verò probatur eo ipſo, quod docetur rem
34 aliter ſe habere *Bar. in l. de atate §. qui iuſte ff. de*
interrug. act., & in l. non fatetur atq, in l. error ff. de
iuris, & facti ignor. Alcia. conſ. 79. col. 4. verſ. &
eo ipſo lib. 2.

35 Et errare quis in Iure dicitur, quando creden-
do teſtamentum validum, in quo teſtes non fue-
runt rogati, vel completum numerum non
conſtituebant, admittit quem choeredem, Et
36 tunc error nocet admittenti, ſicut confitenti *l.*
non fatetur ff. de confeſſis; Idem intelligitur ſi
ſoluatur illud, quod eſt naturaliter debitum, ſed
ciuiliter indebitum; Quia ſicut per ignorantiam
facti excuſatur ſoluens, & poteſt repetere, Ita è
contra, ſi per ignorantiam iuris quis ſoluit, non
37 excuſatur, & non poteſt repetere *l. cum quis C. de*
Iuris & facti ignor. & l. error ad legem falcid. Am-
ple Dinus in dicta reg. 13. nu. 2. & 3. vbi additio-
nator limitare contendit concluſionem, quando
Iuris ignorantiam allegans agit de damno eui-
tando *per d. l. Iuris ignor. de Iuris, & facti ignor. &*
idem Dyn. tradit ibidem nu. 9.

Huius ignorantiæ intuitu, ſi procurator ignorans
mortem Domini vendit proprietatem emptori
pariter ignoranti dictam mortem, de AEQVI-
38 TATE valet venditio, ob quam durat actio
mandati, ne procurator remaneat in damno *§.*
recte Inſtit. mandati Fabianus de empt. & vendit.
qu. 3. col. 7. verſ. quod ſi res Bertazol. clauſ. 5. glo.
p. nu. 4. & probat Gratia. cap. 18. nu. 42. Qui au-
ctor pleno *d. cap. 18.* plures tradit caſus, in quibus
ob ignorantiam facti acta ſuſtinentur.

Et ita iudicaſſe Rotam teſtatur idem Gratia. *in*
cap. 631. in fine, fauore Impreſſorum, qui con-
tra tenorem priuilegij nequis imprimere tale
opus ſub certa pæna, Illud impreſſerant, dum
nullam haberent ſcientiam dicti priuilegij, mi-
nuſq; illud, iuxta communem obſeruantiam
39 non fuiſſet inſertum in ipſo opere impreſſo, per
quam inſertionem habetur quis pro intimato.
Cum alias non poſſit dici, quod adſit notitia
eius, de quo non fuit facta mentio in libro im-
40 preſſo; Idcirco requiri publicationem *poſtquam*
non poteſt ampliùs prætendi ignorantia *glo. in*
cap. propoſuiſti in verbo non probatur 82. diſtinct.
Abb. in cap. paſtoralis col. p. in fine de fide Inſtru-
menti, & poſt alios ibidem tradit Gratia. *num. 2.*
probando *ſeq. nu.* non ſufficere, quod in libro im-
preſſo dictum fuerit adeſſe priuilegium Sanctiſ-
ſimi D. Papæ, quia illa generalis inſertio non
41 ſufficiebat, cum per eam non poſſit quis dici
perfecte ſcire omnes qualitates in priuilegio
contentas; ſed opus erat ſpeciali certioratione
omnium ibi deſcriptione *glo. in cap. concertationi*
in verbo ſcineris de appellat. in 6. Alex. conſ. 114.
col. 2. lib. p. Natta conſ. 636. nu. 192. cum ſeq. ſurd.
conſ. 82. nu. 11. & conſ. 150. nu. 136.

Et quia plura ſcripſimus ſuperiori anno pro excu-
ſatione à pena ob non factas implicationes a
Teſtatore ordinatas ignorantiæ contentorum
in teſtamento per Dominum Marchionem Ab-
duam, ad cuius fauorem cenſuit Excell. Sen. die
42 9. Aprilis 1650. refente Ampliſſimo tunc Se-
natore, nunc Illuſtriſſimo Regente Domino Io.
43 Baptiſta Cantono, non fuiſſe incurſam pænam,
ſed ille admitteretur ad faciendum implicatio-
nes à teſtatore ordinata; ſcripta ipſa, in quibus
ampliſſime diſcutitur materia, & alia multa no-
tatu digna hic inſerere opportunum duximus.

Excluſo patre, tanquam odioſus teſtatori, exclu-
ſus dicitur filius, vt natus ex radice infecta. *Surd.*
conſ. 85. decis. 41. cap. 17. quem ſequitur Theſaur.
quaſt. famil. 34. num. 15. 1650. die ſab. 10. April.
referente D. Senat. Cantono Senat. cenſuit non
eſſe locum pænæ priuationis, ſed teneri D. Mar-
chionis ad faciendas implicationes.

Prætium iuſti dicitur deductis expenſis exoneri-
bus, quia in legato dicitur ineſſe, quod ineſt de-
ducto onere, & expenſis, *Alb. Brun. de rebus du-*
bijs 32. circa quint. pertin. nu. 21. fol. 35. volum.
18. trac. 14.

PRO

D. Marchione Ambrosio Abdua.

Contra

D. Gasparem Abduam.

DAta validitate dispositorum in testamento q.
Pagani Abduæ, in quo iuxta narrata in facto
exhibito Fideicommissum constituit fauore
primogeniti eius filiorum, & illius descenden-
tium masculorum legitimorum. Illisq; omni-
bus deficientibus fauore Io. Antonij eius fra-
tris, & illius primogeniti in infinitum, Addita
obligatione implicandi quot annis quartam
partem fructuum dictorum bonorum sub pœna
priuationis d. hæreditatis, ad quam eo casu vo-
cauit d. primogeniti fratrem, à qua hæreditate
pariter exclusit filios natos ex muliere, quæ non
sit de Dominio Mediolani, Et eo non existente,
vel decedente sine filijs masculis legitimis, &
naturalibus, & sic in casu deficientiæ lineæ ma-
sculinæ Io. Antonij, vel priuationis d. hæredi-
tatis, substituit Erasmum pariter eius fratrem, &
illius primogenitum masculum legitimum in
infinitum, cum eisdem oneribus vt supra expres-
sis (verba præcisa testamenti)

Perpendendum est, an intentio D. Gasparis agen-
tis ad priuationem dictæ hæreditatis aduersus
D. Marchionem Ambrosium Abduam possesso-
rem d. primogenituræ, sub eo prætextu, quod
implicationes ordinatas à Testatore minime fe-
cerit, fundata sit, An verò a petitis veniat ab-
soluendus D. Marchio.

Pro clariori resolutione propositæ Quęstionis, Pri-
mo præmittēdum est hanc Testamentariam di-
spositionem priuatiuam hæreditatis dici pœ-
44 nalem, Quæ idcirco restringenda venit tam-
quam odiosa, & in casu tantum expresso decla-
randa iuxta dispositionem *cap. Odia de reg. iur. in
6.* Præsertim vero cum sit dispositio pœnalis Te-
statoris *l. si constante ff. de sol. matrim. Gozad. cons.
84. nu. 4. Alba cons. 97. nu. 41. Pacian. cons. 106.
num. 50.* quos in his terminis sequitur *Petra de
fideicom. qu. pr. nu. 122. & Peregr. cons. 31. nu. 8. &
nu. 12. lib. 5.*

Secundo præmitendum est aliquē nunquam incu-
rrere pœnam ob omissam executionem disposi-
torum per Testatorem, nisi prius ille constitu-
tus sit in mora, atq; habeat certam notitiam di-
spositorum in testamento, Non autem, si pro-
babilis vigeat præsumptio ignorantiæ conten-
45 torum in Testamento Doctores in *l. qui Roma §.
duo fratres ff. de verbor. obligat.*

Tertio præmitendum est testamentariam disposi-
tionem circa implicationem, de qua agitur, con-
tinere modum, Non autem conditionem, Cum
id adimpleri debeat post acquisitionem hæredi-
46 tatis *l. quibus diebus §. scomilius ff. de condit. &
demonstr.* Conditio vero purificanda veniat ante
hæreditatis consecutionem *l. quæsitum, & l. cum
conditiones §. p. ff. de fideicom.* de qua re amplè
*Peregr. de fideicom. art. 11. nu. 117. & nu. 139. &
tradit Pacian. d. cons. 106. nu. 50. cum seq.*

His sic præmissis plures discutiendi veniunt arti-
culi, & primo, an eius intentionem probasse di-
catur hic actor, nempe D. Marchionem non fe-
cisse implicationes; Quæ negatiua, cum dicatur
fundamentum eius intentionis, omnino erat
probanda.

Secundo, an ignorantia probabilis contentorum
in Testamento, saltem respectu obligationis im-
plicandi quot annis quartam partem fructuum
hæreditariorum, postquam fuerit effectus maior
annorum viginti, quam habuisse dicitur D. Mar-
chio, illum excuset à pœna priuationis.

Vltimo, an obligatio implicandi etiam duret, non
obstante graui diminutione fructuum d. hære-
ditatis ob bella continua, quibus vexantur,
quippe oprimuntur populi huius Dominij ab
anno 1610. citra, ob quæ multa corpora d. hæ-
reditatis infructuosa pœnitus effœta sunt, præ-
sertim in ditione Caneuesij.

QVOAD PRIMVM ARTICVLVM regulare
est, vt alias dixi, Actorem teneri venire para-
tum ad iuditium, & eius intentionem probare
47 *l. 2. ff. de probat. & l. Actor C. eodem tit.* Aliter
reus conuentus absoluendus venit *vul. l. qui ac-
cusare C. de edendo, Castrens. in l. cum filius famil.
48. §. in hoc vers. debuit enim ff de verb. oblig.* ac
late probat *Alex. Trentacinq. lib. 2. var. resol. tit.
de probat. resol. 2. nu. p. cum plur. seq. ac nu. 16. cum
seq. vbi nu. 19. scribit* conclusionem hanc locum
habere etiamsi constaret reum nullum ius fo-
uere, quod magis est, Quia ius actoris tantum
consideratur in decisione causæ; Cum itaq; D.
Marchio reus conuentus habeat pro se regu-
lam, cui standum est, alio non docto per Acto-
rem, absoluendus venit; neq; vllo modo tene-
tur ad fundandam intentionem Actoris, resisten-
48 te *tex. in l. frustra C. de probat. Surd. Decis. 322.
num. 40.*

Neq; releuat, quod negatiua improbabilis sit;
Quandoquidem in hoc casu negatiua hæc dici-
tur facti finiti, tempore, & loco limitati, quæ
49 dicitur probabilis, vt exponit *gl. in d. l. Actor C.
de probat. in verbo cum per cum in fine, & ibi tra-
dit Salic. quam glosam ponderat Ludouis. decis. 325.
num. 9.* Et ita iudicasse Rotam *tradit Farin. decis.
191. nu. 4. & decis. 671. nu. pr. Marius Antonius
var. resol. lib. 2. resol. 5. num. 15.* Prout in specie
huiusmodi negatiuam proponentem probare
50 debere scribit *Caualc. decis. 29. nu. p. part. 5. post
Vinium conclus. 138. com. opin. col. p. par. 2.*

Sibiq; imputandum est, si hic Actor suam intentio-
51 nem probare non valet, vt post *Abba. in cap.
bona nu. 14. tradit Cephal. cons. 47. nu. p. & scribit
Natta cons. 648. nu. 6. quos sequitur Mascard. de
probat. conclus. 1092. num. 4.* Quia eam omnino
probare debere actorem, vti principale eius fun-
52 damentum, inquit *Menoch. cons. 284. nu. 11. &
& cons. 722. nu. 46. Iuncto cons. 959. nu. p. Hercul.
tr. de probanda negat. nu. 2. Gratia. lib. 4. discept.
forens.*

forens.cap.666.nu. 16.& cap. 704. nu. 12. ac cap.
793.nu.9. Peregr.conf. 26. nu.24. lib.p. & Alex.
Galua. conf. 39. num. 5. atque post multos alios
probat *Ba z. decis. 101.nu. 8.& nu. 18. cum seq.*
& num.22.Surd.decis.104.num. 3.5.& 21.decis.
161.nu. 23.decis. 260.nu. 8.& decis. 316.nu. 14.
Giurba decis. 37. nu. 3. Tortus ad statutum Papiæ
78.in Ciuil. num. 4. Ratio est quia substitutus sub
conditione probare omnino debet euenisse ca-
53 sum *Gratia. cap. 536. num. 38.* conferunt etiam
tradita per *Rebuff. ad Const. Regni tr. de except.*
nu.155.fol.319.

Prout in indiuiduo, quod Actor teneatur probare
non esse factas implicationes à Testatore ordi-
natas, quando agit de priuando hærede, docet
54 *Bart. in l. penult. §. docere ff. ne quis eum, qui in*
ius, & in *Auth. hoc amplius nu. 7. vbi Salic. nu.3.*
C. de fideicom. Cui conclusioni conferunt scripta
per eundem *Bart.& alios in l. hoc iure ff.de verb.*
obligat. & expressius in conf. 137. nu. 4. quem se-
quitur *Castrens. cons. 29.in fine lib. 3. & Imola in*
cap. super his extra de Accusat. & post multos
per eum relatos terminaliter hanc sententiam
amplectitur *Honded.cons.68.nu.7. cum tribus seq.*
lib.2.& Peregr. de fideicom.art. 43.nu.12. ac no-
uissime defendit *Fusar. qu. 582. nu. 23.* a quibus
conuincitur *Cyriac.contr.519.sub nu.13.cum seq.*
contrarium affirmans in longè tamen diuerso
casu.

Non enim quidquam releuant ad constituendam
istam negatiuam probationem attestationes
Archiuistæ Von. Hospit. confitentes in illo Ar-
chiuio non reperiri adnotatas fuisse aliquas im-
plicationes factas per D. Ambros. Abduam ab
anno 1598. citra, (ita cantant attestationes.)

Quia implicationes factæ esse possunt, etiamsi in
eo Archiuio nõ reperiatur facta annotatio iux-
ta regulam, quod non constat hoc esse, quod
55 ab hoc contingit abesse *vul.l.neq; naturales C.de*
probat.& cap.2.de transl. Epist.de quibus Abbas in
cap.per tuas nu. 7. de probat. Probatio siquidem
erat facienda adhibita omni diligentia in Ter-
ritorijs illorum locorum, in quibus sita sunt
bona d. hæreditatis, & etiam in alijs dictis bo-
nis præsertim confirmantibus, reuoluendo eo-
rum catastra, ex quibus plenè quidem satisfactus
remansisset Actor iuxta concl. firmatam per
56 *Marescott.lib. 2.var. resol.cap.p. nu. 21. cum seq.*
Ludouis.Decis.13.nu.10.& 13.& decis.287.nu.4.
& 10. vbi asseritur negatiuam hanc plene esse
probandam, etiamsi esset dificilis probatio, non
autem improbabilis. Propterea hac vnica ratio-
ne obaudiendus est hic Actor, & sic à petitis ab-
soluendus venit D. Marchio.

DEVENIENDO ad secundum ARTICVLVM,
Quamquam regulariter contraueniens volun-
tati, siue præcepto a iure non improbato, Testa-
toris efficiatur indignus hæreditate, & ea pri-
57 uari debeat *tex. in l. post legatum ff. de illis quibus*
vt indignis, & l. si quis sepulcrum ff. de Relig. Dom.
Tamen locum non habet regula, quando vo-
luntarie non contrauenit hæres præcepto testa-
toris; Cum ergo primogenialis hæreditas, de
qua agitur, peruenerit ad D.Marchionem, tunc
pupillum idest anno 1601. cuius nomine posses-
sionem hæreditatis adepti fuerant eius Tutores
sub quorum tutela, & cura continuauit per alios
annos octo; Iuris indubitati est ipsum ignorasse
contenta in dicto testamento, præsertim respe-
ctu obligationis implicandi quartam partem
fructuum quot annis; Quia regulare est, quod
58 pupillus quidquid videt, ignorat *tex. in l. p. C. de*
falsa moneta, & consideratur in absente, qui
ignorans præsumitur *cap. quanta de præsumpt. ac*
tradunt Scrib. præsertim Bald. & Ias. in l. tres fra-
tres ff. de pactis; Quinimo furioso æquiparatur
59 pupillus *l. conditione vbi Bart. ff. de condit. furt.*
Francb.decis. 598. nu.p. & decis. 672. Galia cons.
106.nu. 96.cum seq. Caldas de restitut. in integrum
in verbo cum non ab similis nu. 27.

Quæ ignorantia præsertim præsumitur ad euitan-
60 dam pœnam priuationis, vt probat *Cran. cons.*
224. sub nu. 4. & 9. Et in proprijs terminis tra-
dit *Aldoninus inter consil. Peregr.cons. 29.nu.26.*
lib.5. quos sequitur Costa de facti scientia, & ignor.
Inspect.85.nu.18. Qui auctor *in inspect. 65. nu.6.*
concludit ignorantiam probabilem circa fa-
ctum prudentissimum quemquam excusare iux-
61 ta *tex. in l. 2. ff. de iuris, & facti ignor.* & quam
ignorantiam probabilem pupilli respicere
etiam ea, quæ publicè facta, aut dicta sunt, ne-
62 dum alia, probat *Menoch. cons. 617. num. 19. &*
Maluas.cons.86.nu. 26.vers. quinto dicitur, & nu.
7. cum seq. plur.

In qua probabili ignorantia in pupiliari ætate
63 cæpta, continuando in possessione *d. hæredi-*
tatis per Tutores sibi aquisita, perseuerasse di-
citur D. Marchio, vbi contrarium non doccea-
tur, prout huc vsq; doctum non fuit, ita termi-
naliter decidit *Socin. Iun.* omnino videndus *in*
cons.228.nu. 124. lib. p. per l. verius ff. de probat.
quem sequitur Francb. decis. 521. nu.9.& ample-
ctitur Menoch. cons. 213.nu. 75. præsertim in fine,
& nu.80. cum seq. qui loquitur de pupillo graua-
to restituere, qui ignorare præsumitur graua-
64 men, etiamsi deinde factus sit maior, *Maluas.*
cit.cons.86.nu. 27.cum seq. Surd.decis. 100.nu.24.
& cons.9.nu.24. cum plur. seq. vbi omnes pupilli
defectus, & infirmitates sensus narrat, Idem
65 probat *Bimius cons. 188.nu. 22.& cons. 294. nu.*
6.Caphal. cons.350. nu. 28. dicens ad euitandum
pupilli præiuditium præsumi ignorantiam.
Maximè vero in pænalibus, in quibus non suffi-
cit scientia præsumpta, Quippe requiri interpel-
lationem concludit, vt de scientia obligationis
66 constet, Id quod etiam repetit *in cons.720. num.*
26. Cum etenim omissio originem habuerit tem-
pore pupillaris ætatis, beneficium restitutionis
durare dicitur etiam post lapsum quadriennij
post perfectam ætatem, saltem ex clausula ge-
67 nerali iuxta traditionem *Castrens. in d. l. cum*
filius §. in hac vers. Tu tene ff. de verb. obligat.
Alba cons.229.nu.13.& 16.& Rim.Sen.cons.666.
nu. 5.& 6. lib.4.

Hac

Hac autem stante probabili ignorantia D. Marchionis quoad contenta in d. testamento, & præsertim circa obligationem implicandi portionem fructuum d. hæreditatis; Iuris indubitati est illum excusari à pæna ademptionis, siue pri-
68 uationis illius, tex. est apertus *in l. fin. ff. de decr. ab ord. cogn.* vbi Scæuola I. C. inquit pænas parratas esse aduersus scientes; Facit etiam *tex. in Auth. hoc amplius vbi Bal. sub nu. 10. & Ias. nu. 4. C. de fideicom. & tradit Castrens. cons. 371. num. 6. lib. 2.* quos sequitur *Socin. d. cons. 228. nu. 68. lib. pr.* qui in terminis ignorantiæ contentorum in
69 fideicommisso probat, quod ignorantia facti minimè supina est omni venia digna.
70 Ignorantia etenim extra pænam est *l. qui ignorans vbi Marsil. ff. de falsis, & l. Mesbrodorum ff. de pænis, l. 2. §. sed etenim ff. de Incend. ruı. & nauf.* Quia ignorans dicitur iustè impeditus, vt di-
71 ctum fuit ex *Costa citata Inspect. 87. nu. 4.* Et in indiuiduo quod ignoranti non currat tempus, per quod caussatur pæna priuationis ab aliquo, iure probat *Ancbar. cons. 173. D. Lazarus, & Bal. relatus à Peregr. cons. 72. nu. 12. lib. 3.*

Quæ ignorantia sicuti non admittitur in his, quæ de iure prohibita sunt, Ita a contrario sensu locum habet in his, quæ prohibita tantum sunt per Testamentariam dispositionem, atq; etiam
72 per statuta, vt post Dinum probat *Franch. decis. 521. n. 26. & seq. Serafin. de priuil. iuram. priuil. 4. Mascard. de probat. conclus. 881. & post eos tradit Costa de facti scient. cit. Inspect. 84. nu. 2. cum seq.*

Hinc concludunt Scribentes, quod attenta fideicommissi ignorantia, valet alienatio bonorum
73 fideicommisso suppositorum *tex. in l. vlt. §. vlt. ff. de lega. 2. & scribit Mascard. conclus. 779.* Quamuis competere actionem ad pretium su-
74 bijciat ibidem idem auctor, quem sequitur *Bimius cons. 252. nu. 12. & 14.*

Idem dicitur de diuisione facta contra ordinata per Testatorem, quam ignoranti instituto, siue
75 substituto, minime præiudicare probat *Bar. in l. qui Romæ §. duo fratres vbi Ripa ff. de verb. oblig. & tradit Costa d. tr. de facti scient. Cent. p. distinct. 64. nu. 13.*

Necessariam igitur esse interpellationem ad instantiam substituti, vt fideicommissarius constituatur in mora, & incidat in pænam, est apertus
76 *tex. in cap. nos quidem de Testam.* Vbi Summus Pontifex mandat pro legato facto piæ caussæ sub pæna priuationis hæreditatis, debere moneri hæredem, & requiri lapsum anni post monitionem, antequam deueniatur ad priuationem, ac probat *Bald. in d. Auth. Hoc amplius C. de fideicom.* qui licet in mora constitui hæredem tradat, quando per Testatorem apposita fuit
77 dies solutiones legati iuxta *text. in d. Auth.* Hoc amplius; Non tamen procedere illius dispositionem subijcit Bal. quando agitur de committen-
78 da mora priuatiua, vt hoc in casu, quia tunc semper necessariam esse interpellationem iudicialem concludit, vt locus esse possit priuationi hæreditatis, quod notatu dignum est. *Gozad. cons. 34. nu. 6.*

Hanc sententiam amplecti videtur Lapus *Allegat. 87. quæst. seq. Abbas in cons. 59. sub nu. 3. vers. Verum tamen lib. p. & in cap. Si hæredes sub num. 4. vers. & dicit ibi glos. & sub nu. 5. vers. si vero hæres de Testam.* Et quam conclusionem egregiè defendit Thobias Nonius *Cons. 28. nu. 2. in fine, & nu. 3. cum seq. plur.* multasq; rationes, & auctoritates allegat pro corroboratione d. conclusio-
79 nis, etiam in caussis pijs (quod magis est) *atq; nu. 8. cum seq.* ad contraria respondet, eaq; tollit. Eandem sententiam strenue comprobant *Crau. cons. 59. nu. 7. cum seq. Menoch. cons. 131. nu. 6. cons. 265. nu. 4. cons. 523. nu. p. cum seq. cons. 653. nu. 17. & 18. & cons. 1113. nu. 24. cum seq. Pacian. all. cons. 106. nu. 53. Peregrinus de interpret. vlt. voluнт. interpret. 2. dubit. 4. nu. 3. cum seq. plur. & nu. 94. Honded. cons. 68. num. 25. lib. 2. Alex. Galua. cons. 14. nu. 39. & Randens. decis. Pisana 26. nu. 73.* qui distinguit inter contrauentionem factam dispositioni testatoris sub pæna priuationis ob
80 non adimpletum, siue factum, atq; inter contrauentionem ob factum, siue comissum.

Quia primo casu (qui nostro conuenit) necessariam esse interpellationem concludit ad hoc, vt hæres negligens adimplere cadat in pænam; Secundo verò casu, absq; alia interpellatione committitur pæna, cum maior sit culpa in commit-
81 tendo, quam in omittendo ex *Baldo in d. Auth. Hoc amplius nu. 16.*

Cuius conclusionis rationem eam præcipuè esse subijcit *Randens. post Felin. cons. 34. num. 11.* Quia vbi pænalis dispositio loquitur negatiuè, Vt si non fecerit, incurrat pænam priuationis, esse potest quod omiserit facere ob iustam caussam, Et idcirco necessaria est interpellatio, vt in pænam incidat non adimplens, & obligatus ad faciendum. Quæ excusatio locum habere nequit in contraueniente comittendo contra voluntatem Testatoris, non in omittendo, cum omissio
82 veniæ digna dicatur, vt in hoc casu, iuxta *tex. in l. p. & 2. C. si aduersus delictum, & docet Castrens. cons. 47. vltra ea lib. 2. & in l. cum filius §. In hac re non dicitur vers. Tu tene ff. de verb. oblig. Peregr. cons. 8. nu. 44. lib. 3.*

Quam distinctionem inter actum comittendi, vel omittendi factum à pupillo comprobat *Surd. cons. 25. num. 21. & sequit. Ciriac. citata controu. 529. nu. 27. lib. 3. & Gratia. lib. 2. discept. forens. cap. 223. nu. 44. & cap. 523. nu. 26. lib. 3. atq; cap. 798. nu. 10. lib. 4. ac Fusar. de fideicom. qu. 582. nu. 5. & nu. 10.* Prætertim quando explicitè non obligatur hæres ad quid faciendum certa die, vt
83 declarat idem *Gratia. cap. 579. nu. 14.* Sed implicitè id subaudiri supponitur; Quia tunc absq; difficultate procedit firmata conclusio.

Quemadmodum etiam dicitur de tempore adeundæ hæreditatis, quod ignoranti non currere
84 probat *Bal. & cæteri in l. quamdiu C. qui admitti, & Bar. in l. si venero ff. de his, qui notantur infamia Paris. cons. 34. lib. 4.* quos sequitur *Costa citata inspect. 88. nu. 3. de facti scient. & ignor.*

Neq; enim nocere potuit D. Marchioni scientia

Tuto-

Tutorum. ſi eam habuerant de omnibus diſpo-
ſitis per Teſtatorem; quia illa non dicitur ſcien-
tia pupilli, vel minoris, quando agitur de illius
præiuditio, ſiue damno conſiderato effectu
85 *Curt.Iun.conſ.8.nu.3.& 4.Zucard.conſ.66.nu.29.*
Burſa.conſ.95.nu.16.lib.p. Et poſt eos *Carpa. ad*
ſtatutum 116. nu. 22. lib.p. Et terminaliter probat
Thob.Nonius alleg.conſ. 28.nu.6. qui loquitur de
Agentibus monaſterij ſubſtituti, à quo non fue-
rant adimpleta ordinata per teſtatorem, quo-
rum omiſſionem non eſſe aliquo modo præiudi-
cialem monaſterio deffendit, & in terminis his
proprijs comprobat *Menoch.d.conſ. 213. nu.80.*
& conſ.237.nu.29.

Ceſſante idcircò pænitus ea iuris Concluſione in
hoc noſtro caſu, quod hæres extraneus præſu-
mitur ſcire contenta in Teſtamento, dum illo
vſus fuit ad acquirendam poſſeſſionem hæredi-
86 tatis iuxta traditionem *Pariſij conſ.91. num.47.*
cum tribus ſequen.lib.2. Namq; cum poſſeſſio hæ-
reditatis fuerit acquiſita mediante perſona Tu-
toris, ceſſat in pupillo præſumpta ſcientia con-
tentorum in teſtamento, vt dictum fuit.

Et quatenus teſtamentariæ ſucceſſionis ex fidei-
commiſſo ſibi fauorabilis ſcientiam habuiſſet D.
Marchio, & illam probaſſet Actor, ea in abſtra-
cto conſiſteret, non autem in concreto, atq; ad
circonſtantias, & præciſas qualitates vocatio-
nis, cum oneribus illi iniunctis ſe extenderet, de
quibus pupillus etiam maior factus ſcientiam
præciſam habuiſſe non præſumitur, præcipuè
87 circa pænalia *tex.in l.pupillus 9. ff.de acquir.ha-*
red. & poſt multos per eum relatos probat *Ce-*
phal.cit.conſ.120. nu.24. cum ſeq. Quam conclu-
ſionem terminaliter amplectitur *Paulus de Mon-*
tepico conſ.56.ſub nu.7. verſ. Et ſi dicatur, Vbi ex-
preſsè tradit pupillum non dici habuiſse ſcien-
tiam certam teſtamenti, & omnium contento-
rum in eo, etiamſi hæreditatem adiuerit opera
Tutoris, vigore Teſtamenti.

Potuit enim D.Marchio veriſimiliter habere ſcien-
tiam fideicomiſſariæ ſubſtitutionis, cuius virtu-
te vocatus fuit ad hæreditatem, & ignorare im-
poſitum onus implicandi; præſertim cum in
caſu ſubſtitutionis, cuius vigore vocatus fuit, ex-
preſſis verbis non fuit impoſitum tale onus im-
plicandi, quod expreſſum fuerat in antecedenti
ſubſtitutione facta fauore Io. Antonij, & eius li-
neæ; Sed tantum per verba generalia cum di-
ctis obligationibus, & prohibitionibus, vt ſupra;
Ex ſic per relationem ad priorem ſubſtitutio-
nem; Quo caſu clarè, & explicite apparere non
dicitur de huiuſmodi obligatione implicandi
88 quot annis quartam partem fructuum *l. non hoc*
C.vnde legitimi. Quoniam ex ſeparatis bene non
89 infertur *vnl.l.Papinianus ff.de minoribus*, ſed per
interpræetationem, & ſubanditum intellectum,
& conſequenter implicitè, non autem explicitè,
& clarè, vt inquit *Alba conſ.229.ſub nu. 11.verſ.*
Et puto; Quo caſu nonquam locum eſſe pœnæ
notiſſimum eſt.

Quam diſtinctionem in terminis ſcientiæ pupilli
90 comprobat *Natta conſ. 18.nu. 21.* vbi in indiui-
duo ſcribit pupillum percipere ea tantum, quæ
vidit, Ideſt purum factum, non vero circon-
ſtantias facti, quæ intellectu percipiuntur; Cum
in his de facili falli poſſit pupillus *text.in d. l.p.§.*
Impuberes C. de falſa moneta, Et quam ſenten-
tiam etiam in hærede extraneo, & maiore in
noſtris terminis defendit *Ciriac. allegat. contro-*
uerſia 519. à nu.p. vſq; ad nu. 7. Cui concluſioni
conferunt tradita per *Rol.conſ.72. ſub nu.20.lib.*
4. Et quam ſequitur Fuſarius de fideicom. qu. 595.
nu.4.21.& 43.

Et quam ignorantiam tanquam concernentem di-
ſpoſitionem Teſtatoris, non autem diſpoſita
per ius commune, iuramento D. Marchionis
probari poſſe vti veriſimilem, & ab animo pen-
91 dentem, tradit *glo.in cap. præſumitur de reg. iuris*
nu.6 & ſcribit Dec. conſ. 452.nu.26. cum ſeq. Se-
raſin. de priuil. iuram. priuileg. 4 Et Maſcard. de
probat.concluſ. 881.& Coſta d. Inſpect.84.nu.2.&
ſeq. qua ſtante ignorantia non poteſt conſide-
rari negligentia, ſiue contemptus in exequendis
92 ordinatis per Teſtatorem *hoc in caſu l. ſi igno-*
rans ff. locati, & poſt alios probat Gratian. cap.
631. nu. 20.

His additur, quod cum proximiores vocati ad pri-
mogenituram tam in caſu mortis, quam con-
trauentionis, non egerint ad pœnam priuationis,
etiamſi optimè ſcirent, vel ſcire deberent huiuſ-
modi contrauentionem, (ſi ea fuiſſet comiſſa,
quod non admittitur) tanquam plenè edocti de
continentia Teſtamenti, qualis fuit D. Domi-
nicus primogenitus lineæ Gaſparis ſenioris, à
qua venit Actor, & ætate maior, tempore quo
admiſſus fuit ad d. primogenituram D.Marchio,
licet ſuperuixerit per annos triginta, & vltra à
die, quo D. Marchio poſſidet primogenituram,
renontiaſſe cenſetur d. priuationi, vel eam re-
93 miſiſſe *Nonius d.cum. 28. nu. 10. Cran. conſ.59.*
nu.7.& 8.& conſ. 80. nu. 19. Viuius deciſ. 18.nu.
17.& 18.& deciſ.183.nu.9. & Magon. deciſ.Flo-
rent.16.per totum.

Pro TERTII ARTICVLI explicatione obſer-
uandum eſt ordinatam per Teſtatorem impli-
cationem quot annis fiendam intelligi debere
94 rebus ſic ſtantibus, non vero his mutatis *Me-*
noch.conſ.34.nu. 10.& conſ. 134.nu.5. Cum itaq;
ob ſuperuenta bella iam quadriginta ferè exa-
ctis annis onera bonis impoſita incrementum
tale fecerint, vt vix quarta pars fructuum, quæ
antea percipi ſolebant, remaneat D. Marchio-
ni; implicationibus locus eſſe non debet, ne ijs
factis, nil remaneat D. Marchioni pro expenſis
familiæ; Has namq; veriſimiliter omiſiſſet Pa-
ganus Teſtator, ſi ſuperuixiſſet, ne ea deducta
portione implicationibus ſuppoſita, nihil pæ-
nitus, vel quid minimum remaneret D. Mar-
chioni primogenito ſubſtituto, cum familiæ
Abduæ decoris, & ſplendoris iactura, contra
expreſſam mentem eiuſdem Teſtatoris, qui pri-
mogenituram erexiſſe declarauit pro maiori
95 decore familiæ Abduæ *glo. in l. non ad ea verſ.*

Eat causas ff. de condit. & demonstr. Paris. cons. 91. num. 40. lib. 2. Peregr. de fideicom. art. 35. num. 22. in fine.

Quinimo tantæ potentiæ est dignitatis familiæ
contemplatio, vt licet regulariter successor in
maioratu non teneatur ad debita antecessoris, vt
96 scribit *Malina de primog. Hisp. lib. p. cap. x.* Atta-
men, si huiusmodi debita contracta sint contem-
platione dignitatis familiæ, teneri successorem
97 in maioratu ad ea probat *Padil. in repet. l. vnum
ex famil. §. si de falcid. nu. 8. ff. de lega. 2. Perals. in
l. 3. §. fideicommissum num. 133. cum seq. ff. de hered.
instit. quos sequit. Cancer. var. resol. lib. 3. cap. p. nu.
151. de action. & obligat.* Quanto magis ergo ex-
cusandus est D. Marchio primogenitus ab im-
plicationibus ordinatis, si ob fructuum diminu-
tionem implicationes non fecisset, nedum debi-
ta contraxisset pro dignitatis, & decoris fami-
liæ Abduæ manutentione.

Verisimilis verò Testatoris voluntas pro expressa
98 habetur iuxta *l. Titius §. Lucius ff. de liber. &
posth. & l. tale pactum §. fin. vbi glo. ff. de pact. ac
probat Decian. cons. 106. nu. 37. & sequit. Peregr.
cons. 43. nu. 7. lib. 3. Men. cons. 233. nu. 4. cons. 235.
nu. 21. & cons. 1210. nu. 7.* Esto quod Testatoris
voluntas etiam coniecturata obseruanda venit
99 *l. conditionib. & l. publicis §. fin. ff. de condit. & de-
monstrat. & tradit Paris. sæpius citato consil. 91.
num. 28. lib. 2. & sequit. Alex. Galuanus cons. 14.
num. 37.*

Contrarium siquidem sequeretur eius, quod Testa-
tor cogitauit, vbi per implicationes ordinatas
absorberetur tanta pars fructuum d. hæredita-
tis, vt ex reliquis commodè, & cum decore fa-
miliæ Abduæ sustineri non possent expensæ
100 tantæ domus contra expressum *tex. in l. si man-
cipia ff. de fundo instructo, & l. legata inutiliter ff.
de lega. p. ac late scribit Pacian. cit. cons. 106. nu.
33.* Quia pro decoris, & dignitatis conseruatio-
ne potissimum conferre diuitias notum est, cum
101 alias sine diuitijs sordesceret familia *l. quisquis
C. ad legem Iul. Maiest. & tradit Bart. in l. p. C. de
dignit. lib. 12. scribentes in cap. Grandi de supplenda
negl. prælat. lib. 6. & tradit Paris. d. cons. 91. num.
53. lib. 2.*

In indiuiduo autem, quod per non obseruantiam
præcepti facti à Testatore sub pæna, siue modo
priuationis, si ille modus respiciat honorem
Testatoris, siue eius Domus, aut familiæ, non
incidat in pœnam priuationis fideicommissarius,
probat idem *Paris. cons. 15. col. vlt. & cons. 19. nu.
52. cum seq. lib. 2. quem sequitur Pereg. de fideicom.
d. art. 11. nu. 121.*

Præcipue quia, sicuti finalis causa erectionis d. pri-
mogenituræ fuit ratio decoris, & splendoris fa-
miliæ Abduæ, vt dictum fuit, impulsiua vero
ordinatio implicationum, vt scilicet in futurum
maiores essent redditus d. primogenituræ, ex
quibus splendor familiæ manuteneri, & conser-
uari valeret, Ita ob defficientiam modi habentis
causam impulsiuam priuari non debet D. Mar-
102 chio commodo primogenituræ, *vt post Bal.
& Dec. probat Cran. alleg. cons. 59. nu. 4. quos se-
quit. Peregr. d. art. 11. nu. 125. & Gratia. cap. 722.
nu. 20. lib. 4.*

Huic conclusioni conferunt quæ tradit *Alex. cons.
100. nu. 6. cum seq. lib. 4.* vbi relicto fideicommis-
so sub conditione, siue modo, si hæres efficiatur
Præsbiter, locum illud habere concludit, si hæ-
103 res decesserit sine liberis, etiamsi factus non sit
Præsbiter effectu considerato talis conditionis;
Quia Testator per huiusmodi conditionem co-
gitasse censetur, quod hæres grauatus non ha-
beret liberos; Idcircò satis est satisfactum effica-
citer voluntati Testatoris per æquipollens, si
non specificè, vt ibidem innuit *Alex. sub num. 6.
per l. mulier ff. ad Trebell.* & probat in consimili-
bus terminis *Oldra. cons. 257.* factum tale est, quos
sequitur *Cran. cit. cons. 59. nu. 5.*

His igitur attentis, voluntaria dici non potest om-
missio implicationum (quatenus facta fuisset, id
quod non admittitur) a testatore ordinata; sed
facto Principis, siue casu accidisset, quo casu mi-
104 nimè teneri D. Marchionē notum est iuxta *cās.
Bal. 395. nu. 2. lib. 2. & Cran. cons. 233. nu. p. & 2.*
Idcircò in priuationis pæna minimè incidisset
D. Marchio; vt dicitur de eo, qui morte, vel alio
impedimento præuentus Testatoris præceptum
adimplere nequiuit, qui idcircò a comminata
105 pæna excusatur, vt per *l. multa ff. de condit. &
demonstr. & l. edicta ff. de iure Fisci probat Prat-
tus de interpretat. vlt. vol. interpretat. 2. dub. 4. nu.
40. cum seq. plurib. & tradit. Franc. de Ponte cons.
4. nu. 47.*

Namq; defectus modi non adimpleti, ex rationabi-
li causa proueniens, qualis est diminutio reddi-
tus belli causa in longe maiori quantitate, quam
importabat implicatio ordinata, priuationis
pænam nequit inducere, cum testator, vt di-
ctum fuit, rebus sic stantibus, implicationem fieri
voluisse verisimile valdè sit, vt in terminis pro-
106 bat *Aret. in cons. 94. col. 3. vers. pro his Alex. cit.
cons. 100. sub nu. 6. vers. in contrarium lib. 4. Dec.
cons. 238. num. 38. in fine quos sequitur Cran. cons.
59. nu. 6.*

In dubio autem pænæ per testatorem impositæ
107 locum non esse iudicandum est, vt scribit *Dec.
alleg. cons. 452. nu. 7. per l. si præses ff. de pœnis*, pro
vt rei fauore in dubio iudicandum esse notum
est, & inquit *Dec.* loco relato.

Neque ommittendum est, quod in hac testamen-
taria dispositione electi fuerunt in executores
testamentarij DD. Deputati Ven. Hospitalis
Magni Mediolani, qui curare haberent, vt fie-
rent dictæ implicationes debitis temporibus, vt
legitur in dicto testamento; Quo casu hæres non
adimplens non cadit in pænam comminatam
108 *tex. est in l. multa ff. de condit. & demonstr.* Et ita
expresè probat *Bar. in dicta Auth. hoc amplius
nu. 6. Cod. de fideic.* & ibi cæteri scribentes; dan-
do enim executores speciales Testator videtur
voluisse de ijs confidere, quorum interpellatio-
109 ne in mora constitui hæres debebat *arg. Auth.
de Eccl. tit. §. si quis autem*, de qua interpellatio-

ne nullibi, cum nunquam facta fuerit neq; ipſi D. Marchioni neq; eius præceſſorib. admiſſis ad d. Primogenituram.

Quod verò pæna priuationis d. hæreditatis impoſita æquè ſit, in caſu non conficiendi Inuentarium ſingulo decennio, vt erroneè ſupponit Actor ſi bene legatur Teſtatoris Diſpoſitio, illud tantum fuiſſe iniunctum primis hæredibus ſub pæna priuationis comperietur, non autem ſubſtitutis, in quorum vocatione implicitè, non autem explicitè locutus fuit Teſtator circa pænam priuationis, quam in caſu ſubſtitutionis minimè expreſſit; prout ſubſtitutos onerauit tantum ad deſcriptionem bonorum immobilium, inſtitutos verò etiam ad deſcriptionem mobilium obligauit, itaut diuerſimodè diſpoſuerit Teſtator in Inſtitutionibus eius filiorum, & in ſubſtitutionibus tranſuerſalium; propterea neq; ad pænam priuationis extendi debet diſpoſitio
10 Teſtatoris, de qua minimè fuit locutus *l. vnica §.ſin autem ff.de caduc. toll. Menoch. conſ.150.nu. 65.& conſ.289.nu.4.& 18.*

Non etiam obſtare poteſt, quod ſolutiones legati annui aureorum decem, factæ ab eodem Teſtatore Ven. Hoſpitali indicent ſcientiam ſpecificam D. Marchionis contentorum in d. Teſtamento; quia ſcientia vnius qualitatis contentæ in teſtamento non influit in ſcientiam omnium contentorum in eo, cum ex diuerſis non benè
11 inferatur *vulg. l. Papinian. ff. de minor. 25. annor. Menoch. conſ. 248. nu. 37.* tum enim diuerſa, & quamplura ſint capitula contenta in d. teſtamento, potuit D. Marchio ſcientiam habere de vno ex ijs, & de alijs non; in quibus diuerſa militat ratio, vt perpendit idem *Menoch. conſ.106. nu.305.cum ſeq.* & in puncto teſtamenti concludit idem *Menoch. conſ.181. nu.27.& 28.*

Prout in facto verum neq; eſt, legatum ipſum factum fuiſſe intuitu oneris conficiendi inuentarium ſingulo decennio, vt apertiſſime liquet, dum ordinauit Teſtator expenſam conficiendi inuentarium non debere excedere aureos decem, detractis cibarijs, & penſionibus qui conducti ſubminiſtrandis per hæredem; ergo alia ſcuta nonaginta ſoluta per alijs annis nouem, in quibus non cadis inuentarij confectio legata dicitur alia de cauſa, & ſic pietatis verſus d. Ven. Pium Locum, non ratione conficiendi inuentarium.

Cæterum, quatenus priuationi locus eſſet (quod omnino negatur) non propterea factus eſſet locus ſubſtitutioni ipſius Actoris deſcendentis à Gaſpare ſeniore, in quinta ſubſtitutione vocato, & ſic poſt lineam Eraſmi, Ioannis, & Bertolini proximiorum teſtatoris, namque cum notorium ſit adhuc viuere plures, & plures maſculos legitimos ex linea Eraſmi primo loco vocati, & natos ex muliere Dominij Mediolani, ex qua ortum habuit D. Marchio, certiſſimi iuris eſt non poſſe fieri locum ſubſtitutioni, in qua vocatur hic Actor, præſertim illis non citatis, neq; in hoc iuditio interuenientibus.

Non enim quærendum nunc eſt, an illis obſtent deducta, & mendicata per Actorem, ſed expectandus eſt euentus prætenſæ ſomniatæ priuationis d. hæreditatis, quo caſu experiri poterit de eius iuribus Actor contra dictos primo loco, & antecum vocatos, & an illi, vel ipſe induat Veſtem nuptialem; Non declarato enim caſu priuationis, fruſtra contendit Actor, vt poſthabitis alijs primo loco vocatis, ille præferatur in d. hæreditate. Videretur etenim agi de diuidenda pelle leonina, vt eſt in adagio, antequam caperetur
12 Leo, vt eueniſſe Annibali referunt Hiſtorici, præſertim Liuius, qui antè captam Romanam Vrbem, quam nunquam capere potuit, de illius Domibus, & Palatijs inconſulto diſpoſuerat, Cum Imperatori non conueniat de Hoſtium bonis diſponere, niſi parta Victoria, vel
13 illis expulſis *l. ſi captiuus ff. de captiu. & poſt lim. reuerſ.* & ample tradit *Coterus de re milit. tit. de iure militum lib.2.cap.22.pag.122.cum ſeq.lit. E.& A. cum ſeq. Ferattus de re milit. tit. an victi Hoſtes ſint perſequendi nu.27.pag.330.*

Non etiam militat deducta ratio ab Aduerſante, quod D. Marchio alias opulentas poſſidet hæreditates, ex quibus numeroſam familiam cum ſplendore Abduæ Domus alere poteſt, non retardatis ordinatis per Teſtatorem implicationibus, quia non eſt quod ſuper alijs D. Marchionis opibus ſe fundet Actor, Sed tamen metiri debet, an ſolutis oneribus bonis incumbentibus, atq; ex ijs nitidis fructibus deducta quarta parte implicanda iuxta per teſtatorem ordinata, tot remaneant fructus d. primogenialis hæreditatis, ex quibus commodè ali, & ſuſtineri poſſit familia D. Marchionis cum ſolito decore, & ſplendore Abduæ domus, & ſanè certiſſimum eſt ſufficientes illos non eſſe pro expenſis ſolitis trimeſtralibus, nedum pro integro anni curſu.

Multa alia deduci poſſent contra Actorem, præſertim ob longiſſimam præſcriptionem bonæ fide acquiſitam per D. Marchionem curſu annorum 47. decurſorum ante motum iuditium, videntibus, ſcientibus, & patientibus D. Domino primogenito lineæ D. Gaſparis ſenioris, & deinde D. Io. eius filio, quorum taciturnitas ferè per dimidium ſæculi ſibi præiudicaſſet, & D. Marchionis bonam fidem confirmaſſet: quippè eiuſdem Actoris longum ſilentium ſibi præiudicaſſet, præſertim poſtquam maior ætate euaſit anno 1628. & ſic per longum tempus annorum viginti poſtquam maior factus eſt, dum profitetur ſe natum fuiſſe anno 1608. Attamen cum ex alijs deductis fundamentis in tuto eſſe ius D. Marchionis conſtet, ſuperfluum eſſe arbitror diutius circa dictam præſcriptionem, & ſilentium immorari, & ita iuris eſſe cenſeo ſub cenſura &c.

Mediolani die 15. Martij 1650.

Iulius Cæſar Caluinus.

SVMMARIVM, SIVE MEDVLLA,

Eorum, quæ sunt consideranda in causa D. Marchionis Ambrosij Abduæ contra ipsum mota per D. Gasparem Abduam.

QVod non fecerit implicationes D. Marchio, & sic negatiuam tamquam fundamentum
114 eius intentionis probare teneatur *Actor tradit glo. in l. actor C. de probationibus*, quæ distinguit inter negatiuam facti finiti, loco, & tempore limitati, & negatiuam facti infiniti, & sic improbabilis, & hanc sententiam sequuntur.

Bart. in Auth. hoc amplius C. de fideic. & cons. 137. num. 4.
Menoch. cons. 284. nu. 11. cons. 722. nu. 46. & cons. 959. nu. p.
Herculanus tr. de probanda negatiua nu. 2.
Cephalus cons. 47. nu. p.
Mascard. de probat. concl. 1092. nu. 4.
Peregr. cons. 26. nu. 24. lib. p.
Surd. decis. 104. nu. 35. & decis. 160. nu. 8. decis. 161. nu. 23. & decis. 316. nu. 14.
Alex. Galua cons. 39. nu. 5.
Gratt. cons. p. nu.
Gargiar. Patrocin. 52. nu. 14.
Gratian. cap. 606. nu. 18. cap. 704. nu. 12. & cap. 793. num. 9.
Gambar decis. 37. nu. 3.
Tortus ad statutum 78. nu. 4.
Fusar. de fideicom. qu. 582. nu. 23.
Curiacus contr. 519. sub nu. 13. cum seq.
Honded. cons. 68. nu. 7. & seq.

Ex quibus conuincuntur Doctores, qui in contra-
115 riam iuerunt sententiam, nempe.

Gargiar. Patrocinio 60. par. 2.
Viuius decis. 528. sub nu. 28.
Thobias Nonius cons. 16. nu. 26.
Natta cons. 199. sub nu. 13. & cons. 238. nu. 11.
Gabriel. cons. 118. nu. 7. lib. 2.
Didac. variar. resolut. lib. 2. cap. 6. nu. 4.

Præsertim cum hi Doctores loquantur de negatiua improbabili, vel saltem difficillimæ probationis, & sic nostro casui non inseruiunt.

Quod verò negatiuam minimè probauerit Actor per productionem attestationum Præfecti Archiuij Ven. Hospitalis Magni, satis apertum est, dum stare potest, quod notarij, qui notulam, siue
116 inuentarium implicationum habuerunt, illud non dimiserint in dicto Archiuio, licet factum fuerit, vt in terminis probat *Mariscottus lib. 2. var. resol. cap. p. nu. 21. cum seq. Ludouis. decis. 13. nu. 10. & 18. ac decis. 287. nu. 4. & 10.*

Quod pæna priuationis non incurratur per fideicommissarium negligentem adimplere præcepta Testatoris, nisi constitutus ille sit in mora per
117 interpellationem, est apertus *tex. in cap. nos quidem de Testamentis, & in l. fin. ff. de decretis ab ordine cognosc. & l. penult. ff. quando dies lega. ced.*

Corneus cons. 208. col. pen. in fin. lib. p.
Paris. cons. 19. nu. 191. lib. 2.
Aldoain. cons. 29. inter cons. Pereg. lib. 5.
Magon. decis. Flor. 16. nu. 22. cum seq. plu.

Attenta præsertim probabili ignorantia D. Marchionis de contentis in Testamento, dum pupillus hæreditatem adiuit ministerio eius tutorum,
118 iuxta *tex. in l. p. C. de falsa moneta*, Quæ ignorantia valdè verisimilis est, & probant.

Abbas in cons. 59. sub nu. 3. lib. p. & in cap. si hæredes sub nu. 4. & 5. de Testam.
Thobias Nonius cons. 28. nu. 243. cum seq. plur.
Malnas. cons. 86. nu. 26. vers. 5. dicit.
Menoch. cons. 617. nu. 19.
Cran. cons. 19. nu. 4.
Galia cons. 109. nu. 96.
Gozad. cons. 34. nu. 6.
Felin. cons. 34. nu. 11.
Caldas. de restit. in integrum in verbo, cum non ab simili nu. 27.
Magon. decis. Florent. 16. in fin.
Surd. decis. 222. nu. 16.
Costa de facti scient. Inspect. 8. nu. 18.

In qua ignorantia perseuerasse D. Marchionem, postquam ille factus est maior, vbi contrarium
119 non doceatur, certum est, *l. pupillus ff. de acquir. hæreditate, & terminaliter probat.*

Socin. Iun. cons. 228. nu. 124. lib. p.
Castrens. cons. 21. nu. 25. lib. 3.
Montepicus cons. 56. sub nu. 7. vers. & si Prattus de interpret. vlt. vol. interpret. 2. dub. 4. nu. 5. cum seq.
Cephal. cons. 120. nu. 24. cum seq. & cons. 350. nu. 28. ac cons. 720. nu. 26.
Menoch. cons. 213. nu. 75. & 80. cons. 131. nu. 6. cons. 265. nu. 4. cons. 523. nu. p. cum seq. cons. 613. nu. 17. & 18. & cons. 1113. nu. 24.
Cran. cons. 119. nu. 4. & cons. 255. nu. 4. & 7.
Malnas. cons. 86. nu. 27.
Marius Catel. decis. 30. nu. 46.
Surd. decis. 222. nu. 12. cum seq. vbi loquitur in terminis de facto tutoris, & cons. 9. nu. 14. cum seq. plur. & nu. 20. in fine.
Riminus cons. 288. nu. 22. & cons. 294. nu. 6.
Paclan. cons. 106. nu. 17.
Rhaudens. decis. Pisana 26. nu. 73.

Cum enim omissio implicandi originem habuerit
120 tempore pupillaris ætatis, Restitutionis beneficium durat etiam post perfectam ætatem.

Rimin. sen. cons. 666. nu. p. & 6. lib. 4.
Alba cons. 229. nu. 13. & 16.
Natta cons. 18. nu. 21.
Paulus de Montepico dict. cons. 56. sub nu. 7. versic. & si dicatur.

Et eo fortius, quia per omissionem, non autem per commissionem fuisset contrauentum; Quo casu
121 omissionis facilius admittitur excusatio ignorantiæ, cum omissio sit minus delictum, quam commissio.

Rhaudens. decis. Pisana 26. nu. 73.
Peregr. cons. 8. nu. 44. lib. 3.

Surd. conf. 25. nu. 28.
Ciriacus controuers. 519. nu. 27. lib. 3.
Grattan. cap. 223. nu. 44. cap. 523. nu. 26. & cap. 798. num. 10.
Fusar. quæst. 582. nu. 5. & 10.
Costa de re integra dist. 105. nu. 2. in fine.
Quæ ignorantia eo verisimilius admittenda venit, ex quo non expresse, sed implicitè fuit inducta
122 pœna priuationis in casu non factæ implicationis, dum fuit substituta linea Erasmi, *Grattan. cap. 579. nu. 14.*
Quod si Tutores optimè ciuissent contenta in Testamento etiam quoad priuationem hæreditatis in casu non adimplementi; Illorum scientia nocere non potest D. Marchioni pupillo tempore successionis.
Curt. Iun. conf. 8. nu. 3. & 4.
Rucardus conf. 66. nu. 29.
Natta conf. 18. nu. 21.
Roland. conf. 72. sub nu. 24. lib. 4.
Menoch. conf. 217. nu. 80. & conf. 237. nu. 29.
Bursat. conf. 93. nu. 16. lib. p.
Carpan. ad statutum 116. nu. 22. lib. p.
Thob. Nonius d. conf. 28. nu. 6.
Fusar. qu. 595. nu. 4. 21. & 43.
Surd. decis. 222. nu. 16.
Costa de re integ. d. dist. 105. nu. 2. in fine.
Et vbi aliqua scientia Testamenti in D. Marchionem posset cadere, Illa in confuso, non au-
123 tem distinctè circa illius qualitates, & pœnam, quam non esse hæredi grauato nocibilem tradunt scribentes.
Paulus de Montepico dict. consil. 56. sub nu. 7. vers. & si dicatur.
Cephal. conf. 120. nu. 24. cum seq.
Alba conf. 229. sub nu. 11. vers. & puto
Costa citata distinct. 105. sub nu. 2. in fine.
Quam ignorantiam iuramento D. Marchionis posse probari, tanquam dependentem ab eius
124 animo, tradit *glo. in cap. præsumitur de reg. iur. 6.*
Dec. conf. 452. nu. 26. cum seq.
Seraphin. de priuileg. iur. priuil. 4.
Mascard. de probat. conclus. 881.
Costa de facti scient. inspect. 84. nu. 2. cum seq.
Præcipuè quia non sumus in facto negatiuo, sed in facto actiuo, siue affirmatiuo, in quo interpel-
125 latio dicitur necessaria, quæ reiicitur in facto negatiuo.
Crau. conf. 193. nu. 4.
Mazar. conf. 36. nu. 10.
Rustic. de substit. lib. 6. cap. 5. nu. 19.
Fusar. qu. 582. nu. 16.
Per quam distinctionem tollitur omnis hæsitatio; Distinguens etenim dicitur proximus veritati
126 *Surd. conf. 403. sub num. 34. vers. nostra autem in fine.*
Neq; obstant auctoritates, quæ in contrarium deducuntur. Tum quia magis communem esse hanc sententiam constat. Tum quia in diuersis terminis loquuntur Doctores contrarium tenentes. Tum deniq; quia certam scientiam contentorum in Testamento habuisse hæredem supponunt.

Parisius namq; citatus *in conf. 19. nu. 201.* loquitur de eo, qui nullam habebat verisimilem causam excusationis, quare Testatoris præceptum non adimpleuerit; E contra in hoc casu de ea late patet.
Præterea loquitur Paris. de illo hærede, qui nomen familiæ Testatoris, & eius arma, idest insignia assumere contempserat; Quam conditionem,
127 siue modum, leuem valde esse scribit *num. 180. cum seq.* & Testatoris honorem continentem Idcirco à pœna priuationis hæreditatis excusandus nullo modo erat; Aliter igitur dicendum est, quando onus est valde graue, præsertim mutatis rebus, & illius omissionem Testatoris potius honorem respicere patet, dum loco implicationis ordinatæ expensas cum familiæ Abduæ decore sustinuit D. Marchio.
Quemadmodum etiam locum non habet Parisij traditio, quando adimplementum non depen-
128 det à mera voluntate grauati, & eius arbitrio, vt subijcit idem auctor nu. 200.
Geminianus conf. 23. nu. 4. cum Barbosa in cap. bis quibus nu. 3. de eleст. & in cap. potuit nu. 134. de locato loquuntur, & ipsi de voluntaria contrauentione facta præcepto Testatoris, de qua plenam habebat scientiam grauatus.
Fusar. cit. qu. 582. nu. 14. Et ipse verba facit de grauato habente scientiam certam contentorum in Testamento, & sic voluntariè contrauenientе.
Idem concludit *Valasc. decis. 174.* loquendo de grauato sciente, & contrauenientе voluntati Testatoris, Quinimo nu. 15. tradit præsumi ignorantiam in hærede de contentis in Testamento ad euitandam pœnam, vbi non doceatur de illius scientia.
Bimius conf. 115. nu. 29. cum seq. in contrarium citatus potius conferre videtur nostræ conclusioni, dum inquit necessariam fuisse interpellationem,
129 vt constitueretur in mora promissor, etiam si dies certi in promissione fuissent appositi, in quibus triticum erat consignandum.
Thesaur. Iun. in qu. famil. 34. nu. 13. & 14. lib. p. & qu. 20. num. 21. lib. 2. supponit semper in hærede scientiam plenissimam contentorum in Testamento, & voluntariam esse contrauentionem factam, quippe iudicialem interpellationem requiri admittit in seq. nu.
Idem admittit *Surd. conf. 403. & Menoch. conf. 442. cum Bardelono conf. 61.* parificantes casum mortis, & casum contrauentionis, vt inquit *Thesaur. cit. qu. 34. nu. 15. lib. p.*
Prout hoc idem intelligit *Moret. conf. 68. nu. 6.* dum inquit grauatum teneri sponte onus agnoscere, absq; vlla interpellatione, seu monitione; cum
130 agatur de implemento, quod in mora constituit, quando lapsum est tantum tempus, intra quod grauatus commodè implere potuit.
Et si vero de scientia D. Marchionis contentorum in Testamento constaro supponat Actor, Et primo, quia præsens fuit D. Marchio, quando ipse cum Tutoribus adiuit hæreditatem, vt cantat instrumentum, maximè cum non esset infans

131 ex *Peregr. de fideicom. art. 52. nu. 105. Marius Cutel. decis. 30. nu. 46. Thesaur. cit. qu. 34. nu. 5. cum seq.* & ad plura alia Instrumenta deuenit, in quibus de hoc fideicommisso fit mentio.
Secundo ex lite promota per D. Benedictum contra D. Marchionem eodem anno, ratione eiusdem successionis, ad quam aspirabat D. Benedictus vti maior natu, quam decisam fuisse per Senatum Excellentiss. erroneè supponitur.
Tertio, quia versamur in hærede extraneo, non
132 successuro ab intestato *Fusar. qu. 95. nu. 34. cum seq. plur.*
Quarto, quia agitur de perpetua primogenitura agnatitia qualificata, & redditibus aureorum decem mille, cum onere implicandi, & formandi
133 Inuentarium singulo decennio *Menoch. præsumpt. 23. nu. 80. cum seq. Mascard. conclus. 879. nu. 49. & Tuscus litt. I. conclus. 22. nu. 16. Fusar. qu. 595. nu. 25. & Ciriac. d. controu. 519. nu. 28.*
Quinto, quia Testamentum ipsum registratum est in libro Archiuij Vener. Hospit. Maioris, cui factum est legatum annuum pro satisfactione Notarij, cuius cura erat formandum Inuentarium, singulo decennio, Cuius Ven. Hospitalis pluries
134 fuit ex Deputatis D. Marchio *Mascard. d. conclus. 879. nu. 11. & 12. cum seq. Menoch. cit. præsumpt. 23. nu. 68. cum seq.*
Vltimo, quia non sumus in facto momentaneo iam consumato ex vnico adimplemento, qui de facili solet excidere, sed versamur in possessione substantiæ tam insignis redditus successiua tanti temporis, ex quo plena D. Marchionis scien-
135 tia arguitur *Fontanell. de pactis nuptial. claus. 4. glo. 17. nu. 8. cum seq.* Ex quibus scientiam certam omnium contentorum in testamento resultare supponitur *Cran. cons. 67. nu. 62. Surd. cons. 349. nu. 15. & Fusar. d. qu. 595. nu. 42. cum seq. Rota apud Farin. decis. 742. par. 2.*
Attamen hæc omnia nullo modo probare scientiam D. Marchionis, neq; etiam præsumptam (quod magis est) ex infrascriptis patebit; Et quoad primam scientiæ coniecturam, cum esset pupillus D. Marchio, ætatis annorum duodecim, scire benè potuit se succedere in dicta primogenitura, sed ignorare illius qualitates, &
136 onera *tex. in l. pupillus ff. de acquir. hæred.* vt in terminis probat *Montepicus citato cons. 56. sub nu. 7. vers. & si dicatur Cephal. cons. 120. num. 24. cum seq. Alba cons. 229. sub nu. 11. vers. & puto;* Quia pupillus percipere potest purum factum, idest primogenituram sibi delatam; non autem
137 circonstantias facti *l. p. §. Impuberes C. de falsa moneta, & tradit Natta cons. 18. num. 21.* In his verò requiritur scientia plena testamenti sic dispositionis, vt post *Alex. & Castrens. probat Costa de re integra d. distinct. 105. sub nu. 2. in fin.* Cum præsertim non expressè, sed implicitè fuerit impositum onus implicandi in fabilitutione; in qua vocatur D. Marchio, mediante clausula, vt
138 supra *Gratian. cap. 579. nu. 14.*
Secunda coniectura deducta ex promota lite per D. Benedictum, & illius decisione facta per Sen. Ex. cessat omnino tamquam super falsa causa fundata, dum nunquam fuit motum consimile iudicium; Quamuis enim D. Benedictus consultationem reportauerit ab Insigni *Peregr. in cons. 33. lib. 2.* Et Tutores D. Marchionis a Menochio. Hoc fuit tentatum, vt secerni posset quid iuris, absq; eo quod iudicium proponeretur, prout fuit conclusum sine lite.
Tertia coniectura malè fundata pariter est, quia D. Marchio non dicitur hæres extraneus, sed suus, cum sit agnatus proximior tam Testatori, quam grauato vltimo loco defuncto, cui tam iure communi inspecto, quam etiam vigore sta-
137 tutorum Mediolani, spectabat ista successio, *§. fin. Instit. de hæred. quæ ab intest. deferuntur, & habemus in statuto 289. & 290. lib. p. vbi Carpan. Fusar. qu. 95. nu. 34. cum seq. plur.* Extraneus enim ille dicitur, qui non est de agnatione, vel non est sanguine coniunctus, neq; ab intestato succedere valet; Quamuis etiam huiusmodi ignorantiam in hærede etiam extraneo cadere posse
140 probet *Ciriacus cit. contr. 519. num. p. cum seq. plur. & tradit Fusar. qu. 595. nu. 4. 21. & 41.*
Erratur etiam circa quartam coniecturam, tam respectu prætensæ scientiæ, quam habita ratione redditus primogenituræ, qui his temporibus non ascendit ad aureos mille, oneribus deductis, Idcirco illam cessare debere certum est, neq; locum habet Doctorum traditio mutata facti spe-
141 cie iuribus vulgar. & probat *Costa citata distinct. 105. nu. 2. in fine.*
Prout erratur etiam circa legati annui aureorum decem solutionem faciendam Ven. Hospitalis, Cum etenim illud quot annis soluendum sit, Inuentarium verò singulo tantum decennio formari debeat. Hinc patet ex solutione legati annui non inferri scientiam obligationis conficiendi Inuentarium singulo decennio, quod nunquam fecerunt Tutores D. Marchionis, sed tantum in libris notulam describi curarunt obligationis soluendi annuum legatum Ven. Hospitali, alia non expressa qualitate, nec causa.
Quinta coniectura desumpta ex registratione Testamenti in Archiuio Ven. Hospitalis, inter cuius DD. Deputatos pluries fuit D. Marchio, & ipsa corruit; Cum etenim Deputatorum munus non sit perlustrare scripturas Archiuij, vt notorium est, sed prouidere necessitatibus hospitalis mediante exactione reddit
uum opera eorum ministrorum, cessat deducta præsumptio scientiæ.
Deniq; cessat pariter vltima coniectura ex eo deducta, quod cum versemur in facto successiuo substantiæ tam insignis, scientia plenè præsumitur; Quia respondetur cessare causam tam insignis redditus, neq; verisimiliter ex ea posse induci in D. Marchione scientiam omnium contentorum in Testamento, dum pupillus hæreditatem acquisiuit, mediante opera eius Tutorum, factusq; maior in eadem iusta credulitate continuauit, vsq; quo Actor iuditialiter illum pulsauit.
Quæ credulitas, & iusta ignorantia eo magis confirmatur,

firmatur, dum D. Marchio ex longa sua consuetudine non multum curiosus fuit legendi scripturas, & antiqua documenta; sed earum curam eius ministris reliquit, vt notorium est.

Eoq; fortius hæc confirmatur ignorantia, dum implicitè, non explicitè continetur obligatio implicandi in substitutione, cuius vigore successit D. Marchio, vt dictum fuit.

Cæterum erroneum etiam est, quod D. Marchio agat de lucro amittendo, non autem de damno euitando in hac causa priuationis hæreditatis,
142 iuxta traditionem *Gargiarei Patrocinio 99. sub num. 15. cum seq. plur. Præsertim vers. non obstat tertium.*

Quandoquidem cum D. Marchio acquisiuerit d. primogenituram iam supra annos 49. illiusq; bonis fere per dimidium seculi gauisus sit, effecta dicuntur de proprio patrimonio, & consequenter agi dicitur de lucro radicato, & perfectè acquisito, cuius habetur iuditium vti de proprio patrimonio; Idcircò de damno euitando agi di-
143 citur, vt probat *Bart. in l. non amplius §. p. ff. de legatis primo*. Quia de illo iudicatur sicuti de proprio patrimonio, vt inquit *Ias. in d. §. p. nu. 6. ff. de lega. p. & in l. cum quis nu. 3. C. de iuris, & facti ignor. Dec. in l. p. nu. 4. ff. de Instit.* & ample probat *Paris. cit. cons. 19. nu. 244. lib. 2. & post Calcan. comprobat Cran. cons. p. nu. 3.* Quia adita hæreditate non dicitur amplius hæreditas, sed patri-
144 monium hæredis *Aretin. in l. si duo num. 3. ff. de acquir. hæredit.* Ex quibus conuincitur *Gargiarei traditio in d. Patrocinio 99. nu. 15. & nu. 21.* qui in contrarium deducta tollere conatur, sed verè ea militare patet distinguendo tempora, & sic de damno euitando agere D. Marchionem affirmandum est.

Propterea à petitis absoluendum esse D. Marchionem constat, habita præsertim ratione mutationis temporum, & onerum bonis spectantium, ob quæ eorum fructus ad quartam partem reducti sunt, & ita &c. sub censura &c.

Mediolani die 2. Aprilis 1650.

Iulij Cæsar Caluinus.

SVMMARIA.

Testamentis adhibentur septem testes num. 1. secus de iure canonico nu. 9. item pestis tempore nu. 10.

Habilitas testium requiritur in testamentis nu. 2.

Testatoris dispositio dependet à testium fide nu. 3.

Fœminæ dicuntur corruptibiles, & inconstantes nu. 4.

In testamentis factis tempore pestis adhibetur minor numerus testium, & etiam aliqua mulier n. 5. & 8.

Militis testamentum minorem testium numerum requirit nu. 6. etiam ijs non rogatis nu. 7.

Pestis tempore multa omittuntur solemnitates in testamentis nu. 11. 12. & 13. & nu. 17. & 18. limitatur nu. 37.

Testamentum Patris inter liberos factum sine solemnitatibus valet nu. 14. Idem inter nepotes nu. 15. etiam si Pater esset cæcus nu. 16.

Proximos habere non dicitur qui præsentes non habet nu. 19.

Testamentum factum tempore pestis an valeat, si testator superuixerit ad aliud tempus nu. 20. 21. 22. & 23. Contrarium verius nu. 25. & 26.

Testamentum Peregrini factum sine solemnitatibus valet, si ille moritur in peregrinatu tantum nu. 24. & 47.

Perseuerantia Testatoris ostendit enixam eius voluntatem nu. 27.

Militis testamentum sine solemnitatibus quando valeat nu. 28.

Militis priuilegium in testamentis non militat, quando ille mortuus sit post annum nu. 31.

Cessante causa, non semper cessat effectus num. 32. & 36.

Priuilegio militis in testando gaudent omnes personæ existentes in bello nu. 33.

Angeli opinio reprobatur nu. 34.

Leges post lapsum bimestris à die publicationis omnes ligant nu. 35.

Priuilegia non sunt multiplicanda nu. 38.

Disposita in solemnitate testamentaria tempore pestis locum habent etiam in donatione mortis causa nu. 39. contrarium nu. 40 aut in Codicillis nu. 41.

Voluntas hominis ambulatoria nu. 42.

Rustici testamentum ruri factum minorem testium numerum requirit nu. 43.

Pia causa fauore minor testium numerus requiritur, num. 44.

Canonum dispositio fauore piæ causæ seruatur communiter in terris Imperij nu. 45. idest in foro ecclesiastico, non sæculari nu. 46.

Testium numerus non requiritur in testamento facto coram Imperatore, vel Rege nu. 48.

Clericus, siue Canonicus excusatur à residentia tempore pestis nu. 49.

Testamenta fieri debent in domo. Limitatur pestis tempore nu. 50. 51.

Testamentum, pestis tempore conditum, & adhibito minore numero septem testium, quando sustineatur, etiam si inter testes aliquæ interuenerint Mulieres. CAP. CCII.



VM testamenta de toto Testatoris patrimonio disponant, ad fraudes euitandas statuit Imperator in
1 Auth. *Hoc inser §. Per nuncupationem C. de testamentis & in l. fin. C. de fideiussore*: Vt conficiantur adhibitis septem testibus simul, vno eodemq; tempore collocatis; Quos testes masculos esse, & puberes, & omni exceptione maiores cauit Vlpia. *in l. qui testamento §. eum qui, & § mulier ff. de testam. de quare amplissimè Plotus cons. 17. nu. 69. & in l. si quando nu. 792. cum seq. plur. vsq; ad nu. 806. Menoch. cons.*

45.

45.nu.5.cum seq. conf. 333. nu. 5.conf. 517. nu.p.
cum seq.conf. 807.nu, 13.conf. 961.nu.p. & conf.
1139.nu.11.& post eos Gratia.lib.4.discept.forensf.
2 *cap.763. nu.34.* Vt enim inquit spinus *de testam.*
tit.de testibus glo.31. princip. nu.9. Testium habi-
litas diuersa requisitus in testamentis ab ea, quæ
requiritur in contractibus post Iaf.*in l. dictantib.*
C. de testamentis.
Cum enim tota testantis dispositio ex testium fide
3 dependeat, & probetur, talesq; testes adhibe-
antur in testamentis, non solum ad probandum
veritatem sed etiam ad excludendum fraudem
4 ex falsitatem *l. fin. C. de fideicomiss.* Fæminaq; sit
corruptibilis inconstans multasq; patiatur def-
fectus vt diximus supra in *cap. 154. lib.2.* merito
excluduntur feminæ & aliæ personæ inhabiles
a solemnitate testamentorum vt concludit spi-
nus, *cit. glo. 31. nu. 14. 15. & 16.* vbi sententiam
hanc procedere non solum de Iure ciuili, sed
etiam de Iure canonico testatur.
De AEQVITATE tamen adhibentur possunt tan-
tum quinque testes, & inter eos duæ mulieres
5 in testamentis confectis tempore pestis, quando
nec habitu, nec potentia masculi in loco testa-
menti eo tempore interesse potuerunt vt multis
probat Ripa *tr. de peste tit. de priuileg. vlt. volunt.*
nu. 12. in fine verf. & ita opinio & nu. 18. post Bal-
dum in l. fin. sub nu. p. in fin. C. de testamen. Quam
sententiam sequitur Decius *conf. 285. num. 6. in*
fine Paris.conf.32. nu.6. & conf. 33. nu. 26. lib.2.
Lo. Dilectus de arte testandi nu. 42. caut. 2. nu. 2.
Et hanc sententiam tanquam EQVIOREM se-
quitur Rol. *conf. 81. nu. 14. lib.p.* In subsidium
enim mulieres licet alias sine testes inhabiles,
admittũtur in testes, vt probat Ripa *d.tit.* de pri-
uilegijs *vlt.vol.nu. 19.& 21.* cum sequitur Polid.
Ripa *cit.cap.17.nu. 10.& 11. qui num. 12.* testes
minime idoneos in subsidium admittendos esse
concludit. Hanc sententiam sequitur Angel. *in*
d.l.fin.C.de testamentis Alex. conf.70. num. 26.&
conf. 177.nu.8. lib.2.& Boer. Decis.228. sub num.
10.Socin.Senior conf.85. nu.8.in fi. lib.4. Affl.De-
cis.25. nu. 2. vbi ita iudicatum fuisse per Sacrum
Consil. testatur.
Opinionem hanc vti EQVIOREM, & humanio-
rem amplectitur Clarus *in §. Testam. qu. 56. sub*
nu.3. verf. opinionem Baldi vbi scribit, quod Sen.
qui in iudicando amplectitur AEQVITATEM
de facili in eam inclinaret sententiam, nisi ali-
qua fraudis suspitio subesset; *Antonius Gabriel*
comun.opin.tit.de testam.conclus.8. nu.2.verf. Te-
nendo tamen Polid.Ripa d.tr. de actis in mortis art.
cap.17.nu.5.cum seq. & cap.62. nu. 15. vbi hanc
sententiam pariter AEQVIOREM esse conclu-
dit, quam comprobat Galim. *tr. de verb. signif.*
lib. 10.cap. 37.nu.8.
Sicuti in militis testamento duo testes tantum suffi-
6 cere habetur *in l.p. ff. de testamento militis* & ijs
Etiam non rogatis (quod, magis est) vt late
7 scribit Tiraquel. *de priuileg. pia causa priuileg. 3.*
verf.ex quibus Clar.in §. testam.qu. 58.nu. 4.verf.
Item quero quarto Polid.Rip.qu.58.nu.10.& 11.

Hoc autem euenire posset eum, si tempore pestis
masculi abessent a loco siue pago in quo testa-
8 mentum fuit confectum, tum si aliqua mulier
secularis in monasterio existens & morbo gra-
uata, testari cuperet, nec daretur tempus per-
quirendi omnes testes masculos, tum in eo qui
reperitur in Arce, ad quam non patebat acces-
sus testibus vt consuluit Bald. *conf. 285. lib.3.* de
qua re habemus *tex. in l.si.quis dolo ff. si quis alic.*
testamento prohibeantur & agit. Ripa loco rel.
num. 10.
Quamuis de Iure Canonico quod solum veritatem
attendit, sufficeret omni tempore numerus
9 trium testium computato Parochiano *cap. cum*
esset de testam.Bal.conf.284. nu.p.cum seq.lib.3.&
Ripa loco cit.nu.12.
Et licet distinguant doctores inter testantes peste
oppressos, & morti proximos, & alios, qui & si
10 pestis grassaretur, sani adhuc erant, neq; à pe-
ste fuerint tacti, atq; an pestis esset magna, vel
leuis de qua distinctione Ripa *citato loco nu. 10.*
in fine & nu. sequenti.
Attamen cum eo tempore commune sit periculum
indistincte admittuntur testamenta condita ad-
hibitis tantum quinq; testibus; Quippe tantum
11 duobus rogatis, si testator erat sanus, & non
rogatis si peste laborabat vt post Portium pro-
bat Polid. Ripa *d.cap.17.nu.22.23. & 24.*
Quod priuilegium admittendi mulieres in testes
locum etiam habet in testamento eius, qui in
12 ciuitate permanserat tempore pestis; Vt laben-
ti Reipublicæ subuernîret, sicut in testamento
militis, ita scribit Ripa *d. tit. de priuileg. vlt. vol.*
num. 22. Quia cum ex causa remissa dicatur so-
lemnitas iuris positiui in huiusmodi testamento,
sufficiunt duo testes etiam feminæ Bart. *in l. hac*
consultissima §. ex imperfecto C. de testam. Ripa
13 *loco cit. nu. 23.* Hic etenim dicitur militare in
bello Dei, vt ibidem subijcit Ripa.
Hoc idem admittitur in testamento facto per pa-
trem inter liberos, in quo remissa est solemni-
14 tas. Iuris positiui, & in quo duos testes etiam
fæminas sufficere concludit ibidem Bar. *& tenet*
glo. in d. Auth. Qua sine C. de testam. Alex. conf. 70.
viso Consilia lib.2. Guido papæ Decis.538. Clar. in d.
§. testamentum qu.8. verf. Hinc infertur Berous qu.
famil. 36. nu. 5. Ripa d. tr. de actis in mortis artic.
15 *cap. 62. nu.8.* Quam conclusionem procedere
etiam inter Nepotes probat Natta *conf. 423. nu.*
13. qui clarus *qu. 17. verf. sed quero ex Baldo in l.*
16 *hac consultiss. C. de testam.* concludit idem pro-
cedere in testamentis factis à Patre cæco. Quia
cessat omnis falsitatis suspitio in filijs, qui om-
nino sunt patri ab intestato successori Boeri.
Decis.240.nu.20.& Natta conf.210. nu. cum seq.
Et in quo testamento admittuntur in testes mu-
lieres, vt tradit idem Clar. *qu.8. nu.4. per glo. in*
d. Auth. quod sine C. de testam.
Idem dicitur de testamento mulieris facto tempo-
re pestis sine solemnitate statuti disponentis mu-
17 lierem non posse testari sine consensu duorum
proximorum, quod valere eo tempore probat

Corn. *conf. 131. In hoc, & conf. 53. lib. 4.* Quam
tamen conclusionem declarat procedere Ripa
18 loco citato *nu. 25.* vbi propinqui omnes aufu-
gissent ob pestis periculum; Namq; statutum
prędictū intelligitur, vbi mulier habeat propin-
quos tunc in eo loco secundum Bal. *in l. p. C. vnde
vir, & vxor, & Ias. in l. fliebum qui meus ff. de
lega. p. & Felin. in cap. proposuisti col. 3. de probat.*
Habere autem proximos non dicitur is qui eos
habet absentes tempore quo actus expeditur
19 *cap. præsentia & ibi Felin. de testibus, Ripa loco
citato nu. 27. & Polid, Ripa d. tr. de actis in mortis
art. cap. 17. nu. 15.*

Si autem superuixerit testator post pestem, an va-
leat testamentum tempore pestis conditum sine
solemnitatibus a Iure requisitis hæsitatur & non
valere, sed illud irritum esse dicendum videtur;
20 Primo quia sicuti testamentum militis factum
in Arce adhibitis duobus testibus irritatur, si
21 miles saluus domum repetat *l. p. C. de testam. &
§. illis Instit. eodem tit. vbi glo. dicit* quod cessante
causa priuilegij cessare debet priuilegium *l.*
22 *Titia §. vsuras ff. de lega. 2.* Ita irritum dicitur te-
stamentum factum tempote pestis sine solemni-
tatibus à iure requisitis, si testator superuixit
post pestem.

Confert secundo loco doctrina Angel. *in §. Prouin-
ciarum in Auth. vt fac. nou. Const.* dum concludit
quod ibi mulier fecit testamentum deinde facta
23 fuit constitutio, quod testamentum mulieris
non valeat, sine pręsentia duorum Agnatorum,
irritatur testamentum, si mulier post constitu-
tionem habuit facultatem mutandi testamen-
tum, & adhibendi præsentiam agnatorum, &
non adhibuit.

Tertio facit, quod affirmat Castrens. in *l. nutritori-
bus C. comm. de success.*; vbi vult, quod testa-
24 mentum peregrini conditum cum minor nu-
mero septem testium, valet si peregre moriatur;
Secus si domum repetat vltimo quia, quod pro
necessitate temporum statutum fuit, cessante
necessitate debet euanescere *cap. quod pro necessi-
tate p. qu. p. Et hanc sententiam amplectitur Por-
tius in §. p Instit de testam. mil quem sequitur Ripa
d. tit. de priuil. vlt. volunt. nu. 33. tr. de peste.*

Contrarium tamen EQVIVS, & verius esse con-
25 cludit idem Ripa *loco rel. nu. 34. cum seq. tr. de
peste*, Ea præcipue ratione, quod inspicitur tem-
pus conditi testamenti, & cuiuslibet actus circa
solemnitates neccessarias, & requisitas *l. p. C. de
testam. facit tex. in §. sed hactenus Instit. de milit.
testam.* Adeo quod cum validum esset testamen-
tum tempore quo illud fuit conditum; tractu
temporis infirmum esse nequit, & hanc senten-
tiam sequitur *Bal. in l. si quis hæredem C. de Instit.
& subslit.* Dicens quod testamentum factum
26 ruri cum quinque testibus & sic validum, non
irritatur licet testator efficiatur ciuis, & incola
ciuitatis Baldum sequitur Ias. *in l. fin. C. de testam.*
& eandem amplectitur sententiam *Corn. conf. 13.
§. ... In hac nu. 5. lib. 4.*

Alijs deducitur decisionis ratio per Ripam *cit. loco
nu. 35. vers. & pro qua facit*, nempe quod cum
numerus septem testium exigatur in testamentis,
ad euitandas falsitates per *cit. l. fin. C. de fideico-
missis*; Si dicatur testamentum factum vim mi-
nori numero testium tempore pestis valere, vbi
mortuus tunc sit testator quasi tunc præsuma-
tur non interuenisse falsitatem; Certe si super-
uixit & in eadem voluntate perseuerauit. Multo
fortius valere debet; Cum propter perseueran-
tiam euidentius vera comprobatur testatoris
27 voluntas *arg. l. athlete §. date remissionem, & ibi
glo. ff. de excusat tut.*

Qui autem ad contraria respondit, negando primo
irritum dici testamentum militis factum, in ex-
28 peditione, si alibi postea mortuus sit miles *per
tex in d. §. hactenus Instit de milit. testam. Prout
tex. in cit. l. milites & in d. §. illis de testamento à
milite domi condito*, quod non valet vbi solemni-
tates non fuerint adhibitæ; non autem in expe-
ditione siue in castris cuius ratione speciali pro-
missione potest miles testari adhibitis tantum
duobus testibus.

Porro quod adhuc, vt militis testamentum susti-
neatur quando factum fuit cum præsentia duo-
29 rum tantum testium, duo requiruntur, quod
scilicet miles sit, & quod factum sit testamen-
tum in expeditione siue in Castris, Itaut secunda
qualitas requiratur per modum causæ perma-
30 nentis; Ideo ea cessante, cessat etiam priuile-
gium, quando miles testator mortuus est post
31 missionem infra annum vt est *apertus tex. in d. §.
hactenus Instit. de milit. testam.*, & explicat Ripa
loco rel. nu 36. qui nu. 37. ex Baldo inquit, quod
aut qualitas acquiritur per modum causæ fien-
32 dæ, aut per modum causæ essendi. Primo casu
qualitate cessante non cessat dispositio; sed se-
cundo casu bene cessat vt scribit *Bal. in l. si quis
hæredem C. de Instit & substitut. & comprobat
Ripa in l. ex facto ff. de vulg & pupil.* De qua re
amplè *Cabal. resolut. criminal. lib. 3. casu 294. nu.
349.* Vbi testamentum militis factum in expe-
ditione sine solemnitatibus valere vsque ad an-
num post missionem concludit.

Prout hoc eodem priuilegio gaudent omnes per-
sonæ existentes in bello etiam non militantes,
33 quæ aliter testari non poterant, ea ratione,
quod licet conditio eorum differat à militibus;
Tamen quia versantur in loco hostili, & in pro-
cinctu, atq; subiacent eisdem periculis, gaudent
eodem priuilegio quo milites *l. p. ff. de bon. pos-
sess. ex testam. mil. & l. fin. ff. de testam. mil. ac pro-
bat Prol. cit. conf. 81. nu. 16. lib. p.*

Authoritas Angeli in allegato *§. prouinciarum con-
34 futatur* vti non vera per Castrensem *ex tex. in l.
Iubemus C. de testam.* non releuante pondera-
tione facta per Iasonem pro sustinendo doctri-
nam Angeli, dum dicit quod testator nihil pec-
cauit, qui noue legis inscius, pristinam formam
seruauit; Quia qui superuixit post legem nouam
peccauit, quod sciuit legem, vel scire debuit, &
eam non seruauit Ita ratiocinatur Ripa *loco rel.
nu. 37. cum seq. qui nu. 39.* subijcit legem publica-

tamq

tans post lapsum duorum mensium omnes liga-
35 re, nec admitti illius ignorantiam *per Auth. vt facta Nou. Const. per totum, & probat Corn. cit. cons. 53.nu. 11.& 12. lib.4.*

Quemadmodum idem Ripa pariter tollit. *num.40.* doctrinam Castrensis, ea præcipuè ratione, quod concessum ratione necessitatis, cessante necessitate, cessare etiam debet, præsertim quoad actus futuros, non autem quoad perfectos, & absolu-
36 tos *cap.quod quidem p.qu.p.* vbi Baptismum collatum a laico tempore necessitatis non cessat necessitate cessante, quia iam perfectus, & absolutus fuit legitime actus, & effectus dicitur consumatus, qui non cessat cessante causa *l.scripto ff. vnde liberi.*

Testamentum autem huiusmodi pestis tempore conditum non valere, si testes non fuerint a te-
37 statore rogati, probat Port. *Instit.de testam.militis col. 4.* maxime quia priuilegia non sunt in
38 eadem persona multiplicanda *l. si quando C. de inoffic. testam. quam conclusionem indistincte seq. Ripa cit.loco nu. 41. tr. de peste,* reprobata distinctione per Portium deducta, quando testator peste est percussus, eamq; amplectitur Polid. Ripa *de actis in mortis articulo cit.cap.62.nu.9.in testam. patris inter liberos.*

Et quæ dicta sunt de testamento condito tempore pestis, locum habere etiam prima facie videntur in donatione mortis causa, vt minor numerus testium requiratur eo tempore pestis, quam alio
39 tempore necesse esset, *l. Marcellus ff. de donat. causa mortis* vbi Iulianus ita arguit, *Si data est libera facultas filijs famil. militibus testandi, quo velint, credi potest, & etiam esse remissa, quæ in donatione causa mortis fieri debent.*

Cæterum contrarium statuit Bar. communiter ap-
40 probatus *in l.fin. prope finem ff. de lega p.* Vbi querit, si statutum vult, quod in testamento sufficiant quinque testes, An videatur velle, quod in codicillis sufficiant tres, decidit Bar. quod non, quia non reperitur facta regula, quod in codicillis sufficiant duo testes, minus quam in testamen-
41 tis *l. illud C. de sacros Eccl. & l. tam §.p. & ibi glo. ff. de donat. causa mortis Bart. citato loco num. 47.* vbi se remittit, quia contra Bar. valde obstat *tex. in d. l. Marcellus ff. de donationibus causa mortis.*

Addo ego, quod cum statuta intelligenda sint ad litteram, non possit ea aptari ad donationem mortis causa, quæ loquitur de testamentis, Cum valde differat vnus terminus ab alio, Testamentaq; possint adlibitum reuocari, dum ambulatoria sit hominis voluntas vsq; ad estremum vitę
42 spiritum *l. 4. ff. de adimend. lega. Preuis de interpretat. vlt. volunt. lib. 2. fol. 6. nu. p. fol. 95.* Donationes vero irreuocabiles sunt, Idcirco cum dispar sit ratio dispositionis, quamuis effectus idem dicatur, dispositum in vno non videtur habere locum in alio.

In testamento etiam rustici ruri facto quinque tantum testes requiri habetur *in l. fin. C. de testamentis vbi Ius. sub nu. 2. vers. quarto extende & Alex. nu. 8.* & ita communiter obseruari tradit ibidem
43 *Bart. nu. p. & seq. Clarus in d. §. Testam. qu. 16. nu. 6. vers. sed quid. in testam.* Et sic duo copulatiuè requiruntur, quod Testator sit rusticus, & quod ruri testetur, quia si testatur in ciuitate, vel in eius comitatu, non ruri, tunc ad hoc vt testamentum valeat, septem testes adhibendi veniunt, vt post Bar. loco cit. probat Boer. *Decis. 228. post nu. 10. & sequitur Clarus cit. qu. 16. nu. 6. vers. sciat tamen; & post eos* comprobat Polid. Ripa *d. cap. 62. nu. 13.*

Fauore etiam piæ causæ duo tantum testes requiri
44 in testamento tradit *glo. in l. p. C. de sacros Eccl. & ibi Ius. nu. 22. Corn. cons. 107. lit. B. lib. 3. & cauetur in cap. cum esses, & in cap. relatum de testam.* quorum dispositionem seruandam esse etiam in
45 terris Imperij concludit *Clar. in d. §. Testamentum qu. 6. nu. p. in fine & qu. 57. sub nu. p. vers. quæ quidem post Alex. cons. 43. nu. 2. & cons. 146. nu. 96. lib. 2.* Quamuis deinde declaret Clarus conclusionem, vt habeat locum tantum in foro Ec-
46 clesiastico, non in seculari, *vt in vers. quod tamen,* Pregrini etiam fauore valet testamentum, in quo duo, vel tres tantum testes interuenerunt, dum obijt in peregrinatione, vt dictum fuit per tex. *in Auth. omnes peregrini C. Communia de successionibus, & post Angelum probat Ripa d. tit. de priuileg. vlt. volunt. sub nu. 8. vers. tertia inducunt.*


Denique testium numerus à Iure requisitus in testamento locum non habet in testamento facto
48 coram Imperatore ad tex. *in l. omnium C. de testamentis,* ad quod duobus modis deuenitur, vel enim coram ipsomet Imperatore, siue Rege, quis instituit hæredem, vel in præcibus porrectis Imperatori, aut alio Principi supremo declarat se instituere saltem hæredem præsentibus aliquot testibus, videlicet saltem duobus (vbi non appareat præces fuisse ab eo porrectas) Ita sentit Bar. *in d. l. omnium nu. p. & testatur Socin. Iun. cons. 138. nu. 10. lib. p. quos sequitur Clar. cit. qu. 56. nu. 7.*

Quo pestis tempore excusatur a residentia ad quam tenetur clericus, *Clementina, ne in Agro §. fin. iuncta glo. in vers. rationabili de statu Monachorum Felin. in cap. accedens vtilis non contestatur Ius. in l. 2. §. penult. ad finem ff. si quis caut. Ripa citato loco nu. 136. cum seq. tr. de peste quos sequitur Galia. de verb. signif. d. lib. 10. cap. 37. nu. 23.*

Quemadmodum eo tempore, licet regulariter testamentum fieri debeat in domo, & in cubiculo,
50 non in publico *l. heredes palam ff. de testam. & l. cum antiquitas C. eodem titulo,* Tamen pestis intuitu potest testator stans ad fenestram, siue ad ostium, vel in publica via coram transeuntibus
51 rogatis facere testamentum validum *Ita prabat Hier. Preuidellus in trac. de peste, tit. de vlt. voluntatibus, cap. incip. Vtuum est igitur nu. 3. fol. 174. lib. 18. tract.*

SVMMARIA.

Pelagus altissimus vocatur quæstio, an Nepos ex primo patruo, secundo præferatur patruo in primogenitura nu. 1. Contrarium verius nu. 8. 42. 43. 64. 65. 66. 67. 68.
Robertus Rex Siciliæ alter Salomon nu. 2.
Patruus præfertur Nepoti nu. 3.
Prior in gradibus præfertur in successionibus nu. 4. & 5.
Nepos ex filio illegitimo dicitur natus ex radice infecta nu. 6.
Transmitti non potest, quod in spe tantum consistit n. 7.
Filius repræsentat personam Patris nu. 9.
Ius idem est in parte quoad partem, quod est in toto quoad totum, nu. 10.
Verba primogenitus, primò natus, vel maior natu, idem significant, nu. 11.
Ordo successionis seruatur in primogenituris nu. 12.
Linea recta primogenitorum recta semper dicitur in primogenitis nu. 13.
Argumentum de primogenitura legali ad fideicommissariam valet nu. 14.
Vltima voluntas dicitur lex nu. 15.
Argumentum à feudo ad primogenituram valet nu. 17. & 18.
Qualitas expressa in testamento intelligitur ad terminos habiles nu. 19.
Vocati plures ad fideicommissum intelliguntur ordine successiuo nu. 20. & 21. etiam in hæreditate transuersali nu. 22. & 25.
Filius primogenitus dicitur ætate maior patruo nu. 24.
Filiorum quilibet eius constituit gradum nu. 25. 26. & 27. 33. 34. & 35.
Absurdum est euitandum nu. 28. & 29.
Ambulatoria successio esse non debet nu. 30.
Primogenitura in pendenti stare nequit nu. 31.
In primogeniali successione præfertur is, qui est in meliori linea nu. 32.
Linea secundogeniti dicitur magis dilecta testatori, quam tertiogeniti, nu. 36. 37. 38. 51.
Ordo naturalis est, vt primogenitum, & eius lineam sequatur secundogenitus, & eius linea num. 39. & 41.
Testatoris voluntati locus est, vbi concurrit qualitas ab eo requisita nu. 4.
Primogenitura semel perueniens ad descendentes vlterius ascendere nequit, idest transire ad ascendentes nu. 44. idem in feudis proceditur nu. 45.
Testatoris dispositio, qua semel effectum habuit ad exclusionem alterius perseueratur in eo, qui ad successionem admissus est nu. 46. 47.
Vocatus expressè is dicitur, qui proprio nomine vocatus est, nu. 49. & 50.
Tunc dictio futurum tempus respicit, & ad illud restringit dispositionem testatoris nu. 52.
Qualitas in vna parte testamenti expressa non censetur repetita in alia parte separata, vbi non fuit expressa nu. 53.
Verisimile habens pro se, dicitur habere veritatem, & casum legis, nu. 54.
Veritas pro expresso habetur nu. 55.
Filius primogeniti ex iure suo præfertur patruo num. 56. & 57.
Origo, quæ a radice deducitur, experitur in quolibet deriuato nu. 58.
Decidens omne per medium sapit naturam medij n. 59.
Statutum excludens sororem à successione fratris existente fratre, excludit etiam eam existente filio fratris. nu. 60.
Exclusus semel semper exclusus censetur, durante causa exclusionis nu. 61. & 74.
Primogenitus nascendo se inclusit cum eius linea ad exclusionem aliorum in primogenitura nu. 62.
Casus omissus dici non potest, qui venit ex mente testatoris nu. 63.
Filius in primogenituris admititur ad patris exclusionem, si pater est inhabilis, & sic excludit alios, num. 69.
Secundo genitus excluditur a Nepote in feudis ex sanctione Caroli V. in Neapolitano Regno nu. 70.
Princeps iuri se conformare dicitur in dispositionibus num. 71.
Admittendo quem succedere debet in primogenitura, sibi dicitur præiudicare nu. 73.
Obseruantia subsecuta præcedentem dispositionem declarat nu. 75.
Iudicata rei magna est auctoritas nu. 76.
Iudicatarum rerum exempla sequi debemus nu. 77.
Primogeniti qualitas attenditur tempore successionis num. 78.
Primogenitura lineæ maioris natu rationem habuisse dicitur testator nu. 79.
Differentia inter primogenituras ab homine constitutas, vel a lege inductas nu. 80. 81.
Dispositio coniecturalis testatoris attenditur in primogenituris nu 81.
Peregrini correctio nu. 82.
Maior ætas consideratur tantum in maioratibus n. 83.
Qualitas maioris natu non concurrit in Nepote, n. 84.
Primogeniti nomen est iuris, nomen verò maio[...]s natu est facti nu. 85.
Nepos, licet veniat sub nomine primogeniti, non tamen venit sub nomine maioris natu, nu. 86.
Maioritas ætatis consideratur tantum in maioratu nu. 88. 89.
In maioribus censetur maior sapientia nu. 90.
In maioratu cessat ius repræsentationis nu. 91.
Lex non fingit super impossibili nu. 92.
Quod naturaliter fieri non potest, similiter nequit fieri num. 93.
Repræsentatio operatur solum quoad gradus prærogatiuam num. 94.
Decisio fauore maioris natu in maioratu nu. 95.
Indubijs compositioni fit locus nu. 96. & 97.
Pater non potest præiudicare filio in primogenitura nu. 98.



Filius

Filius primogeniti præfertur patruo secundogeniti in successione primogenituræ, & ita Filius secundogeniti præfertur patruo tertio genito; secus verò in maioratu, in quo attenditur maior ætas tempore successionis. CAP. CCIII.



1 Væstionem hanc altissimum pelagus, cuius fundum reperiri non posse scribit Tiraquel. *de primag. qu. 40. nu. 7. post Baldum in l. cum antiquioribus C. de iure delib.* qui auctor Tiraquel. *nu. 8. cum plur. seq.* tradit hanc controuersiam sæpe fuisse ferro terminatam, vti hinc inde ambiguam; semperq; nepotem superasse patruum multis exemplis ibi relatis docet, Et cuius nepotis fauore pronontiasse Robertum Siciliæ Regem alterum Sa-
2 lomonem nuncupatum a Baldo loco citato contra Patruum in Comitatu Sancti Seuerini testatur Tiraquel. loco rel. *nu. 10. cum plur. seq. & scribit Peregr. cons. 17. num. 15. lib. 6. atq; refert Card. Mant. de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 27. nu. 40. cum seq. & repetit in tr. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 10. sub nu. 9. vers. vbi in fine.*

Quod patruus sit præferendus nepoti multa sua-
3 dent, Et primo Auctoritas Oldradi *in cons. 94. col. 5. vers. amplius certum est, & Andreas Isernia in cap. p. col. 4. vers. querit glo. iuncto vers. hæc essent vera tit. de natura successionis feudalis, & in cap. p. §. olim col. 2. vers. si ergo viuens tit. success. feudali,* & in alijs multis locis citatis per Archid. *in cap. vlt. 24. qu. p. Fulgos. in l. vina C. de bonis maternis Afflict. in cap. p. col. 3. vers. sed dubium stat. in tit. de natura successionis feud. & in cap. p. col. 2. cum seq. tit. de success. feudali,* vbi hanc controuersiam latissimè disputat, & communem esse hanc opinionem affirmat.

Prout eandem partem tenent Anchar. *cons. 82. per totum Lucas de Penna in l. nepotes col. p. cum seq. C. de his qui nu. liber. lib. 10. & in l. si quis in sacris in fi. C. de prox. sac. scrin. lib. 12. & in l. quicunq; C. de princ. ag. in reb. eorum qui lib. 12. atq; in l. p. col. 2. cum seq. plur. C. de priuil. eorum qui in sacro palat. milit. d. lib. 12.* cum alijs multis, quos refert Tiraquel. *cit. qu. 40. a nu. 15. vsq; ad nu. 19.* Vbi ita obseruari in Arabia, & in Gallia, & de iure Longombardorum scribit, Inter quos citat Alex. *cons. 123. col. 2. vers. cum etiam lib. p.* & vbi viginti septem Doctores hanc sententiam tenentes refert.

Cuius conclusionis rationes multæ deducuntur, & primo, quia filij non debent esse deterioris conditionis, quam nepotes, & sicuti de iure communi omnes filij æqualiter succedunt ita priuari non debet patruus a nepote, etiamsi fratris locum obtineat per tex. *in l. p. §. si filius ff. de suis & legit.*

Secundo, quia de iuris rigore præfertur in succes-
4 sione is, qui gradu prior est *l. pater filium ff. de inoff. testam. Et in §. p. Instit. de legit. agn. success.* cùm autem filius sit proximior in gradu nepote; Ergo præferendus est nepoti in successione pa-
5 terna, saltem de rigore *l. si libertus præterito §. p. ff. de bonis libertorum.*

Tertio, quia sicuti legitimatio, quæ fit per subsequens matrimonium, non extenditur ad nepotes natos ex naturali filio iam præmortuo, itaut tales nepotes succedant auo, tamquam nati ex le-
6 gitimo patre; Bal. *in l. Benignius ff. de legit. & ibi Alber, Cremens. singul. 32. ac latissime Ias. in repet. l. si is qui pro emptore conclus. 29. vers. ista conclus. ff. de vsu cap.* Ita locum patris obtinere nequit filius in successione primogenituræ ad exclusionem patrui.

Quarto, quia quod in spe tantum est, id transmitti
7 non potest *l. sed si plures, & l. qui plures, ac l. qui habebat ff. de vulg. & pupil. l. sempronius ff. de vsu, & vsufr. ac l. si cum hæres ff. quando dies legati cedit & C. l. hæres meus ff. de condit. & demonstr.* Cum itaq; filius in spe tantum habeat successionem in primogenitura viuente patre, eam ad filium transmittere moriendo nequit.

Alias multas deducit rationes Tiraquel. Citata qu. 40. a nu. 100. vsq; ad finem, vbi quadraginta quinque deducit rationes, per quas Patruum præferendum esse nepoti tradit.

De AEQVITATE tamen contraria sententia ve-
8 rior, & receptior videtur; AEQVVM enim est nepotem, qui est eadem persona cum patre, succedere in eius locum, & esse eiusdem gradus concludit Bart. *in l. liberorum col. 5. vers. his permissis ff. de verb. signif. & habetur in l. p. §. si filius ff. de suis & legit.* Vbi naturali AEQVITATE admittitur nepos cum patruo in successione aui, quando agitur de vniuersali successione; Eo quia nepos obtinet locum patris, Idcirco merito in primogenitura, quæ tantum patri debebatur, succedit ipse, excluso patruo, vt latissime probat Tiraquel. loco cit. *a nu. 11. vsq; ad nu. 100.* Quippe respondendo ad contrarias rationes, eas sigillatim tollit *præcipue nu. 102. & seq. vsq, ad finem.*

Hanc sententiã amplectitur Oldradus sibimet contrarius *in cons. 224. incip. Iste sunt allegat. quem seq. Dec. cons. 443. & Gratus cons. 6.* qui multos alios referunt, *præsertim Bart. in l. ex hoc iure col. vers. 7. quero ff. de iustitia, & iure, atq; in cons. 386. incip. in Regno libero lib. 2.* qui testatur hanc esse communem opinionem, *Et in cons. 389. per totum eodem lib. 2.* Prout hanc eandem conclus. seq. Io. Faber *in §. cum filius col. 2. vers. sed quid dices Instit. de hæred. quæ ab intest. defer. Abb. in cons. 85. In præsenti qu. in p. dubio lib. p. & in cons. 3. Nitar. in præsenti causa col. 3. vers. ex quibus omnibus lib. 2. Castrens. in l. Is potest ff. de acquir. hæred. Et in cons. 164. in præsenti causa lib. 2. Roma. cons. 29. in causa maioria* cum alijs infinitis citatis per Tiraq. loco relato, *à seq. numeris, maximè nu. 19.* vbi semper nepotis partes se fuisse sequutum

scribit, id quod repetit *nu.* 160. atq; viginti no-
uem Doctores eam sententiam sequentes refert.

Ex præcipue afferuntur rationes quod filius rapræ-
sentat personam patris, & concurrit cum pa-
9 tre sine successione aui citata *l. vt intestato C. de*
suis, & legit. & Auth. cessante iuncta Auth. post
fratres C. de legit. hæred. Et licet aliud sit concu-
rere cum patruis, aliud eos excludere; Tamen
cum Primogenitura ad vnum tantum perue-
niat, & consequenter sit indiuidua, ad nepotem
pertinere non ad patruum certum est, cum idem
iuris sit in parte quoad partem, id quod est in
10 toto quoad totum *l. quæ de tota ff. de rei vendicat.*
vt subijcit Tiraquel. loco citato nu. 24. cum seq. qui
quadraginta quinq; deducit rationes, firmatam con-
clusionem corroborantes.

Pro huius conclusionis maiori dilucidatione Præ-
mittendum est verba Primogenitus, primo na-
tus, siue maior natu, tamquam sinonima idem
significare; Cum qui maior natu est, dicatur
11 Primogenitus, & primo natus *tex. in l. p. §. fin.*
cum l. seq. ff. de adoptionib. Et in l. cum qui ff. de in-
terdictos, & post Baldum, Parisium, Tiraquel.
Molinam, & alios probat Menoch. cons. 318. num.
17. in fin. cons. 442. nu. 20. & cons. 981. nu. p. cum
seq. & nu. 42. ac nu. 48. qui auctor d. nu. p. hoc eo-
dem vsus est argumento, vt rem magis claram
redderet, prout idem probat *cons. 1196. nu. 11.*
hoc idem post multos alios tradit Gratia. *lib. 4.*
discept. for. 834. nu. 3. & Fusar. de substit. qu. 387.
nu. 47. atq; Gioagn. cons. 62. nu. 53. lib. p. plures
alios congeri Io. Antonius Bellonus *cons. 11. nu.*
16. cum seq. plur. & Horat. Barba. de fideicom. nu.
92. & maior par. 3. cap. 5.

Secundo præmittendum est, quod in primogenitu-
ris regulariter seruatur ordo successionis, Itaut
12 qui prior natus est succedat, exclusis alijs de ea-
dem linea, atq; idcirco durante linea primoge-
niti non fieri locum secundogenito, neq; eius de-
scendentibus, & consequenter neq; tertiogeni-
to *l. cum prætor ff. de Iudic. & abonde probat Tira-*
quel. cit. qu. 40. sub nu. 12. Menoch. cons. 981. num.
10. cum seq. Surdus cons. 403. nu. 11. cum seq. de
tradit Peregr. cons. 64. nu. p. vers. tota vis & sub
nu. 2. vers. Item conclusio ac nu. 15. & cons. 33. nu.
37. lib. 2. quos seq. Gratia. d. cap. 834. nu. 14.

Tertio loco præmittendum est, quod in successione
primogenituræ vocata semper censetur linea
recta primogenitorum successiue in infinitum,
de primogenito in primogenitum ex propria
vocatione, etiam absq; alterius iuris transmissio-
13 ne. Ita late docet Tiraquel. *d. qu. 40. nu. 111. &*
ample scribit post alios per eum relatos Molina de
primogenit. lib. 3. cap. 6. nu. 29. & lib. p. cap. p. nu.
17. Menoch. cons. 211. num. 10. cum seq. plur. cons.
441. nu. 10. in fin. cons. 987. nu. 4. & cons. 1082. nu.
7. cum seq. Cephal. cons. 656. nu. 47. cum duobus seq.
qui de communi testatur surd. cons. 370. nu. 15. Bar-
del. cons. 60. nu. 23. & cons. 619. Gratia. lib. 3. cap.
456. nu. 12. & post eos Fusar. de substitut. qu. 387.
num. 55.

Quarto præmittendum est argumentum de pri-
mogenitura consuetudinaria, & legali ad fidei-
14 comissariam ab homine ordinatam, optime va-
lere, vt amplè probat *Ias. in l. p. nu. 7. C. de In-*
dign. Tum quia vltimæ voluntates dicuntur le-
15 ges, *Auth. disponat C. de nuptijs*, tùm quia Testa-
tores velle præsumuntur, quod Iura disponunt,
16 & se iuri confirmare, *Bal. in l. si duo ff. de acquir.*
hæred. & post Alex. & alios probat Peregr. cit.
cons. 64. nu. 15. circa medium lib. 2.

Deniq; præmittendum est argumentum à feudo
ad Primogenituram valere, vt post multos ci-
17 tatos affirmauimus nos in superiori *libro 2. cap.*
101. nu. 112. & 114. quibus additur *Spinus in spe-*
culo Testam. glo. 19. nu. 18. cum in primogenituris
succedatur prout in feudalibus, vt post multos
18 scribit *Celsus vgo cons. 38. nu. 10. Rol. cons. 39. nu.*
51. lib. 4. Cran. cons. 102. nu. 31. quos sequitur Pe-
regr. cit. cons. 33. nu. 26. lib. 2.

Quibus attentis palpabile est, quod mortuo pri-
mogenito succedit eius filius primogenitus in
primogenituram, & filijs non extantibus succe-
dit nepos ex secundo genito prædefuncto, ex-
cluso patruo tertio genito, etiam ætate maiori;
Eo enim casu filius secundogeniti prædefuncti
dicitur Primogonitus, cui spectare primogeni-
turam probat Rimin. Iun. *cons. 544. nu. 225. &*
Bursa cons. 354. nu. 6. & 19. vers. Qua propter &
nu. 23. surd cons. 403. nu. 10. & copiose dixi loco re-
lato cap. 101. nu. 105. cum seq. plur. lib. 2. Et post
multos tradit Card. Mant. *de coniect. vlt. vo. unt.*
lib. 8. tit. 8. num. 7. & 8. Peregr. cons. 64. num. 11.
lib. 2.

Qualitas etenim repetita vt plurimum in testa-
mentis, vt succedat primogenitus ex filijs, & de-
scendentibus masculis, intelligitur iuxta termi-
nos habiles, & ordine seruato, vt singula sin-
19 gulis reddantur, vt probat Gratus *cons. 6. num.*
26. lib. p. post Alcia. cons. 138. nu. 12. cum seq. plur.
lib. 5. Quemadmodum dicitur de pluribus substi-
tutis in fideicomisso, qui ordine successiuo voca-
20 ti, & substituti dicuntur, vt tradunt omnes *in l.*
Gallus §. quidam recte vbi Fortun. Garzia nu. 17.
21. 23. & 27. Et ibi Galia. nu. 14. ff. de lib. & posth.
quos sequti fuimus *in cit. cap. 101. nu. 10. lib. 2. de*
Aequit. Qui ordo rationi naturali adhęret, per
quam cuncta bene disponuntur, & quasi cly-
21 peus legis dicitur *l. p. §. p. vers. naturali ratione*
C. de caduc. toll. vbi Bal. nu. 2. quem sequ. Rhaud.
var. resol. cap. 37. nu. 114.

Propterea defficiente linea primogeniti succede-
re debet linea secundogeniti, & deinceps tertio
geniti, ordine successiuo, vt expresè tradit Port.
Imol. *cons. 55. nu p. Socin. Iun. cons. 116. nu. 24. lib.*
p. Menoch. cons. 106. nu. 350. & nu. 359. cum sequ.
Lauar. consul. p. nu. 35. Didac. prac. quæst. cap. 38.
nu. 6. vers. nam quod iure, & lib. 3. var. resol. cap. 5.
nu. 5. quos sequitur Rhandens. var. resol. cit. cap. 37.
num. 100. in fine, & num. seqq. Alcia. inter consul.
Grati. cons. 8. col. p. lib. p. Vgo cons. 93. nu. 6. & 10.
& cons. 120. nu. 12. Molina de primog. lib. 3. cap. 6.
nu. 29. Marta cons. 107. nu. 9. quos sequitur Giurba
de feud. cap. 118. §. 2. glo. 10. nu. 33. Quam senten-

tiam

tiam procedere etiam in hæreditate transuersa-
22 lis probat Socin. *cit. conf. 116. nu. 7. & 10. lib. p. & amplè scribit Camillus de Laratha tr. de feud. par. 9. dilucidat. 37. nu. 106. cum plur. seqq. lib. p.* Vbi in indiuiduo probat, quòd si pater erat primo loco natus, nepos ex eo natus dicitur etiam primogenitus, quia generatio secum habet concomi-
23 tantiam temporis necessariam *cap. Abbate sanè, de re iud. lib. 6.* & ex eo tempore debet æstimari, quod sit natus, quo & pater natus est, licet postea, iterumque natus fuerit.

Qua ratione nepos ex primo loco nato dicitur primogenitus, & ætate maior patruo post eius pa-
24 trem genito. *Tiraquel. cit. qu. 40. num. 31. cum seq. plur. & nu. 90. quem sequitur Laratha cit. dilucid. 37. nu. 109. & nu. 111. cum plur. seq.* qui auctor eam etiam adducit rationem, quod in successionibus indiuiduis, quæ ad vnum tantum deferuntur, vt sunt primogenituræ, quilibet ex filijs diuersum constituit gradum; Nam primogenitus cum eius prole primum gradum; Secun-
25 dogenitus cum suis secundum gradum; Tertiogenitus cum eius descendentia tertium gradum, & inter se succedunt, sexus, & ætatis prærogatiua seruata; quam rationem comprobat idem
26 auctor *nu. 138. cum seqq. plur.* ex quibus constat, sicuti secundogenitum cum eius linea nō dicitur vocatus subsistente linea primogeniti, ita tertiogenitum vocatum non censeri cum eius linea, nisi in subsidium, idest deficiente linea secundogeniti, facit tex. *in l. hæredes mei §. fin. ff. ad Trebel.* & probat Petrus Antonius Anguissola *conf. 86. sub nu. 28. lib. 6.* tradens seruari debere gradus prærogatiuam, & ordinem in primogenituris, & successionibus, iuxta Rotam, *decis. 128. nu. p. in nouis. par. 2.* Non vero extincta primogeniti linea omitti lineam secundogeniti, vt succedat tertiogenitus, etiam si ex viuentibus
27 natu maior sit. *Gratian. alleg. cap. 834. nu. 14. post Gratum cit. conf. 6. nu. 26. cum seqq.*

Et vbi contrarium admitteretur, omnino confunderetur ordo præscriptus per testatorem, & à iure dispositus, id quod tanquam absurdum nul-
28 lo modo est affirmandum. *Molina de primog. lib. p. pleno cap. 4. præsertim nu. 13. in fine, & cap. 3. nu. 14. Peregr. d. conf. 64. nu. 3. in fine lib. 2.*

Prout aliud sequeretur absurdum, quod primogenitura, deficiente linea primogeniti, & post posita linea secundogeniti, per saltum ad tertiogenitum perueniret, quod non est admittendum.
29 *Iun cit. conf. 544. nu. 87. Aguir. de success. port. p. 3. nu. 34. Cafanata conf. 47. nu. p. Surd. conf. 573. nu. 19. Gratian. lib. 4. discept. forens. 621. nu. 3. Perier. decis. 59. nu. 5. Rosental. cap. 7. conclus. 32. lit. G. Peregr. de fideicom. art. 2. nu. 13. Menoch. conf. 172. nu. 3. conf. 940. nu. 29. & conf. 976. nu. 4. & conf. 1036. nu. 2. quia ordinatim, & successiuè de gradu in gradum succeditur; Decian. conf. 3. nu. 200. lib. 4. quos sequitur Giurba dicta glo. 10. nu. 23. & 43. ac nu. 46 vers. ceterum, ac nu. 73.*

Nimis enim ambulatoria hoc pacto redderetur ipsa successio de vna ad aliam lineam magis remotam, quod in iure minimè locum habere pro-
30 bat *Alciat. conf. 208. nu. 9. in fine, quem sequitur Menoch. conf. 981. nu. 6. Giurba loco citato nu. 23. Sacca conf. 233. in fine.* Et vt plurimum in pendenti, atque in suspenso staret primogenitura
31 post mortem primogeniti, contra *tex. in cap. fin. de nat. success. feud. Malins. conf. 22. nu. 9. & post alios Thesaur. cit. q. famil. 34. nu. 9. lib. p. Grat. dict. cap. 456. nu. 34. & 39.* Et in successionibus primo-
32 genituræ præfertur semper is, qui est in meliori linea; Et vbi vterque est in pari linea, tunc præfertur qui est in meliori gradu, vt post multos
33 probat *Giurba de feud. cap. 118. §. 2. glo. 10. sub nu. 5. vers. si vterque, & nu. 54. qui auctor nu. 15. vers. linea post, Franc. de Ponte de potestate pro regis tit. 9. de success. mulier. nu. 30. 442. & Valenzol. conf. 97. nu. 13. Lanar. conf. p. nu. 35. cum seq. & nu. 64. Rosental. de feud. cap. 4. concl. 2. nu. 5. & 7. Sacca conf. 136. nu 45. & conf. 233. nu. 33.* probat lineam semper preferri, idest eius proximitatē, etiam si alius esset gradu proximior, & maioris ætatis, affirmando idcirco Giurba nullam esse habendam rationem ætatis, cum linea proximior vltimo defuncto sit præferenda, id quod etiam repetit *nu. 17. vers. quia proximitas*, dum concludit lineæ proximitatem præualere proximitati gradus, & confirmat *num. 21. & 23. in fine*;

Quemadmodum enim primogenitus constituit primum caput ex linea descendentium, ita secundogenitus secundum caput, & deinceps sin-
33 guli. *Celsus Vgo conf. 120. nu. 12. & 14. Valasc decis. 171. nu. 8. Auenda in l. Thauri 40. glo. 17. nu. 26. Cancer. lib. 3. var. resol. cap. 41. de transmiss. nu. 295. Franc. de Ponte de potest Proreg. tit. 9. de success. mul. nu. 2. Molina de primog. lib. 3. cap. 6. nu. 51.* Tot namque nouæ pullulant lineæ, quot
34 sunt eiusdem primi primogeniti filij: *Ponte d. tit. 9. nu. 42. Molina cit. cap. 6. sub nu. 28. & sub nu. 37. vers. quod in feudis*; idcirco alter de alterius linea non dicitur, *Gutier conf. 13. num. 12. lib. 2. quem sequitur Giurba loco relato nu. 45. in fine, & nu. 46.* Vbi inquit, quod secundogenitus constituit suam lineam, per quam se ipsum, & suos descendentes includit, ad effectum, vt deficiente linea primogeniti, is, & eius descendentes quo suis alios ex sequentibus excludat; Neque tertio genitus, & eius linea admittitur, quandiu superest descendentia de linea secundogeniti; *Gama decis. 355. nu. 5. Flores, ad decis. 93. conclus. 4. 5. & 6. quas sequitur Giurba d. glo. 10. num. 46. vers. Ego verò*, vbi inquit, quod nascendo quilibet ex filijs suam constituit lineam suo ordine; Ita vt descendentes a prima, vel secunda, reliquos ex remotioribus excludat, *per Dec. cons. 379. nu. 4. Ruin. conf. 27. nu. 4. lib. 3. Molina cit. lib. 3. cap. 6. nu. 29. Gutier lib. 3. pract. quæst. 66. nu. 16. & q. 67. num. 46. & lib. 2. tamen 83. vers. Resp. p. verbo adeò, vt si primonatus.*

Hoc idem probat *Giurba num. 58. vers. si quidam q. 14. nu. 20. ac conf. 13. nu. 11.* dicens, quod vbi ius primogenituræ est constitutum, quilibet ex filijs

diuersum

diuersum gradum ab alijs constituit, idest filius primogenitus cum eius descendentibus primum gradum; secundogenitus cum suis descendentibus secundum gradum, & sic de cæteris, *ex Auendano ad l. Thauri 40. glo. 17. nu. 26. Vgone cons. 120. num. 12. & 14. & Cancer. lib. 3. ressolut. cap. 21. de transmiss. nu. 296.* & in spetie, quod Nepos ex secundogenito prius defuncto excludat patruum, tradit idem auctor *nu. 332.*

Firmata conclusio eò fortius procedere dicitur, quando testator expresse prouidit, vt bona peruenire deberent in talem, & successiuè in vnum ex eius filijs masculis, natu maiorem, mox in vnum ex eius descendentibus, & descendentium descendentibus masculis natu maiores; ita quod semper in dictis bonis succedat vnus solus, qui sit maior natu, donec duret eius linea masculina primi instituti, quia tunc qualitas primogeniti inesse dicitur in eius filio, & deficiente illius linea, in filio primogenito secundi geniti, & deinceps. *Peregr. cit. cons. 33. nu. 5. vers. idcircò, & nu. 13. & 30. atque repetit in d. cons. 64. nu. 12. cum seqq. lib. 2. & ante eum in his terminis tradit Menoch. cit. cons. 106. nu. 397. cum tribus seq.* In tantum, vt quemadmodum si viueret secundo genitus excluderet tertio genitum, ita eandem exclusionem exercet eius filius. *Peregr. cit. cons. 33. nu. 18. & 19. Menoch. cons. 981. nu. 11. cum seq. & nouissimè tradit Camillus de Laratha tr. de feud. par. 9. dilucid. 37. nu. 59. lib. p.*

Magis enim dilecta fuit testatori linea secundo geniti, primo loco vocata per clausulam maiorna-
36 tu, quam linea tertiogeniti, vt post *Soncin. sen. cons. 49. nu. 7. vers. secundo præmittu, lib. p. Crau. cons. 64. nu. 7. cum seq. & cons. 297. nu. 2. probat Menoch. cons. 215. nu. 177. & Rimin. iun. cons. 544. nu. 9. & nu. 114.* quæ prædilectio consideratur, & transit etiam ad ipsius prædilecti descenden-
37 tiam, vt scribit idem *Menoch. cons. 124. cap. 456. nu. 45. & 54. & cons. 954. nu. 474. Honded. cons. 17. nu. 4. lib. 1. quos sequitur Gioannonus cons. 62. num. 45. lib. p.* Qui descendentes nati dicuntur ex radice priuilegiata, & assumunt eandem naturam, quæ in patre extabat, vt post alios docet
38 *Gratian. cit. cap. 456. nu. 5. & 40. ac probat Thesaur. cit. quæst. 34. nu. 10. & 46. lib. p. ac sequitur Camillus de Laratha dicta parte 9. dilucidat. 37. nu. 78. & 102. lib. p. post Andream de Georgijs in rept. feud. cap. 49. nu. 12. & sequitur Giurba dic. glo. 10. nu. 18. ac Gratian. lib. p. discept. 30. nu. 26. qui Giurba nu. 36.* absurdum esse probat, si tertiogenitus præferri deberet filijs secundogeniti etiam prædefuncti, *num. verò 37.* docet prædilectorum lineam finiri debere antequam alij de tertio geniti linea admittantur.

Ordo siquidem naturalis est, vt post primogenitum, & eius lineam, sequatur secundo genitus, & eius linea, & nisi ea extincta, locus fieri potest
39 tertio genito *cap. licet in fine de Voto, & ibi Abb. quem sequitur Rebuff. in l. proximus ff. de verb. signifi. Rimin. iun. cit. cons. 544. nu. 161. Gratus all. cons. 6. nu. 20. & 25. lib. p. & Menoch. cons. 752. nu. 22. vers. his intellectis, Giurba d. glo. 10. nu. 21. in fine, & nu. 23. in fin.* quia filius filij senioris extincto primogenito, & eius linea, dicitur primogenitus, & excludit tertio genitum, vt subijcit idem *Giurba sub nu. 28. vers. id tamen facere potest, & prope finem vers. porrò videmus, ac nu. 45. vers. quin id ipsum.* Cum namque concurrat qualitas à testatore requisita in filio natu maiore secundogeniti, post extinctam lineam primogeniti,
40 locus etiam esse debet illius dispositioni. *Bart. in l. liberorum sub nu. 13. ff. de verborum signif. Peregr. d. cons. 64. sub nu. 13. vers. solutio textus, & cons. 33. nu. 6. in fine lib. 2.*

Et quemadmodum filius primogeniti dicitur &
41 ipse primogenitus. *Alba cons. 85. nu. 6. Gratian. cit. cap. 456. nu. 80.* & qui idcircò vocatus dicitur ex persona propria, vt post Molin. probat Menoch. *d. cons. 981. nu. 38.* cuius primogeniti qualitas transit in secundogenitum, & eius lineam, extincto primogenito cum eius linea, vt dictum fuit, & post multos tradit idem Menoch. *cons. 220. nu. 125. cum seq.* & dictum fuit supra ex Riminald. *iun. cons. 544. nu. 225. & alijs citatis*, præsertim respectu tertiò geniti, *Rol. cons. 39. nu. 48. lib. 4. Gail. lib. 2. obseru. 154. nu. 3. Sussa decis. 310. nu. 2. quos sequitur Giurba dict. cap. 118. §. 5. glo. 10. nu. 49. vers. quia secundo genitus.* Eadem ratione dicitur primogenitus, & maior natu filius
42 secundogeniti tertiogenitum excludit *arg. l. post aditam C. de impub. & l. si legata C. de legatis, Peregr. sæpius cit. cons. 33. nu. 5. & 9. & cons. 17. nu. 13. lib. 6. ac Menoch. cons. 211. nu. 32. Thobias Nonius cons. 6. in princip. & nu. 6. cum seq. plur. Alex. Galuanus cons. 11. nu. 3.* Cum qualitas primogeniti, siue maioris natu per extinctionem lineæ primogeniti transitum facit in lineam secundogeniti, vt alias dictum fuit, Rota *decis. 128. nu. p. in nouiss. par. 2.*

Hoc namque obseruatur in feudorum successione, facta inuestitura pluribus fratribus pro se, & eorum filijs masculis, & vna filia fæmina. Quoniam locus non fit successioni ipsi fæminæ ex-
43 tantibus masculis, vt habetur *in cap. p. de eo, qui si, & hæres. Mascul. & cap. p. §. filia de success. feud. Corn. cons. 24. nu. 30. lib. 2.* & consequenter non fit locus successioni tertiogeniti, & eius descendentiæ, nisi extincta secundogeniti descendentia; quia, vt dictum fuit, in primogenituris succeditur, prout in feudalibus, *ex Peregr. cons. 35. nu. 25. lib. 2.*

Præterea primogenituræ ad descendentium descendentes semel peruentæ, vlterius ascendere
44 nequeunt, vt obseruatur in feudalibus *cap. p. de nat. success. feud.* & in terminis primogenituræ allodialium probat Bologn. *cons. 9. nu. 22. & 39. post Bart. in Auth. post fratres la 2. de legit. hæred. & Bald. in cap. p. in fin. Imper. Loter. Eng. Pap. facinus tradita per Angel. in cons. 110. quod incipit sanctiss. col. 3.* dicentem, quod feudum non respicit lineam ascendentem, neque habet oculos retrò, sicut neque dignitas, quæ descendit, non autem ascendit; quam sententiam comprobat

Natta

45 Natta *cons.22.sub nu.p.in fine vers. Postea etiam*.
Propterea cum Patruus dicatur esse in linea
transuersali ascendentium, habita ratione personæ
vltimi primogeniti defuncti. Nepos verò
filius secundogeniti sit in linea transuersali
æquali eiusdem defuncti, hac sola ratione præferendus
venit Patruo. Ad rem Spinus *in specul.
testam.tit.19.de maioratu nu.6. & 63.in fine*.

Neque releuat, quod, si testator vocauerit filium
natu maiorem primi instituti, verificari nunc
non potest hæc qualitas maioris natu, nisi in
ipso patruo tertiogenito, & vnico filio superstite
eiusdem primi instituti, & sic nunc natu
maiore.

Respondetur etenim, quod cum locum habuerit
dispositio ipsa in primo filionatu maiore primi
instituti, iam effectum suum sortita est testatoris
ordinatio in eo casu secundæ substitutionis ad
exclusionem eiusdem tertiogeniti, qui idcirco
46 vlterius in fondare se non potest. *Card.Mant.de
coniect.vlt.volunt.lib.8.tit.8.nu.5.* Quippe exclusus
perpetuò dicitur, vt in terminis probat Menoch.
*cons.400.nu.13. post Castrens. Ancharan. &
alios ibi relatos*, Resque in alio diuerso statu in
hoc casu reperitur, in quo non amplius agitur
de successione in primogenitura per obitum
primi instituti, de qua locutus fuit testator, &
quo casu natu maior eiusdem tertiogeniti succedere
debet. Verum de successione in eadem
primogenitura post obitum non solum primogeniti
dicti primo loco vocati, sed etiam post
obitum vnici eius filij; & sic ad alium gradum
ijs mortuis peruenit successio, & consequenter
aliæ substitutioni locus factus est, dum prima
verificata fuit in primo substituto, secunda in
eiusdem filio primogenito, tertia in vnico filio
dicti primogeniti, sequendo dispositionem iuris
communis, vt admisso agnato ad successionem
fideicommissariæ primogenituræ, eius descendentes
gradatim post illum admittantur, idest
47 primogeniti, exclusis alijs fratribus *l. cum ita §.
in fideicommisso ff. de lega. 2. & in terminis primogenitura
tradit Menoch.cit.cons.106.nu.359. cum
seq.Giouannonus cons.62.nu.49.lib.p.* Ea ratione,
quod testatoris voluntas interpretatur, vt sit
conformis dispositioni iuris communis, vt dixi-
48 mus supra, & tradit *Soncin.nu.d.cons.116.nu.51.
lib.p.Peregr.cit.cons.33.nu.p.& cons.49.nu.15.&
16. lib. 2.*

Verificatis igitur dispositionibus testatoris post
mortem primi substituti in eius filio natu maiore,
mox in vnico eiusdem primogeniti filio, &
existente filio primogenito secundogeniti, vlterius
successio in primogenitura, quæ semel, &
iterum effectum habuit in primogenito, & filiæ,
reuerti non debet ad tertiogenitum transuersalem
ascendentem, vt respondisse videtur Scæuola
*in l. haredibus ff. ad Trebell. & cautum fuit per
Imperatores seuerum, & Antoninum in l. cum
vxori, C. quando lega. cad. & per Iustinian. in l. si
quis haredem C. de instit. & substit. Menoch. cons.
85.nu.46.cum seq.& cons.220. nu.4. Ad rem Marius
Salomon.in repet.d.l.Gallus §.quaeramus nu.2.
ff.de liber. & post.*

Non æquè obstat quidquid dici potest spectare dictam
primogenituram ad tertiogenitum, tanquam
per Testatorem expresse vocatum; quandoquidem,
cum expresse vocatus is tantum dicatur,
qui proprio nomine vocatus est, qualis
49 fuit primus substitutus. *Bart. in l. liberorum col.
44.de verb.signif. & post multos tradit Post. Imol.
cons. 55. nu. 85.* Alhuccinari videtur quenquam
id affirmantem; Verè enim sub nomine collectiuo
filiorum, & descendentium, simul vocatum
tertiogenitum cum eodem filio secundogeniti
liquet, & docet Bartol. *loco relat.per tex. in l.filij,
& in l.iusta ff.de verb.signif. ac in l.cuius vlt. ff. de
hared.instit.* atque in nostris terminis post multos
probat *Curt.Iun. cons. 120.nu. 12. qui subijcit nu.
13.* quod, quando aliqui vocati sunt nomine
proprio, ipsi soli admittuntur, & post eos ordine
successiuo vocati sub nomine collectiuo,
50 idem probat Paliauola *in repe. l. Gallus §. quidam
rectè nu.24. ff.de liber. & posth.*

Vt autem clarior etiam appareat inaniter agere
tertiogenitum (dum cortici verborum, vt succedat
maiornatu, a testatore prolatorum inhæret)
vt tanquam maiornatu ex viuentibus descendentibus
primi substituti admittatur ad primogenituram,
duo perpendenda proponuntur,
quæ huiusmodi interpretationem omnino excludunt
in casu nuper mihi proposito.

Et primò, quod, quemadmodum testator exclusit
proprium fratrem, & eius filios, ac descendentes,
a dicta primogenitura, donec subessot descendentia
masculina primi substituti, etiamsi
natu maiores fuissent filij, & descendentes dicti
eius fratris, & sic proximiores, quam essent filij
& descendentes dicti substituti senioris; Et Propterea
ætatis prærogatiuam considerauit tantum
testator in qualibet linea, non in confuso,
siue vniuersaliter, ergò multo fortius exclusus
dicitur tertiogenitus, quamuis ætate maior, adhuc
existente linea masculina secundogeniti
magis dilecta, vt in nostris terminis argumen-
51 tatur *Soncin.sen.cons.49.nu.7,vers. sexto hac conclusio
lib.p.& sequitur Menoch.cons.106. nu.307.
cum seq.ac tradit Camillus de Laratba de feud.par.
9.cit.dilucid.37. nu.84.par. 9. lib. p.* qui loquitur
etiam de successione collateralium, *vt in fin. d.
nu.84.ac sub.nu.100.vers.& licet hac, ac nu.110.*
vbi in specie agit de successione primogenituræ,
ad quam concurrebant filius secundogeniti
prædefuncti, & tertiogenitus, quem à nepote
exclusum esse docet, affirmando filium censeri
eiusdem gradus, cuius erat pater, etiam in successione
collateralis.

Secundo (& hoc est irrefragrabile argumentum)
vt luce meridiana clarius liqueat, testatoris
mentem non fuisse, vt maior natu tertiæ lineæ
præferatur in dicta primogenitura ei, qui ex secunda
linea est ætate minor; sed tantum hanc
ætatis prærogatiuam considerasse testatorem
respectu ordinis filiorum cuiuslibet lineæ; Ani-

aduerti debet eundem testatorem diuersimo-
dè fuisse loquutum, quando ad primogenituræ
successionem vocauit filios, & descendentes
masculos eius fratrum, & quando ijs extinctis
vocauit filios, & descendentes masculos eius
agnatorum remotiorum.

Dum enim de filijs, & descendentibus eius fra-
trum loqutus est, simpliciter vsus fuit verbis,
succedat maior natu, qui modus loquendi effe-
ctum habere valet tam si ipse successurus, quam
si eius pater, siuè auus, fuisset maior natu ex iuri-
bus deductis; quando verò in eorum deffectum
vocauit filios, & descendentes dictorum remo-
tiorum, verbo succedat maior natu addidit
verbum, TVNC MAIOR NATV, idest, qui
esset maior natu tempore successionis, is succe-
dere haberet, nulla habita ratione, quod ex li-
nea primogeniti, vel secundogeniti, aut tertio-
geniti ortus esset, vel à quocunque alio ex eo-
rum descendentibus masculis, modo maioris es-
set ætatis tempore successionis; cum dictio, tunc,
futurum tempus respiciens, ad illud dispositio-
52 nem restringat. *Marius Salo. in d.l.Gallus nu.14. ff.de lib.& posth.Menoch.d.cons. 106. nu.324.cum duobus seqq. & nu. 333. cum seq.* quo loco hanc
nostram conclusionem explicare videtur, quam
53 apertius comprobat *Odd. cons. 90. nu. 3. est, vbi nu.6.concludit*, quod, cum testator in parte te-
stamenti hanc qualitatem expresserit, quam in
alia parte separata, idest in priori substitutione
ommiserat, censetur tacuisse, quia noluit illam
qualitatem exprimere, & eo casu locum habere
post Alex.cons.153. nu.18.lib.p. & Siluu cons.64. nu. 18. & hanc considerationem post hæc scrip-
ta reperi fecisse pariter Laratham *cit. par. 9. dilucid.37.num. 135.cum seqq.ex Soncin.cons.252. col.9.vers.quinto conseratus lib. 2.*

Vbi enim testatoc viueret, & euenisset casus ex-
tinctionis lineæ primogeniti, & interogatus;
quis succedere haberet in ipsa primogenitura
ex dictis filio secundogeniti, & patruo tertioge-
nito; Verisimile valdè est, quod respondisset
succedere debere filium secundi geniti, & sic
natu maioris, excluso patruo tertio genito; Ha-
bens verò verisimilitudinem pro se dicitur ha-
54 bere veritatem; & casum legis *Crau. cons. 297. nu.46.lib p.* Ergo pro expresso hoc haberi debet
55 iuxta *glos. in l. tale pactum §. fin. ff. de pactis, & tradit Dec.cons. 301.nu.6.*

Quia filius secundogeniti tanquam natus ex radi-
ce magis priuilegiata, quæ tertiogenito præ-
ferebatur ex propria persona, & sic iure suo ex
lege, idest testatoris dispositione, non per re-
præsentationem, ad ipsam primogenituram vo-
56 catus dicitur excluso patruo. *Menoch. cit. cons. 106.nu.397.& cons.124.sub nu.78. & 81.Ad rem Franch.decis.523.nu.11.cum plur.seq.* Estò, quod
eandem assumit naturam filius, quam pater ha-
57 bebat. *Raudens.var.resol.cit.cap. 37.num. 281. Giurba de feud.cit.cap.118.§.2.glo.10.nu.12.* for-
tuna enim, & origo, quæ a radice ducitur, in quo-
58 libet deriuato experitur, *l. in ratione la p. §. si filio ff.ad l. falcid. & l.qui id, quod ff.de donat. iuncta l. tutor ff. de fideicom.* per quam rationem
59 motus Baldus dixit *in cons. 389.col.p.lib.2.* quod
omne decidens per medium sapit naturam me-
dij, & illud medium naturale est, non simplici-
ter instrumentale, quem in his terminis sequitur.
Menocb.cons.215.nu.155.

Ex quo infertur scribentes, quod si statu tum ex-
cludit sororem à successione fratris, existente
fratre, excludere eam etiam censetur existente
filio fratris, qui coniungitur ex persona patris,
60 & post *Tiraquel.cit.quest.40.nu.66.& 67.de primog.tradit Laratha alleg.dilucid.37.nu.26.part.9. lib. p. de feud.*

His additur, quod sicuti semel exclusus fuit patruus
per filium primogeniti, licet ætate minorem,
mortuo primogenito, nulla habita ratione,
quod ille esset ætate maior, eadem ratione ex-
clusus etiam nunc dicitur per filium secundoge-
niti, vigente in ipso eadem qualitate, siue iure,
quod eius patri competebat, & consequenter
61 eadem causa exclusionis; ita probat *Soncin. iun. in consimili controuersia vertente inter collaterales cit.cons.116. lin.p. & Alcia.resp. 208.nu.7.& 8. lib.9.tom.3. Ad rem Port.Imol. alleg.cons.55.sub nu. 88. vers.sed est, & num. 91. Menoch. cit.cons. 106.nu.136. vers. id quod, & cons.124.sub nu.7. vers.quarta conclusio, ac cons. 981.nu.5. Canalch. decis.9.nu. 92.lib.2. Bolog.cit. cons.9. nu.3.& defendit Thesaur.Inn.qu.famil.109. num.14. lib.3. Surd.cons.517.nu.3. Marta cons. 199. num.25.& Giurba cit.cap.118 §. 2.glo.10. nu.29. vers. Tum quia.* Nascendoque primogenitus se inclusit
cum eius linea, & alios post eum natos exclusit,
62 vt inquit *Laratha d.dilucid. 37. nu.83. p. 9. lib.p. Raud.cit. cap.37. nu 71.114. 152.& nu.281.* Vbi
testatur ita fuisse iudicatum per senatum Valen-
tinum fauore pro nepotis contra Amitam, ea
ratione, quod fauore pro nepotis vigebat idem
ius, quod vigebat fauore eius patris; In tantum,
vt quemadmodum, si pater vixisset, exclusisset
Amitam, eadem ratione filia, quæ in patre vi-
uit, & è contra, excludit ipsam Amitam, iuxta
traditionem *Menoch. d. cons. 215. nu. 157.* vt di-
ctum fuit supra.

Neque hæsitari vllo modo potest, quod casus fue-
rit à testatore ommissus; Casus etenim ommissus
dici non potest, qui venit ex mente disponentis,
63 vt in indiuiduo probat *Paris. cons.75. nu. 38.& cons.77.lib.2.ac cons. 5.in fine lib.3. quem sequitur Menoch.sapius cit cons. 106. nu. 135.* De qua te-
statoris mente, & dispositione palpabiliter con-
stat eo ipso, quod testator disposuit succedere
debere in primogenitura primum substitutum,
& successiuè eius filium masculum natu maio-
rem, & descendentium descendentem natu ma-
iorem in infinitum, adeo quod defficiente linea
primogeniti, succedat maior natu, idest secun-
dogeniti linea &c. Vt omnem ambiguitatem
tollat, præsertim quando primogenitura con-
stituta fuit ad maiorem splendorem agnationis
testatoris, & illam conseruandi causa, vt post

Præ-

64 Præpositum tradit Crau. conf. 256. nu. 3. quem
fere in nostris terminis sequitur Rota d. decis.
128. nu. 2. part. 2. in nouiss.
Hanc principalem conclusionem nepotis fauore
contra patruum, post Tiraquel. & alios per eum
65 relatos cit. quæst. 40. nu. 10. cum seqq. amplectitur
Menoch. dic. cons. 106. à num. 359. vsque ad fin. &
cons. 215. atque cons. 98 t. nu. 7. & 46. & quamuis
auctor ipse in d. cons. 215. consuluisse legatur
contra secundo genitum; tamen, quando illa
qualitas in deffectum prioris lineę verificari potest
in linea secundogeniti, expresse tenet, quod
is admittatur ad primogenituram; id quod
etiam probat in cons. 220. nu. 121.
Eandem sententiam sequitur Grammat. decis. 12.
nu. 30. loquens fere in nostris terminis, concludendo
ex Soncin; quod, quemadmodum si secundogenitus
viueret post extinctam lineam
66 primogeniti, diceretur primogenitus, & excluderet
tertio genitum, eadem ratione excluditur
tertio genitus a filio secudigeniti effecti primogeniti
post Affl. ad Const. Regni tit. vt de success.
prout eandem comprobat sententiam, Couaru.
Pract. quæst. c. 38. nu. 8. Lud Molina de primog. lib. p.
cap. 3. nu. 10. & lib. 3. cap. 6. nu. 2. Curt. de feud. in 3.
parte vers. nono principaliter, Io. Bologn. cons. 9.
nu. 2. qui & si alio speciali fundamento fauore
amitæ eo in casu contra nepotem resoluit; Attamen
hanc nostram sententiam veriorem, &
communiorem esse admitit sub nu. 27. sicuti mi-
67 rificè conferunt tradita per Soncin. sen. cons. 37.
nu. p. vers. sed præmissis non obstant. lib. 3. dum concludit
pro nepotem concurrere cum nepote ex
fratre ad fideicommissum relictum fauore
Agnationis, non obstante regula, quod ordine
successiuo vocati censeantur illi de Agnatione,
concludendo id circò filium locum patris obtinere
in fideicōmisso, fauore agnationis constituto.
Idem probat Soncin. Iun. in consimili casu collateralium
cit. cons. 116. nu. 10. & 29. lib. p. in quo
casu agebatur de fratre patruele, & filius alterius
fratris patruelis, quos simul admittendos
esse probat; Hos sequitur Port. Imol. d. cons. 55.
nu. 91. Gratus alleg. cons 6. nu. 10. 13. & 26. atque
ex recentioribus idem probat Milanens. decis. 9.
nu. p. lib. p. Surd. cons. 403. n. 17. Rimin. iun. cit. cons.
544. nu. 215. cum seqq. plur. Pet. Ant. Anguiss.
cons. 86. nu. 13. cum seq. lib. 6. Vbi expresse scribit
filium natu maioris prædefuncti succedere in
primogenitura, cui factus est locus post patris
mortem, & hoc ex persona propria, tanquam
expresse vocatum excluso patruo.
Prout eandem conclusionem amplectitur Thesaur.
Iun. cit. qu. famil. 34. nu. 9. & 10. lib. p. Bardell. cons.
60. Ant. Gabr. de success. ab intest. conclus. 2. nu. 16.
cum plur. seqq. Mozz. tr. de feud. tit. de substant. &
quando nu. 69. quos sequitur Rosental. de feud. cap.
7. conclus. 26. in Addit. litt. P. Lofred. cons. 39. nu.
28. Gratian. alleg. cap. 456. nu. 19. & 40. & Fusar.
de substit. q. 387. à nu. p. vsque ad nu. 23. Vbi infinitos
alios adducit, & rationes, ac fundamenta
dict. concl. exponit vsque ad nu. 32. atque allegata
in contrarium pro patruo tollit, & num. 46. expresse
probat sententiam ipsam locum habere,
etiam si testator de maiore natu loqutus fuisset;
& si in cons. 39. nu. 29. cum seq. vers. & verè, se
corrigat circa ea, quæ dixerat in d. quæst. 387.
quam conclusionem amplissime deffendit Camillus
de Laratha d. p. 9. dilucid. 37. à nu. 54. vsque
ad finem de feud. lib. p. qui ad contraria respondet,
& tollit, quam sequitur Barbatus de
fideicom. & maior. part. 3. cap. 5. nu. 58. & nu. 72.
etiam in successione transuersalium cap. 21. num.
332. & consequenter hanc sententiam communiorem,
quippè cōmunissimam esse patet, pro
qua 78. affert Doctores Laratha. Idem concludit
Giurba de feud. cit. cap. 118. §. 2. glos. 10. num.
42. 46. & 49 cum seq. & nu. 80. vers. ita & eadem
deffeciente post Ceual. comm. contra com m. qu. 762.
nu. 17. & Thoram in compend. decis. verbo nepos
ex secundo genito, ac Fusar. qu. 484. nu. 14.
Satis namque est secundogenitum aliquo tempore
primogenituræ qualitatem habuisse respectu
tertiogeniti. Quamuis ante delatam sibi primogenij
successionem mortuus ille fuerit, vt
filius ab eo relictus tempore euenientis successionis
superstes ex ea primogenituræ qualitate
68 ad se peruenta excludat patruum. Peregr. de
iure fisci lib. p. tit. 2. nu. 52. Cancer. lib. 3. ressol. cap.
21. nu. 198. quos sequitur Giurba dict. glo. cons. 85.
vers. qui addit satis esse, post Auend. in dic. l. 40.
Thauri glo. 17. & tunc filius secundogeniti dicitur
venire ex persona propria, vt post Soncin.
cons. 252. lib. 2. subijcit Giurba nu. 87.
Quemadmodum admitteretur filius ad patris exclusionem,
vbi pater esset feudi inhabilis, non
verò fieret transitus ad aliam lineam, videlicet
69 ad tertio genitum, vt probat Sessa decis. 229. nu.
129. & Franc. de Ponte de potest. pro reg. tit. 8. nu.
43. quos sequitur Giurba loco citato nu. 91. vers.
Quartus est casus.
Et pro qua conclusione, tanquam magis communi,
& AEQVA, centies iudicatum fuisse habetur
non solum ex traditis per Tiraquell. cit. quæst.
40. nu. 10. cum seq. verum etiam Cæsaream sanctionem,
siue declarationem in materia feudali
constituit Inuictissimus Carolus V. in Neapolitano
Regno cap. 2. quam ad litteram exponit
70 Io. Bolog. cit. cons. 9. nu. 11. expresse decernendo,
vt moriente primogenito, vel defficiente
eius linea, succedat filius secundogeniti prædefuncti
ante casum, excluso patruo tertiogenito;
per quam sanctionem sublata dicitur omnis difficultas,
& ambiguitas, cum Cæsarea Maiestas
71 iuri se conformasse censeatur. Andreas Castrens.
cons. 164. sub nu. 2. vers. sed si filius, lib. 2. de qua
sanctione Laratha cit. dilucid. 37. nu. 138.
Idem iudicatum fuisse per Senatum Valentinum
fauore pro nepotis contra Amitam testar Raudens;
72 vt dictum fuit cit. cap. 37. nu. 281. var. ressol.
ea ratione, quod fauore pro nepotis vigebat
idem ius, quod competebat eius patri, in tantum,
vt quemadmodum si pater vixisset, Ami-

D tam

tam exclusisset, eadem ratione filia, quæ in patre viuit, & è contra, excludit ipsam Amitam, iuxta *Consil. Menoch. 215. nu. 255.*

Hoc idem iudicatum fuisse in Ducatu Vrbini fauore filij secundogeniti prædefuncti contra patruum tertiogenitum scribit *Gratian. cit. cap. 416. nu. 42.* & testatur *Farin. decis. 395.*

Idem iudicatum fuisse per Collaterale Consilium, & Reg. Cameram Sumariæ in causa status Magdaloni, vbi nepos ex sorore natu maiore defuncti possessoris obtinuit ad exclusionem patrui natu minoris anno 1565. testatur Camillus Salernus *ad consuetud. Neapolis fol. 108. vers. incipit iste articulus*, quem refert, & sequitur Laratha *d. dilucidat. 37. nu. 97.*

Prout idem iudicasse idem collaterale Consilium in causa Marchionis Clusiani ob mortem Federici Tomacelli, in qua nepos ex fratre secundogenito prædefuncto fuit admissus ad exclusionem patrui tertiogeniti testatur Tappia *decis. 2. nu. 43.* reiectis contrarijs.

Consimilemque decisionem fecisse testatur idem Laratha *d. dilucid. 37. sub nu. 97. vers. item mortuo, & vers. item ab hac*, fauore Alexandri filij sororis primogenitæ prædefunctæ Barcelli do Esasio ad exclusionem Zenobiæ secundogenitæ viuentis in causa Baroniæ Terræ Rodij; deinde die 10. Iunij 1626. & die 16. Decembris 1628. fauore D. Ioannæ Collæ filiæ D. Corneliæ primogenitæ prædefunctæ ad exclusionem D. Lucretiæ secundogenitæ viuentis in successione Ducis Sanctæ Agathæ fratris D. Corneliæ, & Lucretiæ, qui auctor *num. 140.* idem iudicatum fuisse fauore Principis Hostiliani testatur.

Multas decisiones exponit Bartus *in nouiss. trac. de fideicomiss. & maior natu part. 3. cap. 4. a nu. 82. vsque ad nu. 91.* vbi testatur nullam adesse hæsitationem, cum per excitatas decisiones omnis casus decisus dicatur, vel saltem non accomodetur punctualis decisio à simili.

Quemadmodum ita obseruatum fuit cum D. Hercule Abdua anno 1630. dum successit in primogenitura D. Ioannes eius nepos, quamuis pupillus post mortem D. Dominioni primogeniti eius fratris; Vbi enim maioris ætatis sola ratio habenda fuisset, non lineæ paternæ; vtique quod cum D. Hercules tunc etiam ætate maior existeret, exclusisset D. Iò. nepotem tunc pupillum. *Peregr. cons. 39. nu. 20 lib. p.* Quod cum factum non fuerit, alterum de duobus omnino sequitur, vel quod ita interpretari debuit Testatoris dispositio, nempè rationem maioris ætatis procedere in vna quaque linea tantum, non generaliter in quocunque casu successionis in dicta primogenitura, & in omnibus lineis; vel quod sibi præiudicasset D. Hercules, & ab
73 eius iuribus cecidisset, iuxta *cap. p. §. Titius filius, & ibi Bald. si de feudo in def. contr. fue. inter Dominum, & Agnatum Vasal. & tradit Gratian. sæpius cit. cap. 456. nu. 48.*

Quo stante locum habere debet regula; quod semel exclusus à primogenitura semper exclusus
74 dicitur, vt in indiuiduo probat Franch. *decis. 213. nu. 3. & tradit Menoch. cons. 211. & cons. 220. in fine Molina d. cap. 6. nu. 22. lib. p. & Spinus in speculo testam. glo. 19. nu. 64. tit. de maioratu, & eius fondat, quos sequitur Thesaur. cit. q. 34. nu. 27. lib. p. & Honded. all. cons. 70. num. 3. & 35. cum seqq. lib. 2.*

Subsecutam namq; obseruantiam præcedentem dispositionem optimè declarare notissimum est, cum eam in dubio attendendam esse in nostris
75 terminis doceat, Surd. *cit. cons. 403. nu. 15. & sequitur Gratian. alleg. cap. 456. nu. 45.* Quæ obseruantia locum etiam habuit in alia primogenitura constituta per Paganum Abduam, ad quam concurrebant D. Marchio Ambrosius, filius D. Francisci primogeniti prædefuncti, & D. Benedictus eius frater patruelis, & ex secundogenito ortus, sed maioris ætatis, qui idcircò exclusus fuit à primogenitura, non obstantibus ijs, quæ pro illo totis viribus allegauerat Peregr. *cit. cons. 33. lib. 2.* quicquid diuersificare ordinatum per illum testatorem à nostrò afferatur.

Hoc idem obseruatum fuisse nuperrimè audiui per DD. Holocatos concurrentes ad primogenituræ successionem ob mortem primogeniti, ad quam admissus fuit filius secundogeniti prædefuncti, excluso tertiogenito viuente; Prout hac attenta Doctorum varietate ad conuentiones deuenerant DD. Comites Triultij diuidendo bona primogenituræ obnoxia, in qua causa tam amplè, & exactè scripserunt multi Doctores, præsertim Menoch. *cit. cons. 106.* Rerum autem iudicatarum magna est auctoritas, vt inquit
76 Alex. *in l. sæpè nu. 71. vers. teneas ff. de re iud. Surd. cons. 404. col. penu. t. in fine, & Raudens. cap. 37. nu. 141. Var. Resol.* quorum exempla idcircò sequi debemus, cum ea viam ad casus similes decidendos aperiant, vt docet Marius Solomonius
77 *in repet. l. Gallus §. idem credendum nu. 2. ff. de lib. & posth.*

Neq; releuat quicquid in cõtrarium deduci potest, attendendam esse ætatem maiorem eius, qui succedere intendit vltimo defuncto ex Peregr. *d. cons. 64. nu. 10. circa medium, & ante eum deduxit Honded. cit. cons. 90. sub nu. 42. lib. 2. & innuit Gratia. d. cap. 456. nu. 82. cum seqq.* ea ratione, quod Primogenitus attenditur quis sit, tempore quo primogenitura incipit habere locum in li-
78 nea transuersali, vt inquit Peregr. *cit. cons. 33. nu. 22. & 27. lib. 2.* cum capacitas succedere volentis consideretur tempore euentus conditionis, vt subijcit idem Peregr. *nu. 29.*

Quando quidem, vt iam demonstratum fuit, Testator, quando non videtur simpliciter habuisse rationem prærogatiuæ ætatis in successione primogenituræ, sed etiam Prærogatiuæ lineæ maioris natu, & sic patris eius, qui succedere intendit, cessat obiectum, vt optimè declarat Va-
79 lasc. *ad legem Tauri 40. glo. 17. nu. 27. Peralta in rubr. de hæred. instit. nu. 30. ante finem, quos sequitur Cancer. lib. 3. var. resol. cap. 21. nu. 304.* qui ita censuisse Senatum Aragonum testatur, ac tradit

dit Laratha *cit. dilucid. 37. num. 138.*

Ex quibus sanè patet non militare responsiones addnctas per Peregr. *cons. 39. nu. 17. cum seq. & nu. 22. lib. p. cons. 33. à nu. 26. vsq; ad finem, & cons. 64. nu. 17. cum seq. lib. 2. & cons. 17. nu. 9. cum seq. lib. 6.* Dùm, vt solidissima fundamenta pro nepote deducta eneruaret, distinguendo concludit ea non habere locum in primogenituris, & fideicommissis ab homine constitutis, & conditionalibus, sed tantùm in primogenituris legalibus,
80 *siuè consuetudinarijs patriæ*; aduersus enim hanc
rationem stant ea, quæ deducta, & concludentissimè probata fuerunt suprà in quarto Præmisso, valere scilicet argumentum a primogenitura consuetudinaria, siue legali, ad testamentariam.

Et si namq; admittitur in primogenituris, quæ nullam habent legem scriptam, siuè consuetudinariam, Testatoris dispositionem esse attendendam. Huiusmodi tamen dispositio, si expressa non videtur, coniectnralis sufficit, & dubia iux-
81 ta iuris communis dispositionem interpraetanda venit, vt admittit idem Peregr. *cons. 38. nu. 5. vers. hæc obstant, & nu. 6. lib. 5.* Vbi interpraetando priora dicta ab ijs quodamodo recedere vi-
82 detur, id quod innuit etiam *in cons. 102. nu. 2. lib. 4* dum eo casu admittit, quod extincta linea masculina vnius ex vocatis succedere debet propinquior ex alia linea magis proxima, & sic successiuè de linea in lineam ipsorum vocatorum ordine successiuo, quam sententiam comprobare videtur idem auctor *in d. cons. 17. nu. 16. lib. 6.*

Et in omni casu, longè magis communis, & a Doctoribus grauioris nominis, & numerò pluribus recepta apparet firmata conclusio pro Nepote contra patruum, & toties, ac ferè semper eiusdem nepotis fauore iudicialiter terminata, vt ab ea recedere quodammodò nefas esset.

Quando tamen agitur de maioràtu, non de primogenitura, contrariam sequi AEQVIVS esse videtur, distinguendo scribentes inter maioratū, & primogenituram; non obstantibus deductis in primo præmisso; Namque, cum in maioratibus consideretur tantum maior ætas illius, qui tempore delatæ successionis reperitur in maiori
83 ætate. *Bero. cons. 71. nu. 18, 30. & 31. lib. p. Dec. cons. 443. & Menoch. cons. 442. nu. 20. cum seqq. plur. & cons. 981. nu. 33. & 34. quos sequitur Honded. cons. 70. sub nu. 42. vers. harum etiam, lib. 2. Surd. pleno cons. 403. nu. 34. 40. & nu. 70. cum seq. ac Valasc. decis. 147. nu. 24. lib. 2.*

Hanc sententiam sequitur *Milanens. plena decis. 9. nu. præsertim 47. cum seqq. plur. lib. p.* & in proprijs nostris terminis *Beretta pleno cons. 134. præsertim nu. 23. cum seq. & nu. 27. cum seq. Peregr. cons. 39. nu. 21. & cons. 64. lib. 2. Cran. cons. 677. nu. 9. Cephal. cons. 659. Amplissime Thesaur. lun. qu. famil. 35. sub nu. 36. vers. & communem, & nu. 39. in fine, ac nu. 45.* Qui eam præsertim adducit rationem, quod qualitas illa MAIOR NATV non concurrit in nepote tempore cadentis conditionis per mortem vltimi gratiati, idcirco non potest minor ætate, licet filius primogeniti prædefuncti, obtinere successionem per repræsentationem patris contra qualitatem in testamento toties requisitam, quam conclusionem
84 confirmat idem auctor *in qu. famil. 20. nu. 5. lib. 5. & num. 12. in fine*. Hanc rationem ponderat etiam Peregr. *cit. cons. 39. & Surd. alleg. cons. 403. nu. 40. & cons. 455.*

Et quam conclusionem strenuè deffendit *Io. Ant. Bollonus cons. 11. sub nu. 47. vers. nec obstat, & nu. 48. cum seq. plur.* vbi probat nomen primogeniti esse nomen iuris, MAIOR verò NATV esse nomen facti, quam diferentiam, ac distinctio-
85 nē perpendit etiam post alios *Fusa. cons. 39. num. 33. cum duobus seq.* vbi primum nomen relationem habere tradit ad ius ciuile, secundum verò naturaliter sumi, & simplici inspecta facti contingentia, cum intelligi tantum possit de eo, qui respectu ætatis MAIOR est.

Hinc concluditur, quod licet quandoq; nepos veniat sub vocatione primogeniti, nunquam tamen venit sub nomine MAIORIS NATV, vt
86 probat *Senator Caccia inter consilia Fusarij cons. 40. nu. 2. cum sequentibus, & Mozscus cons. 41. nu. 83. & 84. ac nu. 143. cum seq. vsq; ad num. 54.* vbi infinitas adducit decisiones fauore patrui NATV MAIORIS.

Hoc idem probat *Antonius de Amatis var. resol. lib. p. nu. p. cum seq. plur.* tradens, quod licet vocatio primogeniti, & MAIORATVS, est eadem vocatio; Tamen MAIORIS NATV, siuè ætatis, absolutè est diuersa; Quoniam prima iuris ordinem continet, secunda verò respicit con-
87 tingentiam facti; numero verò 12. & 27. inquit idem auctor ex vocatione MAIORIS NATV censeri habitam rationem non ad dignitatem, vel ad eam præeminentiam, quæ in primogenito consideratur; sed ad ætatem. Ideoq; non haberi respectum, an ex primo, vel secundogenito descendat, sed solum inspici maioritatem
88 ætatis, vt probat *Barbatus de fideicom. d. part. 3. cap. 4. nu. 92. & 93. ac Gratian. cap. 695. nu. 4.*

Quemadmodum eandem sententiam amplectitur *Io. Maria Pratus in suis disceptat. forens. cap. 38. à nu. 47. vsq; ad nu. 54.* qui duabus præsertim considerationibus opinionem ipsam comprobat. Quarum altera est, quia Testator voluit MA-
89 IOREM NATV vocari propter seruitia præstanda, quæ melius per maiorem, quam per minorem præstantur; Altera est, quia in maioribus præsumitur maior sapientia, prudentia, &
90 rerum experientia, iuxta vulgatum Baldi dictum, quod plus valet vmbra senis, quam gladius iuuenis; Et præsertim locum habet hæc conclusio in hoc casu, quia agitur de successione maioratus transuersalis; quidquid difficultatis haberet in successione ascendentis, vt perpendit *Fusar. cit. cons. 39. nu. 31.* vbi corrigit per eum dicta *in cit. qu. 387. à nu. p. vsq; ad nu. 23* affirmando ex tot Doctorum auctoritatibus postea a se visis conuinci eam, quam prius affirmauerat *in d. qu. 387.*

In ſucceſſione namq; ad quam vocatur MAIOR
NATV, ceſſat non ſolum ratio dignitatis, &
præeminentiæ, quæ conſideratur in primoge-
nito, & in deſcendentibus ab eo, vt dictum fuit,
& obſeruat *Theſaur. Iun. cit. quæſt. 35. ſub nu. 17.*
verſ. qui enim lib. p. ſed etiam ius rapræſentatio-
91 nis *Giurba de feud. cit. cap. 118. §. 2. glo. 10. nu. 2.*
4. 5. & 7. dicens ætatem eſſe quid perſonaliſſi-
mum, quæ oſſibus adeò inheret, vt cum perſo-
na extinguatur, neq; in alium transferatur, vti
priuilegium ætatis, quod perſonam non egredi-
tur, cum ſit qualitas, quæ ineſt per modum ſub-
ſtantiæ inſeparabilis, nec ad aliud ſubiectum
trahi poteſt; numero verò 8. & 9. ſubijcit repu-
gnare naturæ filium ingredi in annos patris. Et
legem non fingere ſuper eo, quod eſt impoſſibi-
92 le natura; quia fictio naturam ſequitur *Anto-*
nius de Amatis var. reſol. lib. p. Reſol. p. nu. 44. Et
quod naturaliter fieri non poteſt, ciuiliter fieri
93 nequit, vt dixi *in tr. de æquitate cap. 169. nu. 13.*
& 17. ac 18. lib. 2. qui Amatus inquit repræſen-
tationem operari ſolum quo ad gradus præro-
gatiuam, non verò quod qualitatem MAIORIS
94 AETATIS, quæ erat in patre, *Regens Capyc. Ga-*
leota controu. iur. lib. p. controu. 48. nu. 66. Pratus
cit. cap. 38. ſub nu. 56. & poſt Thomam de Marinis
inquit Theſaur. Iun. cit. q. 35. ſub nu. 33. verſ. Tho-
mas de Marinis lib. p.

Et ita ſępiſſimè declaratum fuiſſe fauore patrui cõ-
tra nepotem, quando ad ſucceſſionem vocatur
MAIOR NATV, teſtantur ſcribentes; Quia
tunc patruus, qui tempore delatæ ſucceſſionis
reperitur primus, & à nullo excluſus eſt, & natu
95 MAIOR. Inter hos videndus *Theſaur. Iun. d. q.*
35. nu. 5. 13. 17. 19. 37. & 45. in fine lib. p. & in qu.
80. ſub nu. 10. verſ. ex quibus lib. 2. Rhandenſ. conſ.
842. nu. 67. Inter conſ. vltim. volunt. lib. 2. Moriſeus
inter conſil. Fuſarij conſ. 41. à nu. 144. vſq; ad num.
152. vbi plures recenſet deciſiones factas fauore
patrui contra nepotem, *Gamma plena deciſ. 306.*
præſertim nu. 24. verſ. Pro filio etiam, qui pariter
plura exponit exempla rerum iudicatarum ad
fauorem patrui contra nepotem.

Idem tradit *Peguera deciſ. 114. in fine verſ. quare*
cum ex facti, & Cabedus deciſ. 147. nu. 6. par. p. vbi
pro Michaele de Silua patruo contra Fernan-
dum de Silua nepotem ex primegenito mortuo
in captiuitate apud hoſtes viuente patre iudica-
tum fuiſſe per illum Senatum teſtatur; prout
idem per eundem Senatum iudicatum fuiſſe fa-
uore patrui tradit *Melchior Pheb. in deciſ. Luſita-*
na 22. ſub rubr. de quæſt. patrui, & nepotis, quem
refert, & ſequitur *Fuſar. in addit. ad qu. 387. nu.*
35. de fideicom.

Prout hoc idem cenſuit hic Excellentiſs. Senatus
Mediolani menſe Iunij 1647. fauore d. D. Her-
culis Abduæ patrui, & tertiogeniti contra D.
Gaſparem Abduam nepotem ex ſecundogenito,
referente Ampliſs. tunc Senatore, nunc Præſide
Illuſtriſs. Magiſtr. Extraord. Redd. D. Don Al-
phonſo del Rio in cauſa maioratus ſub nomine
primogenituræ conſtitutæ fauore MAIORIS
natu ex filijs Gaſparis ſenioris, pātris dicti Her-
culis, decernendo in eo caſu tractari de maiora-
tu ex verbis per teſtatorem prolatis, etiam ſi
alias primogenituram vocaſſet illam fideico-
miſſariam ſubſtitutionem, *Menoch. conſ. 12. 34.*
& talem incidenter nominaſſet Excell. Senat.
refer. Ampliſs. Senator. Caluo cenſuit anno
1612. die 20. Iulij, illam ſpectare D. Dominio-
no primogenito, ſiue maiore natu, excluſo D.
Paulo Camillo ſecundogenito.

Quatenus verò dubiam adhuc eſſe quæſtionem ad-
mitteretur, præcipue, an ſucceſſio maioratus ad
fauorem MAIORIS NATV, vel primogenitu-
ra potius ſit; tunc amicabili compoſitione locus
eſſe debet, vt ſæpiſſimè obſeruatum fuiſſe teſtan-
tur Doctores, & præſertim id locum obtinuit in
96 cauſa Comitis Maſſinij, vt ſcribit *Cagnol. in proe-*
mio digeſtorum nu. 177. quem refert Theſaur. cit. qu.
famil. 35. ſub nu. 33. verſ. Cagnolus in fine; Qui au-
97 ctor idem obſeruatum fuiſſe inter illos *de Mur-*
ris Cunienſes tradit ſub nu. 36. in fine, nu. verò 42.
verſ. ſed dico, concludit rem eſſe per medium in
conflictu opinionum diuidendam, iuxta *deciſ. 89.*
eius Patris.

Pro vt hoc idem obſeruatum fuit inter DD. Comi-
tes Triultios, vt dictum fuit, diuidendo bona
primogenituræ obnoxia, in qua cauſa tam am-
plè, & exactè ſcripſerant inſigniores Doctores
illius ſæculi, inter quos *Menoch. cit. conſ. 106.* de
quo concordio egimus nos *in tr. de æquit. cap.*
187. nu. 9. lib. 2. & teſtatur Senator *Flamen in*
eius reſponſo 113. ante nu. p. verſ. anno 1582. regi-
ſtrato inter Conſilo Fuſarij nouiſſimè à me viſus; Et
inter Magnates Luſitanos hoc idem obſeruatum
pariter fuiſſe tradit *Gamma deciſ. 174. in fine;*
atque etiam inter illos de Montemaior ſcribit
98 *Beretta cit. conſ. 134. ſub nu. 30. verſ. nunc ad alia,*
vbi patruum ſummam aureorum octo mille ſol-
uiſſe per tranſactionem nepoti teſtatur Beretta,
quamuis eam deindè inaniter impugnauerat
tranſactionem nepos.

Quibus attentis, in controuerſia vertente inter D.
Marchionem Franciſcum Puteum, & D. Comi-
tem Gaſparum eius ex fratre maiore prædo-
functo nepotem, anno 1651. mediante dexteri-
tate, & opera Ampliſſimi D. Senatoris Iacinti
Orrigoni partes fuerunt amicabiliter concor-
datæ, aſſignando Patruo medietatem feudi An-
noni, & non alla bona d. primogenituræ, ſiue
maioratui ſuppoſita, valoris paulominus medie-
tatis d. ſucceſſionis, & reliqua cum alia feudi
prædicti medietate nepoti.

SVMMARIA.

Faciens, dans, aut vendens venenum, ad aliquem oc-
cidendum, tenetur pœna capitali nu. 1.
Contrarium verius nu. 8. & 9. extenditur pœna ad re-
tinentem venenum necandi cauſa nu. 2. 3. & 4.
Venenum vendens palam excuſatur à pœna nu. 5.
Scientia, vel ignorantia vendentis venenum præſumi-
tur ex qualitate perſonæ nu. 6. & 7.

Igno-

Ignorantia in dubio præsumitur in venditione veneni num. 10.
Decretum Senatus Mediolani nu. 12.
Io. Bragherij Senatoris honorata memoria nu. 11.
Delicta punibilia sine voluntate non committuntur, quando constet &c. nu. 13. 14. & 17.
Decisio Areopagitarum fauore mulierculæ, quæ poculum amatorium tradiderat homini, ob quod necatus est nu. 15. & 16. Sententia D. Pauli nu. 19.
Lucrum facit præsumere dolum nu. 18. 20. & 22. Sententia notanda Ciceronis nu. 21. & 22.
Delicta apensata Capitali puniuntur nu. 23. & 24.
Limitat sæpe, quando effectus non est secutus nu. 25.
Filius, qui patrem veneno necare tentauit, pæna ordinaria tenetur, etiam non secuto effectu nu. 26. Decisio nu. 32. 33. 34. & 35.
Pæna ordinaria punitur quicumque filio participauit nu. 27. & 28.
Decretum Senatus in ea materia nu. 29.
Proditionis qualitas consideratur inter virum, & vxorem, si venenum alter alteri præbuit nu. 30.
Proditor dicitur, qui ignorantem simulata amicitia offendit nu. 31.
Homicidium veneno commissum magis graue dicitur num. 32.
Seuerè puniuntur serui ob delicta in Dominos, vt ab illis reddantur securi Domini nu. 36.
Veneni propinatio facilius in muliere, & in viro latrocinium creditur nu. 37.
Apud Romanos serui omnes occidebantur, si Dominus ab vno fuisset occisus nu. 38. & 39.
Seruus, qui in Dominum conspirauit, capite punitur, etiam non secuto effectu nu. 40.
Decisio Senatus nu. 41.
In delictis occultis lex contenta est leuiori probatione num. 42.
Sublata culpa cessat pæna nu. 43. & 44.
Culpa mitius punitur, quam dolus nu. 45.

Vendens venenum quando teneatur pæna ordinaria, vel extraordinaria. CAP. CCIV.



Enenum malum facientem, aut
dantem, siuè vendentem scienter
ad aliquem occidendum, capitali
pæna teneri statuit Marcianus I.
1 C. *in l. p. vers. Præterea & l. 3. ff. ad*
legem Cornel. de sicarijs, & tradunt scribentes
præsertim Clar. *in §. homicidium vers. Punitur*
etiam. & Farin. qu. 127. num. 22. vsq; ad num. 52.
Quam pænam etiam locum habere in retinente
venenum, homines necandi causa probat Boni-
2 fac. *de vitalib. in tit. de homicid. sub num. 4. vers.*
Item, & ille, & Afflic. ad Const. Regni tit. mala
noxia nu. 4. & 5. rubr. 41. part. 2.

Et hac ratione vendi non posse, tàm venenum
malum, quam bonum, scilicet mixtum alijs, pu-
blice, idest cuicumq; emere volenti scribit Fa-
3 ber *in §. Item lex Cornelia de sicarijs Instit. de publ.*
Iudic. & sequitur Iodocb. in prat. crimin. cap. 74.
rubr. de homicidio per venenum sub nu. 2. & post
eos tradit Farin. cit. qu. 122. nu. 2. in fi. vbi nu. 33.
ex eodem Iudocho ampl. Siue venenum sit mul-
tum, siue etiam paruum; Quinimo pæna ordi-
naria puniri ementem venenum hominis ne-
candi causa, licet non ministrauerit, probat *Bart.*
4 *in l. p. in fi. ff. de parricid. & seq. Boss. tit. de homicid.*
nu. 16. & post eos tradit Hier. Laurent. Decis. Auenion. 20. nu. 5. in fine.

Et licet qualitas scientiæ ementis, siuè vendentis
venenum, hominis necandi causa, non præsuma-
tur, & ideo probanda sit per Fiscum, siue que-
relantem; Præsertim quando fuit venditum pa-
lam, & publice, quo casu eo magis præsumitur
5 ignorancia, vt tradit *Laurentius citata Decis.*
Auenionensi 20. nu. 16. vers. postremo respondebat
quem sequitur Farin. all. qu. 122. nu. 44. Attamen
scientia hæc, siue ignorantia præsumitur ex qua-
6 litate personæ ementis; vt quando venditum
fuit venenum discolis, aut meretricibus, seruis,
& similibus personis prauorum morum, siue
personis incognitis, quæ verisimiliter illud in
7 pessimum vsum conuersuri sunt, vt dicit *Angel. in l. §. alio senatuscons. ff. ad legem Cornel. de*
sicar. vbi Marsil. nu. p. & sequitur Farin. cit. qu. 122.
num. 49.

De AEQVITATE igitur vendens simpliciter ve-
8 nenum personæ notæ non tenetur ad aliquam
pænam, vbi non constet scienter illud vendidis-
se necandi hominis causa; cum huiusmodi scien-
tia non præsumatur, nisi probetur, vt scribit
9 *Decian. in tr. crimin. lib. 9. cap. 23. nu. 11. & cap. 26.*
nu. 16. Quia in dubio ignorantia præsumitur in
10 huiusmodi vendente, vt concludit *Paris. 167. nu.*
4. cum seq. lib. 4. & sequitur Farin. cit. quæst. 122.
num. 48.

Cuius respectu die 20. Iunij 1652. referente Am-
11 pliss. D. Senatore Ioanne Bragherio eruditis-
simo, & in rebus præsertim capitalibus versatis-
12 simo, Consobrino meo, censuit Sen. Ex. dimitten-
dum esse Io. Paulum Nauam Aromatarium
reum peractum de traditione veneni cuidam
nobili pessimæ famæ, & cuius Nauæ deffensio-
nem susceperam, & qui fassus fuerat se bis tradi-
disse cuidam Potenti viro Solimatum, & Arseni-
cum, ex quibus homines necare consueuisse per
publicam famam intellexerat; In quam senten-
tiam iuisse Rotam Auenionensem testatur *Laurentius cit. Decis. 20. in fine* affirmando duos con-
iuges imputatos de veneno propinato cuidam
seni, qui statim mortuus fuerat, prius institutis
ipsis coniugibus hæredibus, & exhæredato pro-
prio filio, tunc in vtero adhuc existente; Imissa
tortura contra illos, vt per Fiscum, & querelante
prætendebatur, stante dubietate quod delinquis-
sent, & quod ex veneno fuisset mortuus ille
senex.

Prout die 11. Martij 1621. refer. Amplissimo D.
Senat. Paolo Bellono, censuit Senatus non esse
molestandum Farmacopolas, qui venenum
vendiderant Io. Guidobono, & Victoriæ eius-
dem Vxori Derthon. qui se inuicem necare ten-

tauerant,

uauerant, cum non appareret eos aliquam ha-
buisse scientiam, illud malum ad vsum compa-
ratum fuisse, facto eisdem præcepto, vt in po-
sterum cautius agerent.

Plures enim concurrebant rationes in proposito
casu, ex quibus ipsum Nauam minime deliquisse
supponebatur; Et primo, quia, per edictum pu-
blicatum superioribus annis iussu Regij Proto-
fisici facultas concessa erat Farmacopolis ven-
dendi huiusmodi speciem venenorum; dummo-
do ij redderent rationem, quibus personis tradi-
dissent huiusmodi res, sub pæna aureorum quin-
quaginta; Itaut cum Naua edicto non contra-
uenisset, tradendo arsenicum, & solimatum di-
cto nobili, & potenti viro, consequenter mini-
me deliquisse dicebatur.

Secundo, quia coactus, & ex timore potius mor-
tis, quam voluntariè, etiam non recepto prætio
Arsenicum, & solimatum tradiderat, dum gra-
uissimas minas sibi intulisset nobilis ille, eo quia
statim arsenicum ab eo iussus, trãdere recusaue-
rat sub prætextu medelam adhibendi æquis, ex
quibus minis solito illas exequi coactus, non
sponte, venenum tradidisse videbatur, quo casu
ab omni crimine tutus erat, cum voluntas abes-
13 set, sine qua delicta minime comittuntur *l. 3. ff.*
pro socio, & l. qui auctore prætore ff. de reg. iuris,
Lucas de penna in l. vnica nu. 6. prope finem C. vt
nullus Vicunens lib. 11. & probat Celsus Bargal. tr.
de dolo lib. p. tit. de dolo aperto, & de dolo velato
cum seq. & lib. 3. tit. de dolo in Inditijs sub nu. 15.
Afin. cons. 113. nu. 7. cum seq. plur. inter consil. cri-
min. diuers. lib. 2. Quæ enim coactè fiunt, non im-
14 putantur facienti, vt late scripsimus supra *lib. p.*
cap. 41. nu. 26 & cap. 50. nu. 65. & lib. 2. cap. 180.
nu. 8. cum seq. plur. & nu. 83. cum seq. quibus addi-
tur Petrus Aerodius lib. 8. rerum Iudic. tit. de ve-
15 *nef. cap. 12. pag. 1146.* qui scribit olim ab Areo-
pagitis fuisse liberatam mulierculam, quæ ar-
denti capta amore, & ita perdite amans, cũ vti-
liaq; & inutilia inaniter tentasset ad concilian-
dum sibi amorem, tandem poculum amato-
rium exhibuisset, ex eaq; potione hominem ne-
casset; consilium etenim spectandum esse non
16 euentum, inquit Aerodius, & quæ in consulto
comittuntur, videri ab inuitis, & coactis pro-
fisci[s]ci.

Quã ratione etiam excusari vassallum, qui metu,
vel vi coactus est ad offendendum Dominum,
neq; eum teneri ad pænam, neq; feudum amit-
17 tere probat *Clar. in §. feudum qu. 61. nu. 132. &*
sequitur Rosent. de feudis cap. 10. conclus. 20. nu.
60. & ibi Addic. cit. FFF.

Postremo quia, licet fassus fuisset Naua se publice
dici audiuisse, quòd ille nobilis, & Potens, ac ma-
nupromptus vir venena composuerat, ex quibus
duo homines fuerant necati, hanc tamen fa-
mam superuenisse constabat in processu, post-
quam prima vice Arsenicum, & Solimatum illi
tradiderat; Post vero secundam traditionem
veneni, nullum alium delictum comissum fuisse
apparebat in processu, & sic nullo modo ex vl-
tima traditione originem habuisse delictum ali-
quod videbatur.

Valde insuper conferebat innocentiæ d. Nauæ;
dum nulla causa lucri, vel vindictæ interuene-
rat in traditione d. Veneni; Quippe damnum
potius ex ea pati Nauam liquebat, dum illius
prætium amiserat, sine qua vtilitate, vel causa,
delicta comitti non solent; duorum enim facit,
18 vt mala suspitio oriatur contra *Lucrantem l. p.*
furtum ff. de furtis Dec. cons. 42. nu. 6. & post multos
19 *alios probat Lauren. cit. Decis. 20. nu. 3.* vbi addu-
cit Diuum Paulum scribentem ad Timoteum
omnium malorum cupiditatem radicem esse, &
sine causa, aut lucro delicta minime cõmitti pro-
20 bat *Casson. de maleficijs tract. p. cap. 9. & tr. 2. cap.*
3. Farin. qu. 52. nu. 150. atq; cons. 19. sub nu. 19.
Menoch. de præsumpt. lib. p. præsumpt. 17. num. 3.
21 vbi ex *Cicerone* loquitur in proprijs terminis ve-
neni propinati, dicens, sic vita hominum est, vt
ad maleficia nemo conetur sine spe, atq; emolu-
mento accedere, qua cessante vtilitate, siue cau-
sa, cessare etiam omnem delicti suspitionem cer-
22 tum est *Corneus cons. 217. col. fin. lib. 4. Crau. cons.*
6. nu. 22. & cons. 75. num. 13. quos sequitur Farin.
cons. 19. nu. 19. vbi loquitur in terminis de vene-
no propinato, *& qu. 52. nu. 144. & Laur. cit. De-*
cis. 20. nu. 3.

Et quia controuertunt scribentes, num ob delicti
atrocitatem teneatur propinans venenum ad
pænam ordinariam, etiamsi mors non fuerit se-
cuta, & sic puniatur affectus, sicuti effectus in
hoc criminis genere; Eo omisso, quod vigore
23 *Nou. Constit. in tit. de pænis cap. quicunq; cuius vis*
sexus, & cap. Homicida in hoc Dominio Medio-
lani puniri debeat affectus, sicuti effectus, quan-
do agitur de delictis apensatis, mortem hominis
respicientibus, & diximus *in lib. 2. cap. 102. num.*
32. 33. cum seqq. plur. & 46. & 66. Iure cõmuni
inspecto aliter dicendum est, cum pæna ordina-
ria mortis minime teneri propinantẽ venenum,
24 ex quo mors non fuisset secuta, sed mitiori, con-
cludant omnes, *Bal. cons. 443. nu. 5. lib. 3. Florianus*
de Santo Petro in l. item si obstetrix nu. 5. vers. &
similiter ff. ad legem aquil. Cepol. cons. 80. per totum
Castrens. cons. 299. sub nu. 3. vers. præterea si aliud
statutum lib. 2. Carer. in pract. crim. in 3. trac. de ho-
micid. & assassin. §. sexto quæro num. 27. & nu. 29.
Baiard. ad Clarum §. homicidium nu. 26. Menoch.
de arbitr. casu 359. num. 3. in fine vers. declaratur
etiam & nu. 4. quos sequitur Farin. cit. qu. 122. nu.
46. & nouissime defendit Gio. Agn. cons. 28. & 29.
lib. p. qui propriè loquitur de farmacopola Mu-
tinensi, qui fenicblos sacaro contextos cirusa
mixturatos scienter tradiderat, vt necaret
quendam æquitem, & qui licet delictum fassus
25 fuerat, non secuta morte, ad triremes fuit dam-
natus vt testatur in fine *cons. 29.*

Quam conclusionem limitari in filio, qui venenum
præparauit ad necandum patrem, est apertissi-
26 mus *tex. in l. p. in fine ff. ad legem pompeam de par-*
ricid. vbi Bar. nu. p. in vlt. notab. & probat Farin.
qu. 120. nu. 147. & qu. 122. nu. 40. vers. quidquid.

Vbi

Vbi speciale esse in filio tradit quamuis *glo. in d.*
l. p. in verbo, qui emit vt daret, ampliat proce-
dere etiam in quocunq; extraneo venenum dan-
27 te filio ad patrem necandum, quia is plus puni-
tur, & magis delinquere dicitur, quam si man-
28 dante, vt ibidem exprimit *glo. per l. vtrum eo-*
dem tit.

Et ita plures censuisse Ex. Senatum testatur *Clar.*
in all. vers. Punitur etiam vti homicida in fine, non
obstante quod ex nouis Constitut. vt supra di-
ctum fuit puniatur affectus sicuti effectus in deli-
ctis atrocissimis, qualis est veneni propinatio;
Sicuti memini idem censuisse Senatum Excell.
anno 1627. de quodam Cremonensi famulo
29 Marchionis Trechi mei tunc Cremonæ Iudicis
iussu detento, qui venenum in brassicis domesti-
cis vulgo gabuli nouiter apparentibus propina-
uerat vxori, quæ cum quatuor alijs personis, qui-
bus cibum ipsum vti recens communicauerat ma-
gnis vomitibus, & doloribus fuerat affecta, licet
ex triacæ medicamento statim sumpto omnes
conualuerant, qui famulus ad remum per sep-
tennium fuit damnatus, Ea ratione quod deli-
ctum constanter negauerat, neq; penitus conui-
ctus dici posset, & si valde grauatus; Si etenim
conuictus fuisset, aut delictum fassus esset, vix
euitasset pænam ordinariam mortis; cum eo
30 casu concurrat alia qualitas proditionis, quæ
consideratur inter virum, & vxorem, & inter
patrem, & filium, & sic duplex vinculum; quod
non cadit inter amicas personas, inter quos vni-
cum consideratur vinculum, licet semper inter-
ueniat proditio, cum dicatur proditor qui igno-
rantem, & indefensum sub clipeo amicitiæ per-
31 cutit, aut iugulat *Bal. cons. 210. lib. 4. Boss. de ho-*
micid. nu. 14. & inquit Laur. cit. nu. 5. in fine; Gra-
uius, veneno, quam gladio occidere esse, late
32 probat *Pe. Aerodius lib. 8. rerum Iud. tit. de vene-*
ficijs cap. 2.

Et cuius qualitatis prodicionis intuitu, anno 1593.
33 die 5. Iulij Madricij fuit laqueo suspensus quæ-
dam mulier, quæ viro venenum propinauerat,
licet ille mortuus non fuerat, vt testatur Illustr.
D. Præses Brugnolius tunc Regens in eius ma-
nuscriptis; In quibus etiam testatur se vti Cap.
Iustitiæ Mediolani ex Senatus Consulto condem-
34 nasse capitaliter Ludouicum Capellum, qui
facto tractatu cum nobili muliere vxore viri
nobilis, parauerat venenum vt propinaret viro,
licet postea non fuisset propinatum, cum mari-
tus recessisset; Quemadmodum æquè condem-
35 nata fuit ad mortem quædam concubina Ma-
stri Petri Antonij Raudensis, quæ eidem viro
dederat venenum medicamentis, & ferculis ad
illum occidendum; Præcipue ea ratione, vt Do-
mini reddatur securi à seruis suis, iuxta *l. p. ad Sil-*
36 *lam, & refert Boss. tit. de homicidio nu. 13.* Quod
delictum facilius credi in fœmina, prout in viro
37 latrocinium, scribit *Quintil. quem refert Pe. Ae-*
rodius d. lib. 8. rerum Iudic. tit. de veneficijs cap. 2.
in princip.

Cuius securitatis causa apud Romanos antiqua
lege obseruabatur, vt si Dominus à seruo ocisus
38 fuisset, omnes illius serui mortè punirentur,
cum vix credi posset, quod maior eorum pars
consia non esset grauissimi facinoris, quod vnus
aut duo in proprium Dominum committere in-
tendebant; Et idcirco sexcentos seruos Pedanij
39 Præfecti morte fuisse condemnatos a Senatu,
dum Pedanius Dominus in propria domo à ser-
uis suis fuerat occisus, vt ex Tacito narrat Sci-
pio Ammiratus, *lib. 14. cap. 7. pag. 329.* vbi Cassij
Cassij Sen. sententiam in Senatu prolatam seq.
verbis narrat. *Habet aliquid ex iniquo omne ma-*
gnum exemplum, quod contra singulos vtilitate
publ. rependitur, quam sententiam amplexum
fuisse Senatum scribit Aerodius; vix enim tuta
futura est domus, nisi serui cum periculo capitis
sui domum, & Dominum ab extraneis, & do-
mesticis custodiant; vt scribit *Pe. Gregor. lib. 37.*
sintag. Iuris cap. 12. num. 3. per cit. l. p. ff. ad Silla-
nianum.

Quin etiam atrocitas delicti commissi per famulos
conspirantes in dominum, etiam non sequto
homicidio, suadet, vt etiam minores pena ordi-
40 naria puniantur, vt probat Thesaur, *qu. 46. nu.*
5. lib. p. qui testatur ita fuisse iudicatum per Il-
lustr. Senatum, quem sequitur *Porrus in eius fa-*
sciculo f. homicidium, vers. famuli etiam minores
pag. 141.

Prout die 18. Iulij 1594. Senat. rescripsit Prætori
Varisij, vt damnaret in pænam capitis cum bo-
41 norum confiscatione Io. Stephanum Bossium
inquisitum de mandato veneni propinati Achili
Roboldello, etiamsi non fuisset illud propina-
tum. Die vero 12. Decembris proximi superio-
ris anni 1653. referente eodem Amplis. D. Se-
natore Io. Bragherio, censuit Senatus furcis sus-
pendendum D. N. de Aduocatis reum tractatus
veneni propinati D. Francisco Cernuschio de
mandato cuiusdam N. ad eius effectum veneno
consignato familiari ipsius Cernuschij, Deposi-
tarium præmij promissi d. Familiari se fecerat
adiuratus sororius eiusdem familiaris affirman-
do se pecunias recepisse in depositum, vt sceleris
contractum executioni siue mora mitteret, etsi
vere pecunias non recepisset, de quo veneno fa-
ctum fuit experimentum in columbam ante-
quam ad reatum deueniretur, *Peregr. cap. Iustia.*

In quo delicti genere facilimè deuenitur ad quæ-
stionem, cum delicta, quæ clanculum committi
solet, vt est veneni propinatio vix detegi possint
sine tortura, & pro quibus detegendis lex con-
42 tenta est leuioribus probationibus. *Alex. cons.*
77. nu. 15. lib. p. & cons. 24. lib. 3. Ne veritas pe-
reat, neue tantum facinus remaneat inultum,
Bal. in l. si quando C. vnde vi Castrens. cons. 343. lib.
2. quos sequitur Laurent. cit. Decis. 20. sub nu. 5. cir-
ca medium.

Si vero quis venenum emit ad bonum finem, vti
ad occidendum mures, & similia licita, vbi ex
43 eo quis necatus fuerit, non tenetur is, qui vene-
num præparauit in caseo, vel pane, aut vendidit
ad bonum finem, aliqua pæna, etiam leui, vt
probat

probat *Marſil. in l.eiuſdem §. alio Senatus Conſul-*
to, verſ. Et poteſt poni exemplum ff. ad legem Cor-
nel.de ſicar, Pariſ.conſ.167.nu. 10, in fine lib.4. &
Farin.d.qu.132.nu.52. tradens nu.51, hoc proce-
dere, etiam ſi quis vendiderit perſonis fatuis,
44 & indiſcretis; quia non dicitur particeps futu-
ræ venenationis, & ſic necandi cauſa, & conſe-
quenter doloſè egiſſe, ſed tantum in culpa eſſe
diceretur, & pena leui eo caſu teneretur ven-
45 dens ex *Gomezio de delictis cap. 3. rubr. de homi-*
cid.nu. 9. verſ. Item etiam infertur, poſt Plac. in
Epit.delict.lib.p.cap.20.nu. 9. in fine verſ. tamen ſi
priori caſu, & expreſſe declarat Menoch.de arbitr.
caſu 359. nu.p. & ſeq.

SVMMARIA.

Compenſatio admittitur, ſi debitum, & creditum ſunt
æquè liquida nu.1.
Matri denegatur dotis reſtitutio, ſi rationes admini-
ſtrationis non reddidit nu. 2.
Contrarium verius nu.5. & 8.
Tutoris bona hypotecata dicuntur pro adminiſtratio-
ne, donec rationes reddiderit nu. 3. & 4.
Liquidum non retardatur pro illiquido nu. 6.
Retentio obtinet vim compoſitionis nu. 7.
Ratione adminiſtrationis non reddita, non dicitur eſſe
debitorem adminiſtratorem nu.9.
Decretum Senatus Mediolani in ea materia nu. 11.
Io. Baptiſtæ Bonetti Senatoris mentio nu. 10.
Reſtitutio in integrum conceditur, quando minor fuit
læſus ſua facilitate, vel dolo aduerſarij nu. 12.
Intra quod tempus reſtitutio peti debeat nu. 13.

Matri conceditur dotis reſtitutio, etiamſi adhuc rationem admi- niſtrationis tutelæ filio- rum non reddiderit. CAP. CCV.


Ongruum, & iuſtum videtur, vt
qui creditor pro vna cauſa eſt, &
debitor pro alia verſus eandem
perſonam, admittatur compenſa-
tio debiti, & crediti, antequam
1 cogatur debitor ad illi ſatisfaciendum *iuxta tex.*
in l.p. & 2. & in l. etiam ff. de compenſat. atq; in l.
in compenſatione ff.de ſolut. Rimin. Sen. conſ.297.
nu.14. verſ. & per hoc tollitur lib.2. & ample.ſcri-
bit, Gratia. lib. 2. diſcept. forenſ. cap. 224. num.
76. & 47.
Cum itaq; mater tutrix dicatur creditrix filiorum
pro eius dotibus, & eorumdem debitrix ratione
adminiſtrationis tutelæ, antequam reliquatum
2 reſtituerit; Iuſtum, & AEQVVM eſt, vt ratio-
nes reddat, & reliquatum reſtituat, antequam
ad dotis repetitionem admittatur, & ita probat
terminaliter *Socin.Sen.conſ.180.lib.2. & ſequitur*
Peregr. conſ. 100. n.... lib.p.
Secundo, quia pro offitio tutelæ omnia bona ma-
3 tris obligata ſunt filio pupillo, vſq; quo ratio-
nem reddat, & reliqua reſtituat *l. pro offitio C.de*
adminiſtr.tut. Auth. matri & Auia C.quando mu-
lier tutor. offitio fungatur, qua de re poterit pu-
pillus vti retentione dotis vſq; ad exitum reddi-
4 tionis rationis *Socin. Sen. conſ. 126. repetitum in*
conſ. 180. lib. p. Dec. conſ. 349. colum fin. Berou
conſ. 37.nu.2.lib.2. Rol. conſ. 17. lib.4.
Contrarium tamen de AEQVITATE verius eſt,
5 quia cum dotis creditum dicatur liquidiſſimum,
illius exactio retardari non poteſt ſub prætex-
tu non redditæ rationis adminiſtrationis tutelæ,
ex quo tam creditrix, quam debitrix euadere
poteſt mater, & ſic ob debitum minime liqui-
dum; Cum tritum ſit liquidi exactionem mini-
6 me poſſe retardari propter illiquidum *tex. in l.*
Aufertur §. qui compenſationem ff. de tutelis, &
in noſtris terminis per tex. in l. vnica §.taceat ita C.
de rei vxor. actione, & probat Negus tr.de pignor.
in primo membro quinta partis pleno num. 36. Re-
tentio etenim ſpetiem compenſationis obtinet,
7 vt inquit *Bar. in l. diuortio §. ob donationes ff. ſol.*
matrim.
Et hanc ſententiam expreſſe probat *Alex.conſ.94.*
lib.4. dicens ſe ſæpius pro hac parte iudicaſſe, &
iudicari vidiſſe, quam amplectitur *Borgn. tr. de*
tutore nu. 219. referens Rotam Florentinam ita iu-
dicaſſe, & ſequitur Coſta de ratione rata qu. 18.nu.
10. & Peregr.conſ.100.n.2.lib. 9. affirmantes So-
cini opinionem eſſe valde rigoroſa, neq; ſequen-
dam reſiſtente præcipue *tex. in d.l. vnica §.taceat*
C.de rei vxor. act.
Etiamſi concurrerent duo requiſita, per Socinum,
& Rolandum deducta, nempe quod mater ex-
8 preſſe hypotecaſſet bona pro redditione ratio-
nis tutelæ; Et quod renuntiaſſet omni iuris, &
legum auxilio; Quia huiuſmodi hypoteca ex-
preſſa, & renontiatio auxilio iuris, & legum,
non efficiunt, vt conſideretur debitum matris
eſſe liquidum, cum certum ſit non reddita ra-
tione liquidationem aliquam minime reſultare,
cuius reſpectu excluditur retentio compenſatio-
nes quodammodo repræſentans vt exponit *Bar.*
9 *in d.l. Aufertur §. qui compenſatione ff. de iure fiſci*
& l.finali C.de compenſationibus.
Et ità cenſuit ſepiſſime Ex. Sen. præſertim anno
1644. menſe Maij referente Ampliſſimo Domi-
10 no Senatore Io. Baptiſta Bonetto fauore DD.
Conſtantiæ Sforziæ tutricis eius filiorum de Bi-
garolis, cui fuit permiſſa exactio dotis, etiamſi
11 rationes adminiſtrationis tutelę filiorum adhuc
ea non reddidiſſet, & æs alienum à viro contra-
ctum ex fructibus hæreditarijs ſatis pinguibus
non ſanaſſet, præſertim Io. Baptiſtæ Marono
Campſori, qui dictos fratres Bigarolos patris
hæredes pulſabat, contrà quem obijciebant ſe
læſos facto matris tutricis, & idcirco non eſſe
contra eos exequendum preceptum executiuum
à Marono obtentum, ſed ſibi in integrum reſti-
tutionem eſſe concedendam.
Verum reſpondebam nullam reſtitutionem de
iure illis competere, cum neq; ſua facultate, neq;
Maroni

Maroni dolo læsi fuissent; ex quibus restitutio
2 conceditur iuxta *tex. in l. si verum §. sciendum est ff. de minor. Socin. cons. 177. sub nu. 2. vers. Praeterea ad illud lib. 2. Mauritius de rest. in integrum cap. 264. & Cald. eodem tr. in verbo sai facilitate nu. p.* quæ restitutio peti debet intra quadriēnium, postquam minor factus est maior, vel minor intra quadriēnium a tempore lesionis computan-
3 dum, vt per *l. fin. C. de temp. in integrum restitut. probat Rebuf. de restit. in præfat. num. 25. & 26. ad Constit. Regni* opera tamen eiusdem Amplifs. D. Sen. Bonetti causæ relatori, mense Aprilis 1647. fuit amicabiliter terminatum Iudicium, reducendo cambia ad interesse annuum in rationem decem pro centenario.

Prout, dum Catherina Rancata vidua, & tutrix eius filiorum, qui ad secunda vota transiuerat, petijsset dispensari, vt in tutela perseuerare posset, non reddita ratione tutelæ, Senatus die 10. Iulij 1623. referente Amplissimo Sen. Bellono censuit posse perseuerare in tutela, modo rationes redderet termino mensis, sub pæna nullitatis dispensationis.

SVMMARIA.

Fisci res vendi non possunt nu. 1. nisi ex graui causa, & Principis licentia nu. 2.

Fraus, vel damnum fisco non est afferendum nu. 3.

Venditio rei fisci bona fide facta sustinetur nu. 4. Ratio num. 19.

Ecclesiæ res iusto prætio vendi potest, si vtilitas Eccl. interuenit nu. 5. & 8.

Iusto prætio vendita dicitur res, si ad hastam vendita fuit nu. 6.

Pratij maioris oblatio non attenditur post factam legitimam venditionem rei fisci nu. 9. quia non patitur damnum fiscus nu. 10.

Hasta fiscalis solemnitas ommittitur in venditione rei modici momenti nu. 11.

Hasta fiscalis solemnitas requiritur quando venditio fit per Procuratorem fisci, idest Magistratum, secus si per procuratorem Cæsaris nu. 12. & 13.

Principis auctoritas vim decreti habet nu. 14. & 55. Præsumitur pro omni actu Principis nu. 16.

Locatio rei fiscalis non potest reuocari sub prætextu læsionis nu. 17.

Minoris res alienata bona fide non reuocatur nu. 18.

Res ad fiscum reuersa vendi potest omissa solemnitate hasta nu. 20.

Idem in rebus emphiteutis ad fiscum peruentis nu. 21.

Læsio, ob quam fieri potest recisio contractus, esse debet vltra dimidia nu. 22.

Contrarium, idest per sextam partem tantum nu. 23.

Læsio consideratur habito respectu ad totum contractum, non autem ad partem nu. 24.

Læsio consideratur habita ratione temporis contractus num. 25.

Contractum circa annonam ad populi vtilitatem defacili potest reuocari, secus in alijs casibus num. 26. Contrarium verius esse existimat Boadilla num. 27.

Auctoris opinio nu. 28.

Decretum Magistratus extraord. redditorum nu. 29.

Comitis Vimercati Quæstoris mentio nu. 30.

Erarij publici deffectus valde consideratur, quando res fisci alienata fuit non adhibitis debitis solemnitatibus nu. 31.

Visitari debet per matronas venter prægnantis, quando Feudetarius carens liberis supponit vxorem esse prægnantem num. 32. & 33.

Contractus à casu pendens, nec vtilis, neque inutilis esse Fisco dicitur num. 34.

Vasalli inuiti alienari nequeunt à Principe num. 34. & 39.

Limitatur conclusio, quando alias fuerant alienati num. 35. 36. & 38. quando non agitur de alienatione Baronum num. 37.

Communitas ad constituendum procuratorem, quas solemnitates adhibere debet num. 40.

Oblatio à persona minus legitime facta non releuat num. 41.

Vassalli non debent æs alienum contrahere pro se eximendo ab alienatione num. 42.

Contractu perfecto cum filio, non licet aliquid immutare u. 43.

Clausula constituti tribuit possessionem num. 44.

Feudum legitimè institutum dicitur omnibus concurrentibus num. 45.

Perfecto contractu non admittitur noua oblatio u. 46.

Decreto imposito ad contractum non recipitur noua oblatio num. 47. etiam respectu minoris, aut vniuersitatis num. 49.

Decretum Senatus Pedamontani in ea materia u. 48.

Fiscus intra octo dies potest offerre per speciale priuilegium num. 50.

Reprobatur Boadilla contradicens num. 52.

Exceptio firmat regulam num. 51.

Doctor intelligitur secundum legem, vel auctoritatem, quam allegat num. 53.

Senatus Aragon. contraria sententia num. 54.

Fisci res vendi validè possunt, omissa aliquando hastæ solemnitate. CAP. CCVI.



1 Fisci res vendi valide non posse cauetur per *l. p. & l. 2. C. de fide instr. & Iure hasta fiscalis lib. 10.* nisi præcedente publica subhastatione; Non nisi etenim ob magnam causam, & Principis iussu alienari possunt bona, quæ cum Fisco, siue camera,
2 incorporata sunt *tex. in l. Idem Iulianus §. fin. vers. sed ea prædia ff. de lega. primo, & ample probat Olib an. de Iure Fisci cap. 5. nu. 9.*

Ratio est, ne fraus fiat Fisco, vel illius damnum se-
3 quatur vendendo rem Fiscalem minori prætio, quem valet, vbi subhastatio non præcederet, vt ibidem habetur *ex glo. in citata l. p. & seconda C. de fide instr. & Iure hasta fiscalis atq; probat Lucas de Penna in l. 2. nu. 11. vers. hac etiam oratio C. de vendit. rerum fiscal. lib. 10. & inquit Menoch. cons.*

655.nu.9.& in terminis sequ.Gratia.lib. 5.discept.
forens.cap.811.nu.11.
Cessante vero fraude,aut damno Fisci, de AEQVI-
TATE sustinetur venditio rei Fisci facta non ad-
4 hibita subhastatione , Id quod consideratur si
venditio facta fuit iusto prætio , siue potius cum
euidenti fisci vtilitate; Quia eo casu res Ecclesiæ
etiam sine solemnitatibus debitis vendi posse
5 tradit Glosa. in l. cum §. eam transactionem ff. de
transactionibus confert tex.in l.p.ff.de iure dotium,
& in l. fi. ff. de pollicitat. & probat Iodoch. in tr.
patrocin.pupil.cap.p.nu.34. & sequitur Menoch.de
arbitr.in addit.ad casum 172.nu. 66.
Per iustum enim prætium solemnitatem subhasta-
tionis interuenisse fingitur , cum tunc per æqui-
6 pollens ea adimpleta videtur iuxta l. si mater C.
de Instit.& substit.tex.est etiam in §. destruuntur in
Auth.de nuptijs col.4.& in l. A diuo Pio §. in ven-
ditione vbi Bart. ff. de re iud. & scribit Gratia. d.
cap.811.nu.11.
Quod damnum nullo modo considerari etiam po-
7 test,vbi facta deinde fuerit oblatio maioris præ-
tij , tum quia vbi iustum esset prætium,quo ven-
dita sunt bona Fisci , quod vnicum in considera-
8 tione habetur l. quicunq; vbi Io. de Platea C. de
fide instr.lib.10. & scribit Rebuf. d.tit.de praconijs
& licitat. art.9.glo. vnica nu. 31. non attenditur
huiusmodi oblatio maioris prætij , vt tradit glo,
9 in cap.ea enim §.hoc ius qu. 2.in verbo plus ac scri-
bit Rebuf. ad Const. Regni tit. de praconijs , & lici-
tat. art. 7. glo. vnica nu. 19. post Romanum singul.
775. & in his terminis probat Regens Tappia De-
cis. 57. d nu. p. vsq; ad nu. 14. par. 2. Tum quia
nō diceretur Fiscum pati damnum per reiectio-
nem huiusmodi maioris oblationis , cum longe
diferat pati damnum, & lucrum, siue vtilitatem
10 non consequi l. Proculus ff.de damno infecto, & l.
si is cui §.fi. ff.de furt. & l.fi. §. licentiam C.de iure
delib.ac l.fin.C.de codicil. Menoch.cons. 58.nu.74.
& cons. 132. nu. 4.
Quinimo solemnitas hastæ fiscalis omitti solet in
11 venditione rei Fiscalis modici momenti tex.in l.
p.& 2.C.de sentent. & interlocut. Iud.& in Auth.
nisi breuiora eodem tit. atq; in cap. Terulas 12. qu.
2.vbi glo.& in cap. Abbatibus,vbi Archid. eadem
causa 12.qu. 2.Feder. de Senis.cons. 210 sub nu.p.
vers.Item huius .
Præterea dispositio d.l.p.& 2.C.de fi de Instr. & iure
12 hasta fiscalis , locum tantum habet quando ven-
ditio facta fuit per Procuratorem Fisci , qualis
est Illustr. Magistratus in hoc Mediolani Domi-
nio ; non autem , si ea facta fuit à Procuratore
Cæsaris , siue ab eodem Cæsare , aut Supremo
Principe , siue ab eius speciali Procuratore , aut
mandatum spetiale habente , & sic, cum libera,
13 vt post alios probat Marta Decis.44. nu.5. cuius
14 Principis auctoritas vim decreti habet glo. no-
tab. in d. l. p. C. de fide Instr. & iure hasta fiscalis
lib. 10. Princeps etenim dicitur supplere omnem
15 deffectum non adhibitæ solemnitatis l. omnium
C.de testam.quia pro omni actu Principis præsu-
16 mitur l. rescriptis C. si contra ius vel vtil. publ.

Et huius respectu non posse reuocari locationes
17 rerum Fiscalium sub læsionis prætextu ex mul-
tis probauimus supra in cap. 101. nu. 62. lib. 2.
Cæterum contractus venditionum rei Fiscalis per
supremos ministros gesti , per quam raro impu-
gnandi sunt sub prætextu non seruatarum so-
lemnitatum , quando bona fide ad illos fuit de-
18 uentum ; Quia ea attenta alienatio minoris ,
etiam sine debitis solemnitatibus facta , sustine-
tur tex. in l. Scio ff. in integrum restitut. , & in l.
res bona fide ff. de contra. empt. , vbi his precisis
loquitur verbis , Paulus I. C. Res bona fide ven-
dita propter minimam causam inepta fieri non
debet .
Impugnando namq; huiusmodi contractus ob
19 solemnitates omissas obterrentur homines ad
contrahendum cum supremis ministris , in ma-
ximum Principis detrimentum , & eius Fisci
præiudicium , vt perpendit Lucas de Penna
in l. congruit C. de locat. prædiorum lib. 11. atq;
in his terminis scribit Galia cons. 46. sub num. 8.
in fine .
Et in indiuiduo , quod venditio rerum , siue bono-
rum Fisci facta per Proregem absq; solita so-
lemnitate subhastationis, valida sit , neq; possit
per Fiscum impugnari, probat Franciscus de
Ponte cons. 49. num. 85. cum seq. plur. & cons.
53. per totum , vbi distinguit inter Procurato-
rem Cæsaris , qualis est Prorex ; & Procurato-
rem Fisci , cuius Procuratoris Fisci contra-
ctus inualidos esse omissa subhastatione tra-
dit ibidem à Ponte , & sequitur Fabius Anna
cons. 56. num. 25. lib. p. & Radeus decis. Pisana
44. num. 21.
Solemnitas hastæ Fiscalis locum insuper non ha-
20 bet in venditione rei,quę reuersa est ad Fiscum,
vt pote si confiscata esset . Quemadmodum
dicitur de Ecclesia,ad quam reuersa est res, quæ
21 in Emphiteusim dari consueuerat ; Quia tunc
alienari potest non adhibitis solemnitatibus ,
quæ in alienatione rei Ecclesiæ regulariter
abhiberi solent cap. 2. de feudis , & notabiliter
tradit Bal. in l. cum his §. eam transactionem ff. de
transact. & in l. 3. §. fin. ff. de rebus eorum , id
quod tenuit etiam Feder. de Senis cons. 131.
quos sequitur Iodoc. tr. Patroc. pupil. tit. de sub-
hastatione cap. p. n. 34. in fine .
Et quatenus ob læsionem per Fiscum passam
rescindi posset contractus , læsio huiusmodi esse
debet vltra dimidiam iusti prætij, remoto dolo,
& fraude glos. & Bar. in l. p. ff. de iure Fisci tex.
in l. 3. & in l. ratas C.de rescind. vendit. & probat
Peregr. de iure Fisci lib. 6. tit. 4. num. 8. Qua-
23 muis alij existimarint læsionem Fisci ad sex-
tam tantam partem ascendentem sufficere pro
contractus dissolutione , & vt Fiscus restitua-
24 tur;Quæ læsio consideranda esset habito respe-
ctu ad totum contractum , non autem ad illius
partem;Quia sæpe quod de est in vna parte con-
tractus, vt plurimum in alia suppletur; Et læsio
huiusmodi consideranda est habito respectu ad
25 tempus contractus l. si duorum ff. de actionis

empti ,

empti, *& l. ediles §. si for. ff. de edil. edicto Surd. decis. 155. num. 5. & 9.* vbi multa ponit exempla, ex quibus exluditur prætensa læsio, conferunt etiam tradita per Francum *decis.* 333.

Quæ conclusio, contractum scilicet locationis per ministrum perfectum non debere de facili reuocari, etiam si in eo defficiant solemnitates
26 requisitæ, limitatur in materia Annonæ, tamquam humanum victum con.ineat, & valde priuilegiata; Quia tanquam vniuersi populi vtilitatem respiciens huiusmodi contractus, non autem solius Fisci interesse, reuocari quandocunquæ potest, vt concludit Boadil. in eius Polit. *lib. 3. cap. 4. num.* 20. vers. *Esto tiene* par. 2. per sequentia verba, *y otro si el beneficio y mejor a del nueuo contrato, ò postura fuesse muy grande, y de mucha consideracion respecto del pueblo, que en tal caso &c.* Qui auctor sub *num.* 20. *vers. y en este articulo*, fatetur se semper fuisse contrariæ sententiæ, vt scilicet quando dolus ab
27 fuit a contractu, obseruentur omnino pacta, & conuentiones iuxta tex. *in cap. p. de pactis* subijciendo sequentia verba, *por que importa mas que la Cindad, ò consejo cumpla, y guarde su palabra, y concierto en las contractaciones, que hiciere, aunque dexe de ganar, que no que buelua atras, y falte de lo contratado, y de su credito, y cesse el comercio, y falten por ello arrendadores, y bastecedores* iuxta citatam *l. Quod si minor §. non semper ff. de minoribus, ibi, & nemine cum his contrahente quodammodo comercio eis interdicatur.*

Et ita respondi superiori anno 1649. fauore D.
28 Don Ioannis Garziæ del Hoijo, cui omissa hastæ solemnitate Illust. Magistratus Extraord. redditu um cum Voto Fisci, & asentiente Sua Excellentia, vendiderat Feudum Zeli Surrigoni in casu, quo D. Iulia eius filia prægnante ex I. C. Coll. D. Iacobo Aduocato Feudatario intercempto sine prole masculina, nasceretur alia fæmina Feudi in capace, vel aliter fieret locus deuolutioni dicti Feudi ad Reg. Cam. per extinctionem lineæ masculinæ; cum præsertim S. E. ordinasset, vt emptor solueret idem prætium, quo Feudum ipsum fuerat venditum antecessoribus D. Aduocati septuaginta elapsis annis; Et sic ad instar iactus retis vendita fuerit spes successionis dicti Feudi adhuc non incorporati, cum Reg. Cam., quam venditionem non Fiscus, sed Communitas ipsa, siue potius minor pars hominum dictæ Communitatis impugnabat, vt ab Infeudatione se eximeret medietate solutionis prætij, quam solueret D. Garzia.

Prout tandem iudicauit Illust. Magistratus menso
29 Iunij 1651. referente Eruditissimo Domino
30 Quæstore Comite Vicomercato viro integerrimo, & Illustrissimo, decernendo, vt D. Garzia mitteretur in possessionẽ dicti Feudi, cuius prætium iam biennio elapso fuerat solutum Regio Thesaurario, & tempore, quo exaustimissimum erat Reg. Ærarium, & immitis hostis Cremo-
31 nense solum occupando Ciuitatem illam ob sidebat, quas qualitates magnificiunt Doctores, vt notat Ciriacus *contr. p. num. 33. tom. p.*

Quia vero alij Iuris articuli ocurrebant in eadem causa, quorum solutiones non exiguæ vtilitatis esse possunt foro, de illis etiam infrascripta subijciuntur.

Et in primis opponebatur, quod omissa fuerat visitatio ventris prægnantis D. Iuliæ vxoris Feudatarij, vltimo loco defuncti, ad formam *l. p. §. p. ff. de ventre in possess. mittendo*; sed tantum producta fuerat attestatio Phisici, quod D.
32 Iulia abortum fecerat vi febris superuentæ, ex quo deducebatur non constare quod illa ventrẽ prægnantẽ gestaret; Verum respondi, quod visitatio ventris iuxta præscriptam formam *ad l.*
33 *p. §. p.* necessaria tantum erat, quando quis agendo prætendit, vt ventre prægnans mittatur in possessionem alicuius hæreditatis, de quo casu loquitur ille textus, secus verum dicendum est, quando venter prægnans continuatur in possessione, quia tunc necessitatem non habet capiendi nouam possessionem; Quo casu con-
34 tractus, qui à casu pendebat, nec vtilis, neq; inutilis reputabatur D. Garziæ; sed vere vtilis Fisco cederet, vt innuit *Dec. cons. 532. num. 11. & Gamma decis. 323. num. p. in fine*, & sic non conuenit huic casui Decisio Vincentij de Franchis *in decis.* 332. qui loquitur de Principissa Salerni, quam grauidam esse vulgauerat Princeps eius vir sine prole iamdiu viuens; Cum enim de maximò interesse Reg. Cam. ageretur, Vbi tàm grandi Principatu, ad quem Reg. Cam. magnam habebat spem, per partum nasciturum, si masculinum, priuata esset; mirum non est si ad custodiam ventris prægnantis matronæ fuerant destinatæ, vt testatur Franchus loco relato.

Secundo opponebatur vasallos inuitos non posse
34 alienari iuxta tex. *in l. 2. in fin. ff. de lib. Ingen. glos. in l. p. vers. retinet C. de bonis liber. ingen. & disponit tex. in l. p. cum trib. seq. ff. de liberali causa Crau. cons. 6. num. 110. & cons. 241. num. 15. facit etiam glos. in l. inuitus ff. fideicomissi libert. Osasc. Decis. 49. num. 3. & 8. Menoch. cons. 263. num. 102. & 30. atq; cons. 377. num. 10. Rimin. Iun. cons. 601. num. 33.*

Verum contrariam sequitur sententiam idem Ri-
35 min. quam communiorem esse testatur; Præsertim vero quoad ipsam cõmunitatẽ Zeli, quæ iamdiù Faudatario subest, tanquam à Reg.
36 Cam. alienata in familiam Aduocatam septuaginta elapsis annis, vt probat Natta *cons. 367. num. 17. cum seq. & post Iafredum, Cephalum, Frecciam, Franchum, & alios per eum relatos probat Galia cons. 46. præsertim num. 8. & num. 28. cum seq. plur. & diffusissime comprobat Mastril. in cons. vnico posito post eius decis. par. p. præcipue num. 30. cum plur. seq. vbi num. 51. cum seq.* ad contraria respondet eaq; tollit; quam sententiam ante eos defendit Card. Paris. *cons. 23. num. 96. cum seq. plur. lib. p.*

Quæ conclusio eo fortius locum habet, quando

37 non agitur de alienatione Buronum, aut Op-
pidanorum, sed de venditione mere rustico-
rum, vt post Franc. Marcum *decis. 347. num.p.*
probat Galia citato *cons. 46. sub num. 5. vers.*
quippe suffragatur attestando ita obseruatum
fuisse contra Cassinenses fauore Marchionis
Cassinarum.

Et quam conclusionem præsertim in hoc Domi-
nio Mediolani locum habere docet idem Ma-
38 stril. loco relato *sub num. 5. vers. neq; obstare*
videtur, vbi scribit in Prouincia Mediolanensi
posse alienari feuda, etiam inuits subditis, dum-
modo totum alienetur Feudum, & quam con-
suetudinem attendendam esse scribit Franch. *d.*
decis. 17. num. 16. Quam sententiam compro-
barunt quatuor Doctores Bononienses, & de-
cemocto alij ex primatibus interpretibus
Academiarum Italiæ, & Siciliæ, & quam abun-
de firmarunt Marta in cons. vnico posito post
decis. Mastrilli, & Borella in cons. vnico inser-
to post Martam; Quibus accesserunt subscrip-
tiones aliorum viginti duorum iurisperitorum
Summaticensis præcipuè Academiæ; Et quam
[illegible]o vti magis communem seruandam esse
videtur, reprobata contraria opinione *Sessa*
plena decis. 36. cuius fundamenta eneruasse, &
sustulisse Galia citato *cons. 46. num. 11. cum seq.*
patet, & Mastril. *loco relato num. 51. cum seq.*
Et quam sententiam locum habere declarat
Franch. *alleg. decis. 17. num. 8. & Sessa decis.*
36. num. 23. vbi venditio fit à supremo Princi-
pe, non autem à Feudatario in alium Feuda-
tarium.

Effectus tamen nuperime subsequtus docuit ve-
ram non esse traditionem Mastrilli circa con-
suetudinem deductam in hac prouincia Medio-
39 lanensi de alienandis subditis, ijs etiam inuitis;
Quandoquidem cum Iussu Suæ Ex. Illustr. Mag.
superius proximis annis alienasset ciuitatem Vi-
gleuani in D. Marchionem Cæsarem Vicecomi-
tem; atq; huic alienationi consentire recusaret
ille Populus, post passas multas vexationes; per-
seuerando in eius deliberatione, fuit tandem li-
beratus Populus prædictus ab hac comminata
alienatione.

Tertia se offerebat oppositio respiciens inualidita-
tem oblationis, sub nomine Communitatis fa-
ctæ, quam eo casu nullam esse supponebatur,
dum in constituendo Sindico, siue Procuratore,
40 à quo facta fuerat oblatio, non interuenerat
maior populi pars, neq; permissus fuerat so-
nus campanæ, siue vox præconis, aut Nontij,
siue consulis, neq; duæ partes ex tribus consen-
sum præstiterunt, iuxta dispositionem *l. nunc*
vbi scrib. ff. quod cuiusq; vniuers. & tradit Docto-
res in l. nominationum C. de Decur. lib. 10. & in ter-
minis scribit Rol. cons. 90. nu. 19. & 23. lib. p. The-
saur. Decis. 257. nu. 2. & post Losaum de Iure vni-
uers. par. 3. cap. 5. nu. 6. cum seq. & nu. 12. tradit
Peguerra Decis. 11. nu. 2. Et de qua oblatione in-
ualida nullam esse habendam rationem probat
41 *Franch. cit. Decis. 17. nu. 21. Galia all. cons. 46. nu.*
50. Anna cit. cons. 50. nu. 5. & Alleg. 69. nu. 13. &
latissime probat Mastril. cit. cons. vnico nu. 47. atq;
admittit Regens Tappia Decis. 28. nu. 29. cum seq.
par. 2.

Quæ oblationis inualiditas eo fortior reddebatur,
dum æs alienum contrahere pro se redimendo,
& magnum interesse pro eo soluere statuerant
d. subditi rurales; Cum hoc pacto sub Demanij
acquirendi clipeo excoriati remanerent, vt in
puncto tradit *Freccia de sub infeud. lib. 2. Auth.*
2. nu. 26. & post alios scribit Franch. cit. Decis. 17.
nu. 2. in fine, & sequitur Mastril. loco rel. nu. 45.

Postrema oppositio continet, quod tempore in-
congruo facta fuit maior prætij oblatio, nempe
post perfectum contractum, & sic re non inte-
gra; contractu etiam perfecto non licet quic-
quam mutare, vel illum ressolutum decernere
43 *arg. l. perfecta donatio C. de donationibus quæ sub*
modo, & l. sicut C. de obligat. Valasc. Decis. 37. nu.
p. & 4. Costa de re integra Distinct. 34. nu. p. & in
fine qui loquitur in terminis retractus, & *Oldra.*
de rescript. in preludio 10. nu. 2. & nu. 24.

Attenta præsertim clausula constituti, per quam
Illustr. Mag. in Instrumento venditionis se de-
clarauit possidere d. Feudum nomine D. Garziæ
emptoris; per quam clausulam vera, & realis
possessio translata dicitur in emptorem, cuius
44 periculum, & commodum eidem cedit *l. post*
perfectam, & l. quod fortuitus C. de pignor. act. &
ample probat Mastril. Decis. 146. nu. 7. cum seq. par.
2. Et sic interuenisse dicunt in d. contractu om-
nia tria requisita, per quæ feudum constituitur,
nempè concessio, Inuestitura, & possessio, de
45 quibus *Dec. in cap. beneficium de reg. Iur. in 6.*
quem seq. Rosental. de feud. cap. 6. glo. 7. concl. 3.

Quemadmodum per lapsum mensium quatuor, &
vltra à die, quo fuit solutum prætium, & con-
46 cepta ordinatio Illustr. Mag. vt fieret Inuestitu-
ra, vsq; ad diem factæ oblationis, omnia acta
consumata esse constat, atq; serò communita-
tem petijsse d. redemptionem medietate maioris
prætij, cum indubitatum sit post decretum in-
terpositum venditioni rei fisci nullum recipien-
47 dum esse ad plus offerendum *l. fin. C. de fide Instr.*
lib. 10. Et ita censuisse Senatum Parisiensem te-
48 statur *Rebuff. ad Const. Regni tit. de præconijs, &*
licitat. art. 4. glo. vnica nu. 33. Prout nulli succur-
ritur etiam minori, siue vniuersitati, post inter-
49 positum decretum *l. quæcunq; C. de fide Instr. lib.*
10. & tradit Rebuff. loco relato art. 7. glo. vnica
nu. 2. Valasc. Decis. 37. nu. 4. & Claper. in eius cen-
turia claus. 5. qu. 2. nu. 6.

Et licet speciale sit in Fisco, vt intra tempus octo
dierum possit fiscus offerre, & admitti debeat ad
50 aditionem, & prætij augumentum *l. Lucius §.*
fin. ff. ad municip. Et probat Claper. d. claus. 5. qu.
2. sub nu. 6. Per hanc limitationem Fisci fauore
deductam confirmata dicitur exclusio commu-
nitatis iuxta regulam, quod exceptio firmat re-
gulam.

Et idcirco vbi tale benefitium dierum octo com-
petijsset communitati, vt inquit Didacus *Perez,*

in

in l. 14. tit. 11. lib. 4. de quo Sessa Decis. 36 sub nu. 5. & nu. 15. Adhuc lapsum iamdiu fuisset d. tempus, vt affirmatum fuit.

Non releuante assertione Boadillæ in eius *Polit. lib. 2. cap. 16. nu. 13. dicentis ex Fabro in §. fin. Instit. de noxali*, quod competit communitati ius
52 offerendi intra quatuor menses à die deliberationis, siue venditionis; Quia cum Doctoris dictum sustineatur vbi aliqua lege, vel ratione sit fulcitum, dum Faber in aliqua lege neq; ratione
53 se fundat, non est de eius auctoritate curandum, vt postea subijcit Boadill. eodem loco in *glo. cit. ff. dicens* se alias declaraturum quæstionem hanc; Itaut d. conclusionem minime firmasse Boadillam constet, cui resistit citatus *tex. in l. quacunq; C. de fide Instr. lib. 10.* & de qua conclus. valde hæsitat *Sessa Dec. 36. nu. 24. cum seq.* asserens diuersimode fuisse iudicatum per illum Senatum, & tempus octo, vel quindecim dierum
54 requiri tantum pro validitate oblationis scribit *Iodoch. in patrocin. pupill. tit. de subhastat. c. 3. nu. 5.*

SVMMARIA.

Emancipatio filij eum liberat à patria potestate nu. 1.

Liberatus à patria potestate reputatur vti extraneus num. 2.

Hæreditates ab intestato pertinent ad suos nu. 3.

Emancipatio æquiparatur morti patris nu. 4.

Donatio facta per patrem filio emancipato valet num. 5. & 6.

Emancipatus filius succedit patri cum alijs filijs existentibus in patris potestate nu. 7. & 8.

Emancipato filio non competit beneficium restitutionis aduersus repudiationem paternæ hæreditatis, vt competit alijs filijs nu. 9.

Patri debetur legitima ex hæreditate filij emancipati num. 10.

Præteritio patris in testamento filij illud nullum reddit nu. 11.

Præteritio huiusmodi habet vim exhæredationis num. 12. & 13.

Legitima debetur maiori in bonis filij, sicuti debetur filio in bonis matris nu. 14.

Corelatiui sunt parentes, & filij nu. 15. & 16.

Filius esse non debet deterioris conditionis parentibus, & è contra nu. 17.

Suus tam dicitur filius emancipatus, quam filius in potestate constitutus nu. 18.

Paterna hæreditas ab intestato debetur filio, etiam emancipato, nedum in potestate patris existenti. CAP. CCVII.



1 Mancipationem filij eum eximere à patria potestate tritum est, & habetur *in §. Præter ea Instit. quibus modis ius pater potest. soluitur.*

Propterea a patria potestate liberatus consideratur, ac si esset extraneus *arg. l.*
2 *liberos §. p. ff. de capitis diminut. & l. fin. C. eodem tit. & is p. Instit. de testam.* in quibus locis habetur patres vendere posse filios etiam pro vno nummo.

Certissimi vero iuris est paternam hæreditatem non deberi extraneo, ad quam tantum descen-
3 dentes, siue sui admittuntur ab intestato *§. Intestatorum Instit. de hered. quæ ab intest. defer. & §. p. in Auth. de hered. quæ ab intestato deferuntur.* Ergo emancipato filio minime deberi paternam hæreditatem dicendum est, vt decidere videtur idem *tex. in d. §. Præterea in illis verbis, sui autem hæredes existimantur, qui in potestate morientis fuerint.*

Accedit, quod cum emancipatio æquiparetur morti patris, siue filij, atq; etiam exhæredationi
4 *Alex. in l. si cum dote §. transgrediamur num. 8. ff. sol. matrim. & tradit Ias. in l. 2. nu. 14. vbi Ripa nu. 27. ff. sol. matr. quos sequitur Menoch. cons. 332. nu. 20.* Successio patris, siue filij est regulanda, ac si eorum alter mortuus esset, & consequenter vocatis deberi affirmandum est.

Hinc dicitur valere donationem factam per pa-
5 trem filio emancipato *l. donationes §. pater ff. de donat. & l. 2. C. de inof. donat. Menoch. cons. 199. nu. 2.* quæ alias inualida esset, quia pater donare
6 filio prohibetur *d. l. donatione §. pater ff. de donat. l. p. §. p. ff. pro don. l. 2. C. de inoff. donat. l. donationes quas parentes C. de donat. inter virum, & vxorem, & scribit Bart. in l. frater à Fratre num. 57. ff. de condit. indeb. & latiss. tradit Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 29. num. p. cum duobus seq.*

De ÆQVITATE tamen etiam filio emancipato
7 deberi paternam hæreditatem concludit *Alex. in l. si quis ciuis, sub num. 4. C. de repud. hæred. per tex. in §. exhæredatos in Auth. ex causa de liber. præterfaciunt tradita per Paul de Castro, in l. si emancipata de iuris, & facti ignor.*

In successione etenim parentum ab intestato sublata est differentia emancipationis, & patriæ potestatis per tex. *in §. nulla in Aut. de hæred. ab intestato, & in l. meminimus C. de legit. hæred.* Quamuis quoad alia, præsertim quoad reuocandam repudiationem, & similia, non competat filio emancipato benefitium restitutionis aduer-
9 sus repudiationem intra quadrienium, vt competit filijs in potestate existentibus, Doctores præsertim Alex. *in d. l. si quis suus n. 3. cum seq. C. de repud. hæred.* Intra quod quadrienij tempus non currere præscriptionem probat *Bal. in eadem l. si quis, & seq. Alex. num. 3.*

Sicut namq; patri debetur legitima ex hæreditate
10 filij emancipati *tex. in l. p. & l. fin. ff. de bonis*
11 *damnat.* In tantum, vt per patris præteritionem testamentum filij emancipati nullum reddatur *l. si posthumus ff. de lib. & posth.* cum præ-
12 teritio huiusmodi habeat vim exhæredationis *§. vlt. Instit. de exhæred. liber. & habet in §. aliud in Auth. vt cum de appellat. cognoscitur*, & probat *Menoch. cons. 499. num. 26. & cons. 628. num. 2.* vbi loquitur in terminis præteritionis matris, & aui materni, factæ per filium in testa-

mento

mento, quod nullum esse probat ea ratione,
13 quod legitima matri debeatur in bonis filij,
14 sicuti debetur filio in bonis matris *all. l. p. & fin. ff. de bonis damnatorum.*

Correlatiui siquidem dicuntur filij, & parentes,
15 itaut dispositum fauore filiorum, locum etiam habere debeat in parentibus, ne ad imparia iudi-
16 centur *Ias. in l. vlt. nu. 15. C. de indic. vidui. toll. & cons. 112. lib. p. Curt. Sen. cons. 11. & ample probat Menoch. cons. 136. nu. 10. cum plur. sequent.* neq; esse debet filius deterioris conditionis patre, &
17 è contra *tex. in l. maximum vitium C. de liber. præter. vbi Bal. nu. 2. & Corn. nu. 13. arg. l. si vina matre C. de bon. mater & latiss. scribit Menoch. cons. 115. nu. 157. cum seq. cons. 362. num. 29. cons. 427. nu. 1. cons. 400. nu. 40. & cons. 904. nu. 34.*

Et tam dicitur suus, filius emancipatus, quam filius in potestate existens, conferunt notata per *glo.*
18 *in d. l. si quis suus C. de repud. hered. & in l. liberos C. de his qui ante aper. tab. & notatur in l. si constante ff. sol. matrim. & tradit. Alex. in eodem l. si quis suus sub nu. 4. vers. Tamen mihi placet.*

SVMMARIA.

1 Alienans partem feudi inuito Domino cadit à toto nu. 1. Contrarium verius est, vt scilicet cadat alienans, nisi à parte alienata nu. 2.

Res eatenus perditur, quatenus circa eam peccatur, siue delinquitur nu. 3.

Pœna non egreditur suos auctores, & delictum num. 4. & 8.

Feudalis res, si vti talis fuit alienata sine Domini assensu, ea tantum perditur, si verò tanquam libera alienata fuit, tunc totum feudum amittitur nu. 5.

Distinctionem hanc reprobat Fachinet nu. 6.

Dominum contemnere dicitur vasallus, qui rem feudalem ipso inscio alienauit nu. 7.

Feudatarius negans partem feudi esse feudalem, cadit tantum ab ea parte negata nu. 9.

Emphiteuta alienans rem emphiteoticum plurium Dominorum, de voluntate tantum aliquorum ex Dominis, cadit ab ea parte tantum, quæ Domino non consentienti spectabat nu. 10. & si est communis, pro indiuisa ad ratum, ibidem.

Alienans partem Feudi sine Domini consensu amittit tantum partem alienatam, non autem totum Feudum.

CAP. CCVIII.



Aldus *in cap. p. §. si vero vel in totum, qualiter olim feuda alienari possunt,* determinat, quod alie-
1 nans partem feudi cadit à toto *per cap. Imperialem de probib. feud. alienat. per Frider.* vbi sic loquitur.

Hac edictali, & Deo propitio perpetuo valitura lege sancimus, vt nulli liceat Feudum totum, vel partem aliquam vendere, vel pignorare, vel quoquomodo distrahere, seu alienare, vel pro animu iudicare, sine permissione illius Domini, ad quem feudum spectare dignoscitur (& sequitur) *Pœna auctoritate nostra iminente, vt venditor, & emptor, qui tam illicitas alienationes reperti fuerint contraxisse, Feudum amittat, & ad dominum libere reuertatur,* Ex quibus verbis tex. probat Bal. siue totum Feudum fuerit alienatum, siue illius pars tantum, Feudum in totum amitti, quam sententiam de rigore iuris esse admittit idem Bal. & declarat *Fachin. lib. 7. contr. Iuris cap. 99. vers. contrarium tamen lit. B.*

De ÆQVITATE idcirco contrarium verius est, & sequi debemus, vt scilicet ea tantum pars feudi, quæ fuit alienata sine Domini consensu, in commissum cadat, & ad Dominum reuertatur
2 *tex. est expressus in cap. p. de vasallo qui contra constitut. Lotharij Regis beneficium alienauit* vbi sic dicitur.

Si *vasallus contra constitutionem Lotharij Regis beneficium alienauerit, si totum, perdat totum, si vero partem, perdat partem, & ad Dominum reuertatur,* quibus verbis tollitur omnis hæsitatio, cum nihil clarius esse possit, vt scribit *Fachin. cit. cap. 99. lib. 7. contr. iuris post Aret. cons. 14. num. 5. & Curt. Iudex de feud. par. 4. num. 153. & Rol. à valle cons. 17. nu. 6. cum seq. lib. 2.*

Vbi enim delinquitur circa rem, eatenus res per-
3 ditur quatenus in ea peccatur *l. Paulus & l. beneficium & vtrobiq; Bart. ff. ad legem falcid.* cum
4 pena non egrediatur delictum suum *l. resciptum ff. de his, quibus, vt indign. glo. in cap. p. de vasal. qui contra constitut. Lotha. & glo. in cap. quæsitum in fine, de his quæ fiunt a maiore parte capit. & exponit Rol. cit. cons. 17. nu. 4.*

Hanc quæstionem alij aliter explicant, distinctione adhibita; nempe an si vasallus absq; Domini consensu partem feudi alienauerit, tanquam feudalem, & hoc in casu non amittat totum
5 feudum, sed tantum feudi partem alienatam, Aut verò non tanquam feudalem alienauerit, & hoc casu totum feudum amittat, cum in Domini contemptum alienasse videatur, Ita *post Bal. Io. Andream Purisium, & alios respondit Roland d. cons. 17. nu. 27. lib. 2.*

Quam tamen distinctionem prorsus refellit *Fa-*
6 *chin. cit. cap. 99. vers. vlt.* dicens in retam aperta per citatum tex. decisa non opus esse huiusmodi distinctione; Rationi enim, & ÆQVITATI tam consonam esse cõclusionem prędictam scribit, vt superfluum sit distinctionem aliquam adhibere, aliter pæna diceretur maior delicto, quod non est affirmandum, & si contemptus Domini ratio habenda sit, ad hunc effectum decidendum esset vasallum totum feudum amittere debere; quia sine Domini consensu alienando, siue totum, siue partem vassallus, Domi-
7 num semper contemnit *cap. p. §. vlt. in fine, quæ fuerit olim prima causa benef. amit.* sed non sic durè agendum fuit, cum satis sit, quod in eo, in

quo

8 quò quis peccauit pœnam ſubeat, vt inquit *Fachin. loco cit. in fine.*
Et ideo videmus, quod ſi Feudatarius negat partem rei feudalis eſſe feudalem, non priuatur
9 toto feudo, ſed tantum parte negata *glo. in verbo ſcientiam in cap. p. §. vaſallus in l. p. vbi ſcribentes omnes, ſi de feud. fuerit controuerſ. inter Dominum, & Agnatum*, quam ſententiam communem eſſe affirmat *Clarus in §. feudum n. ſeq. & ſeq. Rol. cit. conſ. 17. num. 4. qui ſeq. num. inquit* quod ſi emphiteuta plurium Dominorum alienat rem emphiteutam de voluntate vnius, vel duorum, rem, quæ erat communis pro indiuiſo,
10 quod cadit tantum pro illa parte, cuius conſenſus non fuit impetratus, & ſic puniri non debet niſi in parte, circa quam deliquit, quod etiam probat *Corbul. de iure emphit. tit. de cauſa priuat. ob mendatium n. 4. per glo. in cap. p. §. vaſſallus tit. ſi de feudo fuerit contractus inter Dominum, &* Agnatum.

SVMMARIA.

Caducitas ob factam feudi alienationem non reparatur per recuperationem nu. 1.
Contrarium verius re integra num. 4. & 7. & 9.
Dominus dicitur contemni per Vaſſallum, ſi alienauit Feudum, vel illius partem illo inſcio nu. 2. & 18.
Quod procedit etiamſi cum pacto recuperandi alienaſſet num. 3.
Quæ impetu iracundiæ, non animo deliberato fiunt, excuſatione facilius digna ſunt num. 5.
Neceſſitas excuſat à caducitate num. 6.
Durabile quod eſt, non quod momento fit, ſpectat lex num. 8.
Alienatio facta cum clauſula reſeruato iure Domini, & ſolua eius conſenſu, non dicitur propriè alienatio num. 10.
Limitatur, quando realis poſſeſſio fuit tradita nu. 11.
Ex conſtituti clauſula traditur poſſeſſio vera num. 12.
Contrarium tenet Theſaur. num. 13.
Emptor non efficitur Dominus pendente conditione, ſub qua fuit facta venditio num. 14.
Tempus recuperandi rem alienatam ſine Domini conſenſu, quale num. 15.
Iudicis arbitrio remittitur tempus num. 16.
Caducitas incurritur per alienationem rei Feud. ſiue emphiteotica cum pacto retrahendi pendẽte d. tempore redimendi num. 17.
Ratio concluſionis, quia multa contingere poſſunt, quibus retrouenditio impediatur num. 19.
Perpetuitas venditionis conſideratur, etiamſi ſub pacto reuendendi facta ea ſit num. 20.
Fraudibus occurrendum eſt num. 2.



Vaſſallus, qui alienauit Feudum ſine Domini conſenſu, ob quam alienationem incidit in pœnam priuationis, ſi illud recuperauit, antequam Dominus declaret caducitatem, & ſic re integra, euitat caducitatem. CAP. CCIX.



PRæcedenti materiæ caducitatis, ſiue priuationis per Vaſſallum incurſæ ob alienatam rem Feudalem ſine Domini conſenſu, ſuccedit alia quæſtio, an ſcilicet per recuperationem factam incontinenti rei alienatæ, antequam Dominus vtatur iure ſuo, & ſic declaret caducitatem, euitat pœnam Vaſallus, & negatiue
1 reſpondendum videtur, quia alienando rem Feudalem ſine Domini licentia, ipſo facto priuationem incurriſſe Vaſſallum declarat citatus tex. *in cap. imperialem de prob. Feudi alienat. per Frederic. & in cap. p. de Vaſſallo, qui contra conſtitutionem Lotharij Regis beneficium alienauit, & probat Gabriel conſ. 83. num. 31.* Et poſt multos alios per eum relatos ſcribit Corbul. *de iure emph. tit. de cauſa priuat. ab alienat. irrequiſ. Domino facta in principio, & limitat 14. num. 4.*
Dicitur enim huiuſmodi Vaſallus alienans ſine Domini conſenſu illum contemnere, idcirco ca-
2 ducitatem incurrit, etiamſi alienationem feciſ-
3 ſet cum pacto retrouendendi, vt perpendit *Socin. Iun. conſ. 20. ſub num. 29. lib. p.* Etiamſi alienatum redimiſſet, vt expreſſe probat Marius Anguis. *conſ. 102. num. 15. & ſeq.*
De ÆQVITATE tamen contrarium verius eſt, quia incontinenti recuperando rem Feudalem alienatam, ideſt antequam Dominus iure ſuo vtatur declarando caducitatem, dicitur alienationẽ ad nihilum reduxiſſe re integra, & conſequenter pœna ante recuperationem non declarata, vlterius incurſa non dicitur, & idcirco neq; etiam declarari poteſt, vt probat Iſernia *in cap. p. de probib. Feudi alien. per Lothar.* vbi, *Alciatus num. 3.* qui ÆQVIOREM dicit, & communiter in hanc ſententiam inclinare Doctores teſtatur, quos ſequitur *Præpoſ. ibi n. p. & Affl. num. 5. vſq; ad num. 13. facit tex. in cap. Præsbiterorum de rebus Eccleſ. non alien.*, maxime, ſi non animo præmeditato, ſed impetu quodam, vel ex calore iracundiæ *l. quidquid calore*
5 *ff. de reg. iur.* aut ex cauſa neceſſaria Ardizon.
6 *de Feud. in tit. quibus modis Feuda amit. ſub rubr. ſi alien. Feud. poſt. recuper. cap. 501.* Quam ſententiam vti ÆQVIOREM rigori præferendam dicit Camerar. *pag. 53. 55. & 68. cum ſeq. præſertim. num. 71. verſ. dicetis cum ſeq.* & poſt multos alios per eum relatos latiſſime probat Roſental. *de Feud. alienat. cap. 9. membro p. concluſ. 2. num. 13. vbi Additur litt. P. & Q.*

Et

Et hanc conclusionem sequitur Menoch. *de arbitr. casu 7. num. 13. cum seq. atq; amplectitur Morot. cons. 93. sub num. 25. vers. est enim opinio Anneus*
7 *Rober. lib. 3. reg. Iud. cap.* 8. saltem ex ÆQVITATE canonica, vt inquit Valas. *decis. siue consultat. 82. num. 23. Alba cons. 526. num. 8 Mariscot. lib. p. var. resol. cap. si quos sequitur Sen. Bell. tr. de his quæ incont. fiunt cap. 73. num. 16. cum seq. & cap. 81. num. 5. & 9. lib. p. & retulimus nos supra in cap. 79. numero 11. & 12. lib. primo.*

Solet enim lex (vt subijcit D. Bell. *num.* 18.) spe-
8 ctare id, quod ducat, non quod momento fit, vt multis similibus comprobat Ann. Robertus *cit. cap.* 8. & in terminis tradit Thesaur. *Inn. Qu. Forensi 53. num. 3. lib. 3.* dum concludit Vasallum excusandum à caducitate incursa ob alie-
9 nationem Feudi factam sine Domini licentia, quando illud recuperauit re integra, idest ante declaratam caducitatem.

Et quamuis velint nonnulli ex scribentibus, quod alienatio facta sub clausula saluo, & reseruato
10 consensu Domini, & non aliter &c. non dicatur vera alienatio, vt Vasallus vendens non incidat in pœnam caducitatis *Abb. in cap. 2. extra de Feud. Curt. Sen. cons. 8. viso Instr. quos sequitur Ripa cons. p. num. 3. lib.* 3. Attamen, vbi rea-
11 lis tradatur possessio rei alienatæ sub d. clausula, non excusatur à pæna alienans, vt post alios probat Menoch. *cons. 2. in causa Finar. num. 84. art. 3. post Decium cons. 160. num. 4.* & ità iudicatum fuisse in Consilio Neapolitano testatur Gama. *decis. 49. num. 5.* & in practica obser-
12 uari scribit Alcia. *cons. 753. num. 3.* dicens idem esse, si per clausulam constituti facta esset traditio, & hanc opinionem, vti magis communem sequitur *Paris. cons. 86. num. 14. cum seq. lib. p. Bero. cons. 120. num. 3. lib. p. Rol. cons. 51. num. 3. lib. 2. de qua relato Gamma decis. Lusitana 274.*

Dubiam tamen valde esse hanc postremam opi-
13 nionem scribit Thesaur. *cit. quæst. 53. sub num. 3. & 4.* modo alienatio sit conditionata, neq; transiuerit in contemptum Domini, quam tenet Menoch. *cons. 38. num. 24. cum seq.*, reprobata priori sententia par. tex. *in l. necessario §. quod si pendente ff. de percendo, & cõmod. rei vend.*
14 vbi etiam retradita, conditione pendente, emptor non efficitur Dominus, *Rol. cons. 63. lib. 4. Cephal. cons. 118. Surd. cons. 482. num. 9. lib. 2. quos sequitur Thesaur. cit. qu. 53. num. 4.*

Tempus verò, quo permittitur fieri recuperatio rei alienatæ sine consensu Domini, diuersimode
15 interpretantur Doctores, cum alij ante litem contestatam, alij ante sententiam fieri posse recuperationem, & sic moram purgare tradiderint, de qua re ample Vesilius ad Afflic. *decis. 174. Menoch. cons. 133. num. 15. Caroc. decis. 9. num. 13.* Sed verior sententia est, vt hoc tempus
16 remittatur Iudicis arbitrio *secundum glos. in cap. potuit de locato Ripa in l. si insulam num. 35. vbi Alcia num. 15. ff. de verb. oblig. Menoch. de arbitr. casu 7. & cons. 543. num. p. Magon. decis. Lucens. 35. num. p. quos sequitur Sen. Bellon. cit. cap. 73. num. 19. cum seq. lib. p.* dicens, quod Iudex prouideat considerata qualitate rei, temporis, & personarum, modicum tempus arbitrio suo deffinire debet, ne obsit in mora constituto, si alterius nihil, vel parum intersit, *Gabr. cons. 69. num. 45. lib. 2. Surd. cons. 558. num. 15. & Costa de re integra distinct. 69. & distinct. 93. num. 12. & de rat. rata distinct. 86. num. 10. quibus addo Morotium cit. cons. 93. sub. num. 25.*

Hæsitant vlterius scribentes, an alienatio facta per Vasallum sine Domini consensu cum pacto redimendi, Inducat caducitatem, siue priuationem durante tempore retrahendi, Et commu-
17 niter concludunt alienantem incurrere caducitatem, quia pendere dicitur redemptio à futuro, & incerto euentu *Menoch. cons. 413 num. 57.* Quo casu inductus dicitur Domini contemptus, & ei acquisitum ius, quod per redemptionem
18 auferri non potest, vt concludit *Bar. in l. sequitur §. Idem Labeo ff. de vsucap. quem sequitur Morot. cit. cons. 93. sub numero 25. prope finem, & numero 28.*

Qui autor pro maiori corroboratione firmatæ conclusionis subijcit *num.* 27. quod multa con-
19 tingere possint, quæ retrouenditionem impedirent, & quæ redderent venditionem perpetuam, & irreuocabilem, quæ dubietas, & incertitudo, sit ne dominium futurum perpetuum, aut temporale, semper consideratur, & sufficit ad præsumendum eius perpetuitatem *l. sufficit*
20 & ibi *Ias. in 2. dicto notab. ff. de condit. indeb. Tiraquel. de retr. conuent. §. 2. glos. vnica num. 3.* Ideo Dominus non tenetur expectare euentum futuræ retrouenditionis, sed cum vtile Dominium translatum sit ipso inuito, & irrequisito, ex contrario puro potest agere ad caducitatem sibi quæsitam, & nisi ita diceremus facile esset
21 fraudare Dominos, quod non est permittendum, vt concludit *Morot. loco citato numero 27. cum seq.*

SVMMARIA.

Hæres pro parte tenetur ad debita hæreditaria, etiam pro parte tantum num. 1. & 3.

Contrarium verius in certis casibus num. 4.

Lex non obligat ad impossibilia num. 2.


Quod boni Iudicis officio conuenit, agi debet num. 5.

In Iudicijs æquitatis potius, quam stricti iuris, idest rigoris, ratio habenda est num. 6.

Hæredibus pluribus extantibus, agere nequeunt singuli, nisi pro rata num. 7.

Hæredes plures non possunt actione personali conueniri, nisi pro rata, quando obligatio est diuidua, numero 8.

Iniquitas aliquando toleratur propter maiorem æquitatem num. 9.



Hæres

Hæres pro parte condemnatur insolidum pro toto, quando in contractu commodati ille totius rei restituendæ facultatem habet. CAP. CCX.

1 REgulare est, vt hæres prò parte ad hæreditaria debita tantum teneatur pro rata hæreditariæ portionis sibi delatæ *l. 2. C. de hæred. act. l. 4. §. Cato ff. de verb. oblig. & scribit Vlpia. in l. 85. eodem tit. & l. si depositi ff. de positi atq; d. l. in comodatu §. si ex facto ff. commodati, ac in l. Ad ea ff. de reg. Iur. facit etiam l. vnica C. ex delictos defunctorum, & l. 2. C. vnde vi Bart. & Caseri in l. 11. §. pen. ff. de lega. 3.*

Sicuti enim lex non obligat ad impossibile *l. Impossibilium ff. de reg. iur.* Ita hærèdes totam rem
2 tradere tenentur pro rata, idest singuli; tum
3 illi, nisi partem habeant *Fachin lib. 10. controuer. Iuris cap. 53. num. 71. Ad rem Costa de port. rata quæst. 45. num. 3. & 14. & qu. 189. numero primo.*

De ÆQVITATE tamen, si vnus ex hæredibus re-
4 stituendæ facultatem totius rei habet, vt in contractu commodati, & similium, tunc cogitur ad restitutionem, & insolidum condemnatur, quasi id boni Iudicis officio conueniat, vt
5 inquit Vlpianus *in l. 3. §. hæres ff. commodati, & cumulatissimè probat Fachin. cit. cap. 63. nu. 75. & 81. cum seq. plur.*

Tunc enim rem commodatam Testatori tradendo hæres pro parte à choeredibus repetit id, quod plus sua tradidit portione *l. Fideicõmissi §. si de opere ff. de lega. 3.* Quia agitur de restitutione rei, quæ non est in potestate singulorum hæredum, sed pro portione hæreditaria tantum tenentur, vt perpendit Fachin. *cit. cap. 53. num. 72. cum seq. & probat Costa de portione rata qu. 189. num. 5. per l. si vni ex cohæredibus §. Idem Papinianus ff. famil. ercisc. post Roma. cons. 49.*

Namq; placuit in omnibus Iudicijs ÆQVITA-
6 TIS magis, quam stricti iuris rationem habendam *l. placuit C. de Iudicijs l. in omnibus quidem de reg. iur. & l. si me, & Titium ff. si certum petatur, ac l. si seruum §. sequitur ff. de verb. oblig.*

Sicuti enim plures hæredes non possunt agere sin-
7 guli, nisi pro rata *l. plane ff. famil. ercisc. l. ea quæ C. eodem, & tradit Bal. cons. 15. num. 2. lib. 2.* Ità regulariter e conuerso non possunt actione personali conueniri, nisi pro rata,
8 quando obligatio est diuidua *Angel. cons. 230. col. 3. quem sequitur Costa de portione rata qu. 189. in princip.* & ante eum latissimè hanc explicauit materiam *Alba in repet. l. 4. §. Cato nu.*
9 *150. cum plur. seq. vbi num. 169.* probat, quod Iniquitas aliquando toleratur propter maiorem ÆQVITATEM *per glos. in l. fin. C. de fruct., & lit. expens. & per tex. in l. it à vulneratus vers. quod si quis absurdum ff. ad legem aquil. & l. moriens §. sunt autem ff. de penis.*

S V M M A R I A.

Pacem si hæredum requirit statutum, intelligitur de omnibus hæredibus num. 1. Contrarium num. 4.

Prior sententia obseruatur in Dominio Mediolani numero 19.

Statuta, vt plurimum ad litteram intelliguntur num. 2. Declaratur conclusio respectu pœnæ mortis, & respectu pœnæ extraord. num. 20.

Statutum ad litteram intelligitur, quod corporali oculo videtur, non quod percipitur num. 3.

Factum à maiori parte, ab omnibus factum censetur numero 5.

Hæredum interest tolli inimicitias, & odium num. 6.

Pacem inire laudabile, & pium est num. 7. maximè sine damno hæredum num. 8.

Debitori conceditur saluus conductus à maiori parte creditorum, alijs reluctantibus num. 9.

Debitori fauere, pium, & laudabile est num. 10. Decretum Senatus in ea materia num. 11.

Maior pars consanguineorum simul conuenire debet, vt faciat pacem occisori consanguinei, non autem separatim num. 12.

Maior pars patronorum præsentantium aliquem ad beneficium, legitimè eligere dicitur num. 13. & 14. Contrar. num. 15.

Maior pars creditorum intelligitur respectu summæ crediti num. 16.

Contrarium statuitur per Nou. Constit., vt si concurrat maior pars creditorum num. 17. Arbitrio Iudicis relinquitur num. 18.

Pax haberi debet ab hæredibus sanguinis, non bonorum, num. 21.

Bonum est habere pacem ab hæredibus sanguinis, & bonorum num. 22.

Fœmina concurrit cum masculis ad faciendam pacem occisori num. 23. Contrar. affirmat Aug. num 24.

Decretum Senatus in ea materia num. 25.

Limitatur, si fœmina excludatur in successionibus à Statuto num. 26.

Offensus cogi non potest ab officiali ad remittendam iniuriam num. 27.

Æquitatis ratio non permittit, vt offensus cogatur ad remittendam offensionem num. 28.

Statuto stante, vt homicida capite plectatur, nisi pacem habuerit ab hæredebus occisi, sufficit habere pacem à maiori parte hæredum. CAP. CCXI.



Assim in multis Ciuitatibus, & oppidis Italiæ vigent Statuta, quibus disponitur, vt capite plectatur homicida, vel alia graui pœna afficiatur, nisi pacem habuerit ab hæredibus occisi; contingit

F aliquando,

aliquando, vt hæredum Sententiæ sint variæ,
dum pars eorum parcit occisori, reluctanti-
bus alijs; Quæritur, an sufficiat pax maioris
partis hæredum, an vero omnium hæredum
consensus requiratur, si homicida à pæna per
statutum imposita liberationem obtinere in-
tendit.

Omnium hæredum pacem necessariam esse con-
1 cludunt *Ripa, & Alcia. in d.l. 4. §. Cato ff. de
verb. oblig. & tradit Felin. in cap. cum omnes de
constit. col. 10. vers. septimo fallit præsertim per
regulam, quod omnes tangit de reg. iur. in 6. &
per l. rescriptum ff. commun. prædiorum, & l. in
vsu ff. de verb. signif. ac l. si autem plures. ff. de
aqua plur. arcenda.*

Cum enim statuti verba omnium hæredum exi-
gant consensum, sufficere non videtur aliquo-
rum tantum voluntas; cum statuta, vt pluri-
2 mum, ad litteram sint intelligenda, vt disponi-
tur hic Mediolani per Statutum 174. vbi Carp.
dicens ad litteram intelligi Statutum, quod
3 corporali oculo videtur, non quod percipi-
tur *ex Bal. in l. 2. num. 8. C. de patr. qui fel. di-
strar. Castr. in l. p. num. 28. ff. si certum petatur
Alex. cons. 45. num. 7. cum deductis per Rol. cons.
34. num. 47. lib. 4. & notat Galin. de verb. si-
gnif. lib. 8. cap. 30.*

Et hanc sententiam probat *Nellus de ban. 3. par.
2. temp. quæst. 39. & in terminis Gomez. tit. de
delictis cap. 5. num. 35. vers. Item etiam intellige,
& cap. 3. sub num. 61.*

De ÆQVITATE tamen contrarium verius est,
4 nempe sufficere, vt maior pars hæredum faciat
pacem homicidæ, ad hoc, vt à morte liberetur,
Ita probat *Bart. in d.l. 4. §. Cato in vlt. quæst. &
sequitur Castrens. in l. 2. §. ex his ff. de verb. oblig.*
5 quia factum a maiori parte, ab omnibus factum
esse censetur *l. quicunq; C. de omni agro deserto
lib. 11. & l. quod maior ff. ad municipalem, idem
comprobat Aret. in l. Pro hærede §. vlt. ff. de
acquir. hæred.* vbi communem esse hanc senten-
tiam affirmat, quam amplectitur *Socin. Iun. in
eodem §. Cato num. 155.* eandem sententiam
*probat Pe. à Placa in Epitho. delic. cap. 46. num.
p. lib. 6. & post eos sequitur Fachin. lib. 10. con-
tron. Iuris d. cap. 63. num. 154.* dicens rigorem
verborum priori sententiæ adstipulari, Poste-
riori verò Iustitiam, ÆQVITATISQVE ratio-
nem verbis Statuti præferendam præcipue, vt
à pæna mortis liberetur occisor, pro qua libe-
ratione stat ÆQVITAS.

Hanc conclusionem præcipue fundant *in l. & Iuum
cum l. seq. ff. de pactis, in l. vlt. C. qui bonis cedere
possent in l. quod maior ff. ad municipalem, & in cap.
p. de his quæ fiunt à maiori parte capituli, & in l.
rescript. vbi Doct. ff. de pactis.*

Quam conclusionem sequitur *Farin. qu. 14. nu. 2. &
nu. 5. atq; Decian. Responso 38. nu. 13. lib. p.* affir-
mantes hanc opinionem vti veriorem, & Æ-
QVIOREM esse sequendam.

Præterea Hæredum, qui consentiunt vt pax fiat,
interesse videtur tollere prorsus omnē inimici-
6 tiam, & occasionem odij, vt perpendit *Fachin.
loco rel. nu. 153. & Farin. citati qu. 14. nu.*

Quæmadmodum pacem inire laudabile, & pium
7 esse, notum est, atq; concludit *Fachin. rel. cap. 63.
num. 147.* Præsertim cum ea non sit damni ali-
cuius ex hæredibus, & consanguineis defuncti,
quo casu locum habere leges in contrarium al-
8 legatas scribit ibidem *Fachin. nu. 148.*

Hinc tradunt scribentes, quod si maior pars cre-
ditorum assentit, vt concedatur saluus condu-
tus eorum communi debitori pro certo tempo-
re, illi conceditur, reluctantibus etiam alijs cre-
9 ditoribus, quia in hoc attenditur voluntas maio-
ris partis creditorum, explosa aliorum contra-
dictione, quia pium, & laudabile etiam est de-
bitoribus fauere, assentiente maiori parte cre-
10 ditorum, vt dictum fuit *Bossius tit. de pace nu. 21.
& Clar. qu. 58. vers. Frequenter, atq; Io. de Ami-
cis cons. 88. num. 6. & Boer. Decis. 121. sub num. 3.*
11 affirmantes opinionem hanc magis commu-
nem, & ÆQVIOREM esse; Et ita declarare
solet Ex. Mediolani Senatus, & in specie censuit
die   referente Amplissimo D. Sena-
tore,   fauore

Declarat tamen hanc conclusionem *Farin. cit. qu.
14. nu. 8. cum seq.* vt locum ea habeat, si consan-
guinei in eodem gradu existentes simul conue-
nerint in aliquo loco ad ineudam pacem, non
12 autem, si separatim, & particulariter pax huius-
modi data fuerit; quia tunc non suffragari cō-
cludit *Farin. ex Placca cit. cap. 46. n. 14. & seq.*
Eo etenim casu facile esse potest, vt minor pars
contradicens in sententiam maioris partis tra-
hatur *per cap. 2. & ibi Doct. de arbitr. lib. 6. &
per l. si tres ff. de receptis arbitri & cap. in Genesi
de elect. & glos. in cap. cum omnes vbi Abb. n. 8.*
13 *de constitut.*; quam conclusionem procedere
etiā in patronis pluribus præsentantibus ad be-
neficia; quos debere omnes in tali præsentatio-
ne resoluenda concurrere scribit *Farin. loco cit.
vers. & in simili,* vt plurium enim voluntas mul-
14 torum pauciori voluntati præfertur iuxta *tex.
in cap. 3. vbi Abb. de iure patr. Rochus de Curte
de iure patr. qu. 93. vers. contraria opinio, repro-
bata glo. in cap. 1. de reb. Eccles. non alien.*

Et licet contrarium sequatur *Guazin. tr. de tregua.
15 & pace qu. 17. nu. 4. cum seq. ex Roma., sing. l. qq.
& Stracha tr. de mercat. tit. de decoctor. par. 6.
n. 13.* Tamen ÆQVITAS prioris sententiæ ser-
uari debet, vt scribit *Fachin. num. cit. cap. 63.
numero 154.*

Ex hac vero conclusione alia oritur dubitatio, an
attendi debeat maior numerus creditorum, vel
potius maior summa crediti, itaut si quis credi-
tor esset aureorum mille, multi autem simul
iuncti creditores remanerent tantum summæ
aureorum quingentorum, omnibus simul iunctis
eorum creditis.

Et sane maiorem summam crediti attendendam
16 esse, probare videtur *Gomez. in d. tit. de delictis
cap. 3. sub n. 63. quem sequitur Pe. à Placa cit. cap.
46. nu. 7.* & affirmantes, quod si plures siue hæ-
redes,

redes, & duo succedant in duabus tertijs partibus, quinq; vero in alia tertia parte, non debet attendi numerus personarum in maiori parte hæredum, sed quantitas hæreditatis, quam sen-
15 tentiam amplectitur *Guazinus cit. qu. 18. n. 18.*
Et hanc conclusionem expresse affirmat *Farin. cit.*
16 *qu. 14. n. 18. cum seq. post Affl. Decis.* 288., *& Strachan de doctoribus par. 6. n. 9. Vers. itē adde, & defendit Menoch. de arbitr. casu* 245. *n.* 10. *cū seq. per l. maioram, & ibi glo. ff. de pactis vbi Ias. nu. 1. Socin. Sen. conf. 273. col. 2. lib. 2.*
Quamuis in hoc Dominio Mediolani ex disposit.
17 Nou. Const. *in tit. de saluis conduct.* tollatur omnis hæsitatio, dum cauetur, vt si tres partes ex quatuor omnium creditorum, tam respectu numeri personarum, quam quātitatis debiti, cū debitore couenerint, huiusmodi cōuentio per alios creditores seruāda erit, quia duo hęc copulatiue requiruntur maior pars personarum, & maior pars debiti, quamuis ex ÆQVITATE Iudicem suo arbitrio posse creditorum malignationem
18 reprimere determinet *Menoch. cit. casu* 245. *nu. 13. de qua re latissime Costa de portione ratæ qu. 139. per totum.*
Contrarium tamen in hoc Dominio seruari, vt sci-
19 licet remissio, & pax habeatur ab omnibus hæredibus, scribit *Clarus sub d. vers. Frequenter in fine ea ratione*, quod, cum quilibet ex hæredibus pro sua portione repræsentet personam defuncti; Ad hoc vt dicatur plena siue legitima remissio, ad eam omnes concurrere debent, quā sententiam sequitur *Guazinus de pace qu. 18. nu. 4. cum seq.* Hos tamen Doctores sic disentientes conciliandos censeo; vt prima opinio locum habeat respectu pœnæ mortis à statuto impositæ,
20 quotiescunq; deficit pax omnium hæredum; secus vero respectu pœnæ extraordinariæ irrogandæ ob non obtentam pacem ab omnibus hæredibus, sed tantum ab eorum parte, etiam hanc adhibita distinctione cessant rationes pro contraria sententia deductæ, præsertim à Guazino *cit. qu. 18. nu. 5.* Ad euitanda scilicet scandala, ne minor pars hæredum, siue consanguineorum videns homicidam ad patriam restitutū contra illum insidiaretur, & quies publica deturbaretur; dum quilibet hæres suam habere debeat satisfactionem.
Cæterum de hæredibus sanguinis, non bonorum,
21 intelligi conclusionem, vt scilicet ab illis habeatur Pax, declarat *Clarus in d. qu. 58. vers. quero nunc per l. pro herode §. fin. ff. de acquir. hæred. & sequitur Farin. cit. qu. 14. num. 20. 21. 23. & 24.* qui alios plures refert; Et si bonum
22 esse, habere pacem etiam ab hærede bonorum concurrere cum hærede sanguinis concludit *Clarus loco relato vers. Quero nunc.*
Id quod locum habere etiam in fæmina defendit
23 *Ripa in cito §. Cato num. 105. & sequitur Pe. Bellus de re milit fol. 138. num. 58.* quorum opinionem amplectitur *Clarus cit. qu. 58. vers. sed quid*; quidquid in contrarium dixerit *Ang. in d. §. cato sub nu. 18.* ea ratione, quod fæmina non
24 potest prosequi vindictam, ergo neq; pacem facere, cuius respectu die 18. Iannuarij 1547. Sen.
25 reiecisse gratiam obtentam à Galeatio Docio narrat ibidem Clarus in vers. sed quid, rupa non haberet remissionem à filiabus defuncti, nisi eo statuto fœminæ excluderentur a successione pa-
26 tris; quia tunc necessaria non esset illarū pax, vt probat *Farin. d. qu. 14. nu. 26. post Clarum citata qu. 58. vers. sed quid si inter. & sequitur ibidem Baiard. nu. 61. cum seq. subijcitq; alterius Clarus in*
27 *fine d. qu. 58.* non posse Officialem, siue Gubernatorem Prouinciæ cogere offensum, vt remittat iniuriam, & pacem faciat cum offendente
28 ex *Bal. in l. p. §. quies nu. 2. ff. de off. Præfecti Vrbis*, cum ÆQVITATIS ratio non patiatur, vt quis cogatur inuitus offensam remittere, præterquam in foro pœnitentiali.

SVMMARIA.

Iurata promissio obligat præcisè ad factum ipsum promittentem nu. 1.

Debitor, qui cum iuramento promittit soluere, non potest vti compensatione nu. 2.

Contrarium verius nu. 3. quia procedit prima conclusio, quando seruari potest iuramentum num. 4. 6. & 7.

Iuramentum non refertur ad impossibilia nu. 5.

Debitor, præsertim pauper, potest per compensationem satisfacere creditori non obseruata iurata promissione soluendi nu. 8.

Debitor si est mercator, vel campsor, cogitur soluere in pecunia numerata nu. 9. & 11.

Mercatores non habent beneficium excussionis, etiam si pro alijs promisissent nu. 10.

Limitatur conclusio, si graue aliquod infortunium passus esset mercator nu. 12.

Quod remittitur Iudicis arbitrio nu. 13.

Mercator non liberatur, etiam distractis eius bonis, vbi adhuc debitor remaneat nu. 14.

Creditor, si amisisset Chirografum, quod debitori soluenti restituere tenebatur, iurare id tenetur, & facere instrumentum cessionis eius, quia hoc modo obuiatur fraudibus nu. 15.

Absolutio à iuramento necessaria est, vt iurans audiatur contra promissionem iuratam nu. 17.

Limitatur stante impossibilitate num. 18. quia impossibilitas operatur, ac si iuratum non fuisset, num. 19.

Iuramentum non obseruans ex causa à iure concessa non incidit in periurium n. 20.



Diſpoſitio Auth. hoc Niſi. C. de ſolutionibus, locum habet etiam in debitore, qui iurauit ſoluere. CAP. CCXII.



IVramentum præciſe ad factum obligare promittentem admit-
1 tunt omnes glo. in l. ſi pecunia vers. quia iuraſte ff. de condit. ob
cauſam Iaſ. conſ. 9. col. 6. lib. p. Rol. conſ. 6. num. 32. lib. p. Natta conſ. 426. nu. 4. Cephal. conſ. 480. nu. 7.

Idcirco ſi iurauit debitor ſoluere certam ſummam creditori, non videtur poſſe vti beneſitio Auth.
2 hoc niſi. C. de ſolutionib. per quam admittitur de-
bitor ad tradendum bona creditori, loco ſolutionis; quia ad factum præciſe illum obligauit iuramentum, iuribus ſupra deductis.

Hanc concluſionem probant poſt alios per eos relatos Alex. conſ. 37. col. 3. lib. p. Gozad. conſ. 32. nu. 9. Brunus de ceſſione bonorum qu. 14. & ampliſſime tradit Scraſin. de Priuileg. Iuram. d. Priuileg. 74. nu. p. cum ſeq. & nu. 207. & Rui. conſ. 155. nu. 4. lib. 5. & Gratian. lib. 5. diſcept. forenſ. cap. 915. nu. 18. & Cephal. conſ. 195. nu. 2.

De ÆQVITATE tamen contrarium obſeruari
3 ſcribit Ioſeph. Ludoui. Deciſ. Peruſ. 64. par. 2. &
concludit Beniuentus Rota Bonon. Deciſ. 28. per totum, quam ſententiam amplectitur Hondcd. conſ. 18. nu. 39. cum ſeq. lib. p. quos ſequitur Fachin. lib. controu. Iuris cap. 63. verſ. ſed contrarium poſt Feder. de Senis conſ. 60. A qua ſententia non diſſentit Iaſ. all. conſ. 9. verſ. Agredior lib. p.

Ea affertur concluſionis ratio, quod licet iuramentum præciſe iurantem obliget ad factum, Id tamen intelligitur, quando id ſeruari poteſt, ſecus, ſi non poſſit ſeruari, quia tunc per æquipollens
4 ei ſatisfit cap. ex literis il 2. vbi glo. & Abbas de
ſponſalibus, Berous conſ. 137. nu. 5. & 19. lib. p.

Non enim iuramentum referri poteſt ad impoſſi-
5 bilia, Rimin. Iun. conſ. 268. num. 8. poſt Abb. in cap.
Gamma de ſponſ. per glo. in cap. ex literis il ſecondo & in cap. ſicut eodem tit. de ſponſalibus, ſed illud ad factum præciſe obligare intelligitur, quan-
6 do id fieri poſſet ſcribit Crau. conſ. 12. nu. p. & Ga-
briel. commun. concluſ. tit. de iure iur. concluſ. 8. in fine quos ſeq. Fachin. citatn cap. 63. in fine, atq; probat Ludou. cit. Deciſ. 64. dicens, quod pars actum iuratum promittens non tenetur obſeruare, ſi
7 id impoſſibile, vel admodum difficile ſit Doct. in
l. alia §. elegant. ff. ſol. matrim.

Cuius reſpectu, ſi debitor cum iuramento promiſit ſoluere creditori in pecunia numerata; Nihilominus admittitur ad compenſationem, præ-
8 ſertim ſi pauper eſt, vt probat Pariſ. conſ. 121. nu.
41. lib. p. & ſequitur Gratus conſ. 121. nu. 4. lib. p. Aſſl. Deciſ. 163. nu. 3. & Gabriel cit. tit. de Iure Iur. concluſ. 7. nu. 11. & poſt eos Fachin. all. cap. 63. verſ. ſed contrarium circa medium.

Præterea ſi debitor eſſet mercator, ſiue campſor, & iuraſſet ſoluere in pecunia, cum veriſimiliter habere dicerentur pecunias ad manus, non ſic de facili admitterentur ad oblationem liſtæ bonorum in ſolutum dandorum, ſed præciſe eſſent cogendi ad ſoluendum in pecunia numerata,
9 vt ex Baldo in l. fruſtra C. de non numerata pecunia
& Arct. in §. Item ſi quis in fraudem col. 9. Inſtit. de act. probat Ioſeph Ludou. cit. Deciſ. 64. nu. 25. Boer. Deciſ. 221. nu. 14. Anton. Gabriel. comm. concluſ. lib. 3. tit. de fideiuſſ. concluſ. p. nu. 88.

Mercatores enim, & Campſores non habẽt beneſſitium excuſſionis, etiamſi pro alijs promiſiſſent, ſed tenentur præciſe ſoluere, non facta excuſſio-
10 ne, vt inquit Gabriel cit. nu. 88. concluſ. p. tit. de
fideiuſſ. Multo magis ergo ad præciſum factum ſolutionis tenentur, ſi pro ipſomet obligati ſunt,
11 vt tradit Ioſeph Ludou. cit. Deciſ. 64. ſub nu. 25. &
26. par. 2. dicens concluſionem limitari, quando mercatores, ſiue campſores habuiſſent aliquod
12 graue Infortunium, ex Ripa in l. 2. §. mutui datio
nu. 28. ff. ſi cert. petatur, cui accedit Marta in tr. de Iudic. diſtin. 9. nu. 49.

Hoc tamen Iudicis arbitrio relinqui concludit ibi-
13 dem Ludouicus nu. 27. attenta qualitate merca-
toris, ſummæ debitæ, & infortunij. Quos mercatores, ſiuè campſores nonquam liberari, etiam ſi eorum bona fuiſſent per creditorem diſtracta,
14 ſubijcit idem Ludou. n. 28. vbi ex bonis integrum
debitum non eſſet ſanatum.

Si verò quis promiſiſſet reſtituere chirografum, ſiue aliam ſcripturam, quam deinde amiſiſſet, & ita iuraret; Tunc, cum hoc nullo modo probare poſſet, & in humanum eſſet, quod perdito inſtrumento crediti, ſiue ſcripturę, creditor amitteret ſuum creditum, ſi amiſſionem Inſtrumenti non valeret probare, cum communiter probari nequeant, vt inquit Rim. Iun. cit. conſ. 268. ſub nu. 46. prope finem; Standum eſſet iuramento credi-
15 toris de amiſſione, & quod offerat facere In-
ſtrumentum ceſſionis, ſiue quitationis, proteſtando creditor ſe non habere Inſtrumentum, ideſt ſcripturam crediti, & quod ſi haberet, eam cancellat, & pro cancellata vult etiam haberi; Ita probat Bal. in l. pecunia C. de ſolut. per §. ſi ita ff. de lega. primo quem ſequitur Rimin. Iun. all. conſ. 268. nu. 46. cum ſeq. plur. dicens, quod per hanc
16 proteſtationem obuiatur fraudibus, & mali-
tijs illorum, qui obligati ſunt ad pecunias in eorum apodiſſis contentas ſub conditione, ſi apodiſſa reſtituerent; Si enim creditor perdit eam; Ex quo de credito non conſtat; licet apodiſſa non reddatur ob illius amiſſionem; ſufficit, quod debitorem ſuum quietet, vt notat Iaſ. in eodem §. ſi ita in fine, vbi concludit hoc bene eſſe obſeruandum in practica, idem tenet Curn. in l. Inſtrumenta nu. 8. C. de fideicom.

Cæterum, licet qui iurauit, non audiatur contra promiſſionem iuratam, niſi obtenta prius abſo-
17 lutione à iuramento, iuxta not. in l. alias ff. de Iure
iur. Bal. conſ. 115. col. 2. lib. 4. Attamen ſtante impoſſibilitate adimplendi promiſſa, non dicitur

incidere

incidere in periurium *Abb. in cap. Gamma de sponsalibus*, & eo casu habetur, ac si non fuisset
19 iuratum, adeo quod non indigeat habilitatione à Iuramento talis iurans, quia qui non obseruat iuramentum ex causa concessa a iure, non dici-
30 tur peierare, vt contra *glo. in l. fi. ff. si quis satisd. cog. probant ibidem Bal. Ang. Castrens. & Ias. quos sequ. Rim. Iun. cit. cons. 268. nu. 74. cum seq.*

SVMMARIA.

Substituto non competit actio aduersus bona per grauatum alienata nu. 1.

Contrarium verius nu. 9. 10. & 27.

Hypotecha expressa competit legatarijs aduersus bona testatoris, & tacita aduersus bona hæredis num. 2.

Hypoteca, vbi daretur fideicōmissario, illa nata diceretur die purificati fideicommissi nu. 3. Conditione pendente nihil inesse ponitur nu. 4.

Actio contra hæredes grauati personalis potius, quam realis, dicitur nu. 5.

Actio personalis datur contra hæredem testatoris ratione quasi contractus nu. 6.

Actio personalis non datur contra tertium possessorem num. 8.

Fideicōmissario datur actio pro recuperatione bonorum fideicōmisso suppositorum, & alienatorum per grauatum, etiam contra tertium possidentem nu. 11. & 12.

Imputandum est illis, qui cum grauato contraxerunt num. 13.

Hæres grauatus tenetur rectè, & fideliter administrare bona restituenda ex fideicommisso nu. 14.

Hæres grauatus tenetur inuentarium facere nu. 15.

Hæres grauatus tenetur conficere librum rationum num. 16.

Omnis, qui tenetur administrationis rationem reddere, hypotecata bona tenet pro ea nu. 17.

Pater administrans bona filij, hypotecata habet propria bona pro d. administratione nu. 18.

Hypoteca huiusmodi oritur à die cepta administrationis nu. 19.

Hypoteca inducit onus in re, quod semper remanet, ac transit cum re nu. 20. Etiam contra tertium nu. 21.

Substituto competit reuocatoria, saltem in subsidium num. 22.

Decretum Senatus Taurinensis nu. 23. & 28.

Actio realis competit ad fideicommissum vniuersale num. 24.

Hypotecaria actio producitur etiam ex quasi contractu, vel ex quasi delicto nu. 25.

Grauatus hæres tenetur rationem reddere, & reliquatum restituere nu. 26.

Substituto competit actio pro reintegratione bonorum fideicommissi, etiamsi per sententiam fuissent alias adiudicata, non perpensis iuribus fideicommissarij num. 29.

Limitatur conclusio, si ex causa onerosa bona ad singularem successorem peruenerunt nu. 30.

Substituto datur actio aduersus bona grauati, etiam ad tertios peruenta, pro reintegratione fideicōmissi, quando ex hæreditate grauati consuli non potest indemnitati substituti.

CAP. CCXIII.



SVbtilem articulum vocet *Thesaur. Iun. in qu. famil. 84. lib. 2.* eum, in quo agitur, an substituto competat actio aduersus bona per grauatum alienata, vbi ex eius hæreditate non remaneant tot bona, ex quibus reintegrari valeat fideicommissum, vt euenit, quando illud in pecunia, vel mobilibus etiam consistebat, quæ non reperiuntur.

Et prima facie negatiuè respondendum esse vi-
1 dentur, per *tex. in l. 1. C. commun. de lega. & fideicom.* vbi disponitur hypotecam dari ex legatis, & fideicommissis in rebus Testatoris tantum, non in rebus hæredis. Et post scribitur *in d. l. 1. probat Peregr. de fideicom. art. 45. num. 49. & 1 in. decis. 606. num. 11. & 31.* Pro legatis enim, & fideicommissis particularibus
2 competere hypotecam, non pro fideicommissis vniuersalibus, scribit ibidem *Ias. num. 23.* Et consequenter non esse hypotecata bona testatoris, neq; grauatum, constat pro fideicommisso vniuersali.

Secūdo quia, vbi hypotecaria daretur, illa alienata
3 non fuissent, nisi a die purificati fideicommissi, vt probat *Negus. tr. de pignor. par. 2. membro 4. num. 15.* Ergo ad alienata ante purificationem fideicommissi agere nequit substitutus, tanquam minime hypotecata; quia conditione
4 ipsa pendente, nihil positum fuit in esse *l. cedere diem §. fin. ff. de verb. signif.* Idcircò nulla competit actio contra emptorem, vt tradit *Negus loco relato in primo membro quinta partis nu. 22.*

Rebus etenim fideicommisso vinculatis consump-
5 tis, actio contra hæredes grauati dicitur potius personalis, quam realis, Idcirco sequi debet personam obligatam, non res hæredis grauati, existentes pænes tertios possessores *l. fin. §. fin. ff. de contrah. empt. & scribit Peregr. de fideicom. art. 45. num. 16. post Alex. cons. 99. num. 5.*
6 *lib. 2.* subijciens actionem personalem dari contra hæredem testatoris ratione quasi contractus, quoniam adeundo hæreditatem, quasi
7 contrahere videtur cum legatarijs, & fideicommissarijs *l. apud Iulianum §. fin. ff. quibus ex caus. in possess. eas. & l. ex maleficijs §. hæres ff. de act.*
8 *& obligat.* Et contra tertium possessorem non datur actio personalis, cum nihil gestum cum ijs fuerit *l. in area ff. de condit. indeb. & subijcit ibidem Alex. eodem num. 5.*

De ÆQVITATE tamen datur substituto actio ad-

9 rem

9 rem hæredis grauati, in tertios possessores translatam, quando ex eius hæreditate reintegrari
non potest fideicommissum, & sic in subsidium
tex. in l. in causa la prima § fin. de minor. 25. annis,
vbi habetur, quod si minor rem vendiderit, &
fuerit læsus, & is, qui emit à minore, pariter eandem rem vendiderit alio, & minor restitutione
in integrum iuuetur; Si emptori ab ipso minore
10 soluendo non sit, dabitur actio contra tertium
possessorem rei venditæ, quamuis sit bonæ fidei
possessor; ÆQVIVS enim est minori succurri; Quæ dispositio fundata in ÆQVITATE
optime adaptatur ad propositum casum, vt expræsse probat *Thesur. cit. cap. 84. sub num. 9.
vers. secundo quod lib. 2. & in terminis tradit Costa remed. subsid. 38. sub num. 2. vers. secundo.*
Namque actio proculdubio competit Fideicommissario ad res subiectas fideicommisso recupe-
21 randum, si illæ non extant culpa grauati, qui
decessit non soluendo; Atq; ac bona alienantis,
& distrahentis bona fideicommiso supposita,
etiam mobilia, quia omnis erit recursus, etiam
contra tertium possessorem. Cum ÆQVIVS
12 sit dari actionem fideicommissarijs, quam tueri possessores, vt inquit citatus tex. sane perpendendus, licet loquatur de contractu minoris, iuxta tex. *in l. non omnium de legibus, & iuxta
ea qua supra deduximus in cap. 30. num. 11. num.
105. cum plur. seq. lib. p.* Imputandumque est
13 illis, qui contraxerunt cum grauato, iuxtà *reg.
l. qui cum alio ff. de reg. iur. facit tex. in l. plane
§. p. ff. de lega. p. Castrens. cons. 94. lib. 2. Morot.
cons. 13. num. 10. & cons. 32. num. 3. & 4. Et
amplissime Mascard. de probat. conclus. 779. per
totum maxime in fine.*
Præterea certissimi iuris est hæredem grauatum
teneri rectè, & fideliter administrare bona re-
14 stituenda per fideicommissum, & eo purificato, reddere rationem de omnibus, & singulis
bonis fideicommiso suppositis *tex. est in l. cum
tale §. Titius, vbi Bart. & Cæteri ff. de condit. &
demonstr. Et in l. mulier §. sed etenim ff. ad Trebell. & in l. p. §. pen. ff. de ventre in possess. mitt.
Curt. Sen. cons. 29. num. 9. post medium Alex. in
l. in ratione §. quod vulgo num. 14. cum seq. plur.
ff. ad legem Falcid. & in cons. 18. num. 5. lib. 3.*
Et ideò coguntur ipsi hæredes grauati facere
15 inuentarium *Bal. in l. Filium quem in fine C. famil. hercisc. Socin. cons. 46. col. p. & 2. lib. p. &
cons. 51. num. 4. lib. 3. Paris. cons. 81. num. 4. lib. 3.
& late tradit Borga. de tut. num. 11. fol. 103. &
Plotus de in litem iur. §. 26.* vbi librum ratio-
16 num conficere teneri fideicommissarium probat, vt eas reddat substituto, quem sequitur
*Cephal. cons. 392. num. 12. lib. 3. iuxta tex. in l.
mulier §. si hares ff. ad Trebell. de qua re ample
Morot. cons. 13. num. p. & 2. & Simon de Pratis
de Interprat. vlt. volunt. lib. 5. Interpratat. 2. dubit. p. num. 53. cum seq.*
Qui etenim tenetur reddere rationem, vt est grauatus, ex iuribus deductis dicitur habere bona
sua obligata pro ipsa ratione reddenda, & re-
17 stitutione reliquatus *Bal. in l. cum opportet §.
fin. num. 2. vers. opp. & copiose Borgn. Cavalc. de
tut. & Curat. num. 177. fol. 115. & num. 225.
fol. 130.* Qua ratione, si pater administrat bona
filij, Ex sua fraudolenta administratione hypotecat bona sua, & probat *Negusant. in tr. de
19 pignor. membro 4. secundæ partis num. 13. cum
plur. seq.* quam hypotecam oriri à die, quo cæpit administrare, scribit *Rebuff. de constit. reddit.
art. p. num. 17. lib. 12. quem sequitur Thesaur.
cit. qu. 84. num. 8. & 9.* tradens, quod ex ipsa
29 hypoteca est inductum onus in re, quod semper remanet, & transit cum re ad quemcumq;
ea perueniat, perinde ac si expræsse fuisset
hypotecata ex *Negus. d. membro 4. par. 2. prin-
21 cip. num. 2. & 3.* Et competat contra tertium,
vt subijcit d. Auctor *num. 22. In puncto Paris.
cons. 5. num. 26. lib. 2. & post eum Peregr. de
fideicom. art. 43. num. 15.*
Et saltem in subsidium competere hanc reuocato-
22 riam fauore substituti tradunt scribentes *in l. p.
ff. si certum petatur, & expræsse probat Costa remed. subsid. 38. num. 3.* vbi multos alios diffuse
allegat, ac dicit *Thesaur. citato qu. 84. sub num.
11. vers. Cæterum.* Qui auctor in fine capituli
23 scribit ità censuisse Senatum Taurinensem,
confirmando priorem sententiam latam fauore
substituti; Quia actio realis competit ad fidei-
24 commisum vniuersale, ex quo rem ipsam prosequitur *§. omnium Inst. de actionibus, & late
tradit Azo in summa tit. de rei vend. per l. fin. C.
ad Trebell. quem sequitur Thesaur. cit. qu. 84. nu.
11. in fine.*
Et eo fortius, dum actio hæc hypotecaria producitur ex quasi contractu, vel ex quasi malefitio,
25 idest ex mala administratione bonorum subiectorum fideicommiso, recipiendo prætium
eorum, ad cuius restitutionem nata dicitur obligatio ex culpa, & facto ipsius hæredis grauati,
qui obligatus est rationem reddere cum reliquatus restitutione, vt inquit *Ias. in §. item si
quis in fraudem Instit. de actionibus, & explicat
Thesaur. loco relato sub num. 12.*
Quæ actio competeret etiam substituto, si hæres
27 culpabiliter, seu in contumatiam succubuisset
in causa fideicommissaria; Quia in subsidium
facta dicitur potestas substituto recuperandi
bona fideicommisso supposita negligenter
28 amissa, seù dolose per alium occupata, vt post
*Peregr. de fideic. art. 53. num. 59. probat Costa
citato remed. 38. num. 3. vers. Idem Iuris* declarans procedere conclusionem, vbi bona fideicommissaria amissa fuissent per sententiam, non
29 defensis verisimiliter iuribus fideicommissi, vel
per transactionem, aut laudum non bona fide
factum, vel sequtum, *Gabr. cons. 42. lib. 2 Honded. cons. 28. lib. p. Menoch. cons. 501. & cons. 688.
num. 37. cum seq. Surd. decis. 256. atq; Cenal. qu.
636. quos sequitur Peregr. d. art. 53. num. 39.*
A qua conclusione excipi videtur casus, quando
ex causa onerosa bona ad singularem successo-
26 rem peruenerunt *l. cum seruum ff. si certū petatur,*

tur, quamuis contrarium verius esse probet *Costa cit. remed. 38. num. 7. vers. hac mutat.*

SVMMARIA.

Habitus non facit Monachum num. 1.
Incedens in habitu clericali non dicitur clericus alio non dicto, num. 2. Contrarium, num. 58.
Possessio clericalis habitus inducit præsumptionem clericatus, num. 3. donec aliud probetur num. 7.
Possessio deferendi habitum clericalem non inducit possessionem beneficij, num. 4.
Præsumptio viget semper pro possessore num. 6.
Quis habetur pro ea persona, qualis indutus incedit, num. 9.
Captus, siue repertus in habitu laicali, præsumitur laicus num. 10.
Captus à Curia Secularis Ministris in habitu laicali, si deducit se clericum esse, probare debet hanc qualitatem coram Iudice laico, num. 11. si verò in habitu clericali, coram Iudice Ecclesiast. num. 12.
Captus à curia sæculari in habitu laicali, si est beneficiatus, per exhibitionem collationis coram Iudice laico remittitur ad Ecclesiasticum num. 13. 14.
Habitus clericalis qualis esse debeat, num. 15. & 16.
Monitio trina Prælati versus clericum in habitu non incedentem tollitur per Sac. Concil. Tride. num. 17. Contrarium sustinet Farin. num. 18.
Clericus; vbi habitum clericalem habebat tempore, quo delictum comm. sit, gaudet fori priuilegio, nu. 19.
Clericus delinquens, & habitum deferens, si illum reassumat, antequam inquiratur, gaudet fori priuilegio num. 20.
Habitus reassumptio in fraudem facta dicitur in dubio, numero 21.
Puniendus quomodo sit ille, qui erat clericus tempore commissi delicti, mox habitum dimisit num. 22.
Remissio clerici ad Iud. Ecclesiast. sic petente clerico, fit expensis petentis, num. 23.

Ex possessione deferendi clericalem habitum, an præsumatur quis clericus. CAP. CCXIV.

VLgatum est illud adagium; quod
1 habitus non facit Monachum, vt
notatur *in l. p. C. nulli lic. in freq. equastr. lib. 11. ed iem Gail. obseru. 118. num. 4. lib. 2. & Mascard. conclus. 262. num. 6*
Idcircò licet quis incedat in habitu clericali, non
2 propterea dicitur clericus, ità probat *Io. Andreas in cap. In literis de sent. ex commun. in 6. & decidit Rota decis. 264.* alias octauo *nota quod talis opinio, tit. de causa possessionis, & proprietatis in antiquis Mascard. de probat. conclus. 302. nu. p.*
Et si etenim possessio abitus clericalis sine alia
3 probatione tituli inducat præsumptionem, vt
tradit *glo. magna in cap. super his de accusat.* In
beneficialibus talis præsumptio non sufficit ad
4 iudicandum beneficium, nisi verus titulus probetur *cap. p. de re iud. lib. 6. & scribit Innocent. in cap. Illud num. 3. de præsumptionibus, Ricc. ad Mascardum conclus. 302. ad num. 10. post Graff. de effectu clar. in prælud. num. 226.*
De ÆQVITATE tamen ex longa possessione de-
5 ferendi habitum, probatur quis clericus *arg. l. 3. ff. ad Macedon. & l. Barbarius ff. de officio Prætoris, & determinat Rota all. decis. 8. alias 264. de causa possess. & propriet. in antiquos, Quam conclusionem amplectitur Masc. v. l. de probationibus conclus. 302. num. 24. vbi num. 22.* priorem, sententiam de RIGORE iuris locum habere declarat.
Semper enim præsumitur pro possessore, nisi con-
6 trarium probetur, vt habetur *in cap. ex insinuatione de procur. Archid. in cap. 2. de confess. lib. 6. quem sequitur Mascard. citata conclus. 302. nu.* 25. Et donec aliud probetur, præsumitur pro
7 deferente habitum clericalem, *Ancher. & Filippus Franchus in cap. si Iudex col. 2. de sent. ex commun. lib. 6. Io. Andr. & Bal. in cap. dudum il p. num. 5. de elect. & post multos alios per cumceletes latissime probat Gramat. decis. 81. num. 16. vers. & tamen sele possess. & post eos Mascard. cit. conclus. 302. num. 6.*
Quemadmodum idem *Bal. in proemio Decretorum, vbi Gregorius num. 23.* asserit ex huiusmodi pos-
8 sessione clericalis habitus debere à Iudice haberi pro vero clerico; id quod etiam confirmat idem *Auctor in l. si qua per calumniem post num. 2. vers. sed in dic C. de Epis. & Cler. Quem sententiam sequitur Archid. in cap. si quis suadente 17. qu. 4. & in cap. contra morem 100. distinct.*
Hinc vulgo dicitur illum pro eo haberi, qualis
9 indutus incedit *cap. In audientia, de sent. ex communic.* Adeò quòd, si quis in habitu clericali non
10 inueniatur, non præsumitur clericus, vt scribit *Mascard. cit. conclus. 302. num. 9. & conclus. 262. num. 7. cum seq.*
Circa quam habitus qualitatem, vt quis probet
se clericum, coram quo Iudice id probari debeat, distinguunt scribentes, conludendo, quod
si quis in habitu seculari fuit captus a Ministris
11 Iustitiæ sæcularis, probare debeat coram Iudice seculari se esse clericum; si verò in habitu
clericali, hanc clericatus probationem coram
Ecclesiastico Iudice esse faciendam, post alios
12 tradit *Clar. quæst. 36. vers. dixi, clericum post medium, & vers. Regulariter autem, Mascard. conclus. 689. num. 8. & 10.* Nisi talis clericus
13 esset beneficiatus, quia tunc sufficit, vt exibeat
Iudici seculari titulum beneficij, atq; de possessione beneficij doceat, vt probat *Farin. qu. 8.*
num. 45. & tunc licet captus sit in habitu secula-
14 ri, remittitur statim Iudici Ecclesiastico, vt
probat *Clar. in all. vers. Regulariter in verbo, in hoc tamen Ducatu, & sequitur Farin. all. num. 45. qu. 8.*
Qualis verò esse debeat habitus clericalis, cum
non videatur a Sacris Canonibus determinatus
15 habitus clericalis, communiter concluditur

attendi

attendi consuetudinem regionis ; Adeò quod ille, qui in habitu aliquo incedit, prima facie à populo iudicabitur clericus, an potius laicus habebitur *Clarus cit. qu. 36. sub vers. dixi clericum*, vbi testatur ita fuisse decisum per *Capel. Tolosanum apud Aufrer. decis. 227. & decis. 252.*

Discrimen tamen omne super habitu, vt clericus gaudeat fori priuilegio, sustulit Sacrum Triden-
16 tinum *consil. Sess. 23. cap. 26.* dum disponit priuilegio clericatus quem gaudere non posse, nisi tribus concurrentibus, videlicet quod incedat in habitu, defferat tonsuram, & inseruiat Ecclesiæ, de qua *Farin. qu. 8. sub num. 44. in fine*, & non esse necessariam trinã monitionem à suo Prælato emanandam, ad hoc, vt clericus in ha-
17 bitu non incedens puniri possit per Iud. sæcularem, scribit *Clar. cit. qu. 36. vers. hac autem*; Con-
18 trarium tamen verius esse concludit *Farin. cit. qu. 8. num. 60. in fine*, dicens hanc opinionem esse communiorem, *& seq. numero* hanc monitionem specialem esse, & nominatim factam probat, subijcens *in seq. num. 66.* sufficere, vt
19 clericus habitum clericalem haberet tempore, quo delictum commisit, vt fori priuilegio gaudeat; Qui auctor *sub eodem num. 66. vers. sed quid*, determinat quod licet clericus delinquens postea dimiserit habitum ; si illud reassumat
20 antequam inquiratur, vel captura contra ipsum relaxetur, gaudebit priuil. fori ; Secus, si post capturam, vel condemnationem reasumat *Alex. de nouo cons. 50. num. 3.* quia tunc in du-
21 bio reasumptio habitus in fraudem facta dicitur *l. fin. ff. de re milit. & l. finis ff. de his qui sibi mortem consuer.* ; Quemadmodum à Iudice
22 Eccl. puniri debet delinquens, si tempore delicti erat clericus, mox dimisso habitu vxorem duxit, & ità iudicatum fuisse per Sacrum Concil. tradit *Gram. decis. 10. & sequitur Franch. decis. 417. & post eos tradit Baiard. ad d. qu. 36. num. 4. cum seq.*

Quando autem remittendus est clericus ad Iud. Eccl. sic petente clerico, expensis eiusdem cleri-
23 ci remitti debet, vt post *Bal. & Cardin. Alex. in cap. p. §. si Iudex de pace tenenda in vsibus feudorum probat Menoch. de arbitr. casu 228. nu. 8. & seq. & Foler. in eius. pract. crim. Canon. in verbo Miscelaneæ quædam nu. 50. fol. 330. quos sequitur Baiard. ad d. qu. 36. nu. 21.*

S V M M A R I A.

Pactum retrouendendi habetur loco partis prætij, nu. p.
Locupletari quis non debet cum aliena iactura, num. 2. & 3.
Lapsu termino ad redimendum conuento, pactum illud habetur pro omisso nu. 4. & 5.
Emptor tenetur eo casu supplere prætium, nu. 6. & 7.
Læsio qualis esse debeat, vt illi suppleatur nu. 8.
Lapso termino ad redimendum feudum cum consensu Domini conuentu, si feudatarius vult illud redimere, nouum Domini consensum, requirat nu. 9.
Secus, si simpliciter data fuit licentia vendendi, nu. 10.
Ex hoc casu perpendi debet, cuius fauore concessa fuit licentia nu. 11.
Quod alicuius fauore concessum fuit, in odium retorqueri nequit, nu. 12.
Dilatio ad redimendum feudum non potest per Vassallum prorogari sine Domini consensu, nu. 13.
Vassallus permutare prohibetur feudum sine Domini consensu, nu. 15. & 16.
Concessio ad tempus, prohibita censetur post tempus num. 14.
Licentia concessa per Principem donandi feudum, potest illud vendi, nu. 17.
Venditionis verbum omnem continet alienationem, num. 18.
Impedimento vno sublato non arguitur ad aliud in iure prohibitum, nu. 19.
Vendendi licentia continet etiam pignus constituendi, num. 20.
Verba à Domino prolata in licentia alienandi feudum propriè sunt intelligenda nu. 22.
Venditio feudi non grauat Dominum, sicut pignoratio, nu. 23. & 24.
Consensus Domini ad alienandum vel &c. intelligitur de prima alienatione nu. 25.
Factum hominis verificatur in primo actu consumato, etiam inualido, secus dicitur de facto legis, nu. 26.
Dominus consentiens alienationi, vel pignorationi feudi cum clausula, saluo iure meo, non tenetur creditoribus ; si postea feudum sibi deuoluatur ex causa feudali, nu. 27. & 28.
Assensus Domini ciuili modo est intelligendus, nu. 29. & ita in dubio intelligendus nu. 30.
Consentiens alienationi rei suæ, perdere dicitur ius, quod in ea habet, nu. 31.

Pactum retrouendendi, sicuti habetur pro parte prætij, Ita non valente venditore redimere, ei succurritur, vt iustum prætium suppleatur per emptorem.

CAP. CCXV.



Iunt passim venditiones cum pacto retrouendendi certo in termino, quod pactum habetur pro parte prętij, estimantes alij ascendere ad tertiam, alij ad quartam partem iusti
1 prætij, iuxta *l. fundi partem ff. de contrah. empt. &* scribit *Ripa in l. p. §. si hæres ff. ad Trebell. amplè Fachin. lib. 12. controu. iuris cap. 27. prope finem,* quos secuti fuimus supra *cap. 45. nu. 87. cum duobus seq. & cap. 47. lib. p.*

Vbi verò conuento termino venditor rem venditam redimere nequeat ; Quæritur, an emptor teneatur ad supplendum iustum prætium, ne cum damno venditoris locupletior fiat emptor
2 contra dispositionem *l. si me, & Titium ff. si certum petatur*, cùm bona fides non patiatur, vt quis cum aliena iactura locupletatur *l. nam hoc natura ff. de condit. indebit. Doctores in l. curabit C. de action.*

ction. emptia Costa remed. subsid.12.nu.p.
Et negatiuam partem tenet Paris de Puteo *in tr. de*
feudi reintegratione, cap. 236. nu. 20. dicens, quod
pactum illud retrouendendi habetur pro omis-
so, quando lapsum est tempus, quo fieri poterat
4 redemptio *per l. p. §. stipulanti ff. de verb. obligat.*
Hanc sententiam defendit *Affl. in cap. Imperia-*
lem num. 17. de prohibita feudi alienatione per Fri-
der. vbi tunc pactum pro omisso haberi conclu-
5 dit, cum vtile ab inutili separari possit.
De ÆQVITATE tamen contraria sententia ve-
6 rior est, vt scilicet teneatur emptor ad supplen-
dum prætium; quam conclusionem tenet *Bartol.*
in l. grece §. illud nu. 3. & 4. & ibi cæteri fere omnes
scrib. ff. de fideinss. Bartolum sequitur Camerar. in
cap. Imperialem pag. 46. cum plur. seq. de prohibita
feudi alienatione per Frider. quorum sententiam
amplectitur *Rosental. de feud. cap. 9. membro p.*
conclus. 34. nu. 12. cum duobus seq. vbi hanc con-
7 clusionem sequentes niti hac ÆQVITATE scri-
bit, vt iustum suppleat prætium emptor ex Æ-
QVITATE naturali, ne emptor cum vendito-
ris iactura locupletior fiat, iuxta ea, quæ deduxi-
mus supra, & præsertim probat *Costo citato re-*
medio subsid. 12. per totum.
Qui Doctores tamen conclusionem firmatam lo-
cum habere supponunt, vbi læsio sit grauis, *ex*
8 *l. 2. C. de rescind. vendit.* vel actione personali, vel
officio Iudicis, si minor fuerit læsio, vt explicat
Rosental. cit. conclus. 34. nu. 14. in fine dicens tunc
ex ÆQVITATE naturali suppleri debere iu-
stum prætium.
An autem transacto dominio cum possessione in
emptorem Feudi cum Domini consensu, possit
illud retrahi per venditorem non impetrato
denuo consensu Domini, hæsitant scribentes;
Namq; cum Dominus loco venditoris alium
consequutus fuerit vassallum, non videtur sine
nouo consensu posse Feudum ad priorem Feu-
datarium redire, & opus non esse nouo consen-
su, vbi ex pacto à Domino comprobato redijt
Feudum, probat *Rosental. cit. loco nu. 11. post Affl.*
in cap. Imperialem nu. 7. vbi Balzar. nu. 35. quia
totum contractum, & alienationis Instrumenti
tenorem approbasse censetur Dominus, vt ibi-
9 dem probat *Rosental. & in addit. lit. L.* quam sen-
tentiam sequitur *Corbul. de Iure emphit. tit. de*
causa omissioni? ob alienationem cap. 14. Ampliat.
27. nu. 9. & seq. post Ias. in l. p. § Item aquirimus nu.
5. & 7. ff. de acquir. possess.
Secus, si data fuit simpliciter licentia vendendi,
quia tunc sub hoc pacto redimendi vendi non
possit, nisi de nouo Dominus consentiat, vt ex-
10 plicat *Pinel. in l. p. par. 3. nu. 52. in fine C. de bonis*
mater. licet subijciat considerandum esse, cuius
11 fauore conceditur licentia alienandi, ne alias
quæ in fauorem concessa sunt, retorqueantur
12 in odium, contra *l. quod fauore C. de legibus, &*
tradit Dec. post glo. in l. diem functo ff. de officia as-
sessorum, & hanc quæstionem ad partes dispu-
tat *Marinus Frecc. de feud. lib. 2. qu. 17. concluden-*
do nu. 2. pag. 203. non posse vassallum sine Domi-
13 ni assensu prorogare dilationem datam ad re-
dimendum; quia concessio ad tempus prohibita
14 censetur post tempus *l. cum prætor ff. de Iudicijs.*
Insuper, si Dominus consensum præstitit, vt ven-
datur Feudum, non poterit vassallus Feudum
permutare sine nouo consensu, neq; donare, vt
15 copiose probat *Camerar. in d. cap. Imperialem, de*
prohib. feudi alienat. per Frider. pag. 446. Balzar.
ibidem nu. 35. Dec. cons. 555. nu. 11. Et cons. 697.
nu. 13. in fine.
Diuersa est enim ratio in vno, & altero contractu,
cum aliud sit vendere, aliud sit permutare *l. p. ff.*
16 *de rerum permut., & l. si pupillorum §. si prætor*
ff. de rebus eorum, & post eas probat Rosental. cit.
conclus. 34 nu. 2. & 3. cum seq. & in addit. lit. B.
Inquiens, quod è contra, concessa licentia do-
nandi feudum, possit illud vendi; quidquid in
17 contrarium affirmauerit *Affl. de feud. in cap.*
vnico nu. 9. & seq. tit. de controu. inter Dominum, &
empt. ea ratione, quod sub verbo venditionis
18 omnis alienatio, & sic donandi, contineatur.
Huius conclusionis fundamentum est, quia dispen-
satione, vel remissione impedimenti super iure
prohibitiuo facta, argumentum à ratione maio-
19 re non procedere traditum est *arg. l. quod vero*
13. ff. de legibus cap. quæ a iure communi 28. de reg.
iur. lib. 6. Abbas in cap. at si clericus §. de adulterijs
nu. 8. de Iudicijs Felin. in cap. pastoralis nu. 9. de re-
scrip. & post multos alios Corbulus de iure emphit.
cap. 14. qu. 6. nu. 9. cum seq. quos sequitur Rosental.
sæpius all. conclus. 34. nu. 6. & in Addit. lit. G.
Quamuis obtenta venia vendendi à Domino per
vassallum, posse etiam pignori dari feudum, sal-
20 tem de ÆQVITATE, probat *Isernia in d. cap.*
Imperialem nu. 5. vbi Aluara. nu. 14. & Martinus
Laudens. nu. 20. atq; Præpositus nu. 4. vers. sed in-
quiunt, si Dominus promisit, de prohibita feudi
alien. per Frider. arg. l. non debet ff. de reg. iur. sub
21 venditione enim rei, obligatio impropriè con-
tinetur, & saltem venit ex interpretatione, vt
innuit *Rosental. d. loco nu. 7.*
Qui tamen subijcit verba in præstatione consensus
Domini pro feudi alienatione propriè esse acci-
22 pienda; Quoniam Dominus feudo hypothecæ,
aut pignori, eius consensu supposito, grauius ob-
23 ligatur (nempe feudo sibi aperto ad æris alieni
solutionem,) vt idem affirmauit *Rosental. con-*
clus. 18. & seq. quod secus est, si vassallus vendi-
24 derit; tunc enim res non est onere grauata, &
Dominus loco venditoris alium consequitur
vassallum, (vt dictum fuit) quo defuncto plena
sine grauamine fiet consolidatio, Idem *Rosental.*
in cap. 2. conclus. 22. nu. p. & cap. 9. conclus. 18.
Non omittitur etiam illud notatu dignum, quod
consensus Domini ad alienandum, aut venden-
25 dum præstitus, de prima alienatione, aut
venditione, non autem vlteriore, aut etiam plu-
ribus, intelligatur *arg. l. bones 89. §. hoc sermone*
ff. de verb. signif. & ibi scrib. præsertim Tiraquel. in
6. & 9. limitat. vbi nu. 40. 80. 119. cum seq & 190.
infinita recenset exempla, & sequitur *Rosental.*
all. conclus. 34. nu. 10. & in Addit. lit. K. vbi ex eo-

dem Tiraquel. distinguit factum hominis, quod
26 verificatur in primo actu, etiam inualide consumato, & factum legis, quæ exigit factum validum. Idem probat *Marius Freccia de feud. lib. 2. de auctor. Baro p. p. qu. 10. nu. vlt. post Alex. cons. 81. lecto, & discusso nu. 8. lib. 3. Dec. cons. 80. nu. 2. & 3. Curt. Senior cons. 73. nu. 12. Bursa cons. 28 t. nu. 14. lib. 3. Sigismond. Scae. cons. 7. nu. 13. cum seq.*


Perpendunt vlterius Doctores, quod si Dominus consensum præstitit alienationi feudi, adhibita clausula, saluo iure meo, vbi feudum ad ipsum
27 deuoluatur ex causa feudali, non tenetur creditoribus; Quoniam consensum suum, saltem circa vtile Dominium interposuisse censetur, non circa directum, vt ita minus donasse, aut
28 de iure suo remisisse præsumatur, ita probat *Rosental. all. cap. 9. membro p. conclus. 18. num. 3. & conclus. 38. num. 4. & 9. post Bursa cons. 171. nu. 40.* Quoniam assensus Domini ciuili modo intel-
29 ligendus est iuxta *§. si cui ff. de seruitut. & post Camerar. scribit Rosental. cit. conclus. 38. num. 4. in fine, & in Addit. litt. C.* Et ita in DVBIO co-
30 gitatum fuisse præsumitur, vt concludit idem Rosental.

Cæterum alienationi rei suæ consentiens ius suum,
31 quod in ea habet, perdere dicitur *l. si seruus communis ff. de donat. inter virum, & vxorem l. apud Celsum §. quæsitum ff. de doli except. l. si fideiussor §. pater ff. de fideiuss. l. si fundum, vbi scrib. ff. de rebus alien. non alien. & l. 2. C. de remiss. pignor. ac tradit Rosental. cit. conclus. 38. num. 9.*

Creditor consequi nequit ratione interesse ob rem sibi non traditam, plus quam percepisset ex re ipsa, si illa tradita sibi fuisset. CAP. CCXVI.

SVMMARIA.

Debitor morosus tenetur ad omne interesse, num. 1.
Mora dicitur delictum, num. 2.
Mora interesse augetur vsque ad sententia executionem, num. 3.
Interesse debitum ratione moræ extenditur etiam ad interesse quanti plurimi, num. 4.
Interesse nullum debetur, quando contractus est vsurarius, & illicitus, num. 5.
Interesse à moroso debitore debetur, si verum, & reale illud est, num. 6.
Estimatio succedit loco rei, num. 7.
Interesse illud iustum tantum dicitur, quod quis re ipsa patitur, num. 8.
Damnum illud tantum dicitur, quod ex nostro patrimonio exit, num. 9.
Mora regularis committitur per interpellationem, numero 10.
Mora irregularis debetur ex lege, nu. 11.
Debitor ob non adimplementum, quando constituatur in mora num. 12.
Mora non committitur, eo ipso quod quis obligatur, num. 13.
Dies interpellat pro homine num. 14.



DEbitoris moram illum obligare
1 ad omne interesse tritum est, & dictum fuit supra *in cap. 50. num. 19. & 80. lib. p. & cap. 142. nu. 12. lib. 2. Et tradit Gratian. lib. 2. discept. forens. 243. num. 50. cum*
2 *plur. seq.* Quia mora dicitur delictum, & culpa *l. inter stipulantem 83. §. sicum qui decesserit ff. de verb. oblig.* Quod interesse ex mora augetur vsq;
3 ad sententiæ executionem *l. rato §. cum per venditorem ff. de actionibus empti, l. in fideicommisso ff. de vsuris Gratian. d. lib. 3. cap. 243. num. 76.*

Quod interesse extenditur etiam ad interesse quantiplurimi, iuxta *l. pretia rerum ff. ad legem*
4 *falcid. Plotus in l. si quando num. 182. vers. septimo non tenetur C. vnde vi, & post Ias. tradit Gratian. all. cap. 243. num. p.* Et si conclusionem limitet idem Plotus *vers. tertiodecimo*, non tenebit, si contractus est vsurarius, & illicitus, quem sequitur *Gratianus d. cap. 243. num. 41.*

De ÆQVITATE tamen interesse hoc debetur
6 tantum, si verum, & reale passus sit creditor. Quia ÆQVVM non est, quod creditor possit consequi plus ratione interesse, quam percepisset ex re ipsa, si tradita fuisset, cum æstima-
7 tio succedat loco rei, & repræsentet ipsam rem *Bart. in l. stipulationes non diuiduntur 72. num. 40. ff. de verb. oblig. Ias. in l. eum propones num. 8. C. de pactis Aret. cons. 83. col. 2. in fine vers. tertio quia si competit, quos sequitur Gratian. all. cap. 243. num. 67. lib. 2.*

Et hanc sententiam probauimus supra *in cap. 193. num. 8. & num. 38. lib. 2. per glo. in cap. conquæstus de vsuris Nauar. de vsuris num. 53. vers. secunda conclusio, & Roder. de annuis reddit. lib. 3.*
8 *qu. 5. sub num. 20.* Cum tantum iustum interesse illud dicatur, quod quis re ipsa patitur, vt tradit *Bimius cons. 132. sub num. 18. & cons. 172.*
9 *num. 20. lib. 2.* Sicuti damnum illud tantum dicitur, quod ex nostro patrimonio exit *l. damnum ff. de damno inf. Vincent. Anna Alleg. 42. num. 9. Peregr. cons. 98. num. 10. lib. p. & Pe. Ant. Anguis. cons. 8. num. p. lib. 2. & cons. 9. num. 19. lib. 3.*

Et quod interesse sine mora regulari, quæ com-
10 mittitur per interpellationem *l. si ex legati ff. de verb. oblig.* vel irregulari, quæ ex ÆQVITATE inducitur per legem, & quæ contracta
11 censetur per non implementum conditionis, si id ÆQVITAS dictet *l. cunctis 18. ff. de vsuris Bar. in l. quoties post medium vers. non obstat ff. de verb. oblig. Socin. in l. de diuisione num. 11. vers. quod promiss. dotis ff. sol. matr. Alex. in l. quod te num. 8.*

num. 8. vbi Purpur. num. 92. ff. si certum petatur Socin. cons. 176. Præsens consultatio in princip. lib. 2. Cagnol. in l. curabit num. 17. C. de act. empti, quos sequitur Gratian. cit. cap. 243. numero 28. & 29.

Quamuis idem *Gratian. num.* 27. affirmet ex solo non adimplemento non constitui debitorem in
12 mora; Quæ minime inducitur, quando dispositio purificatur ex vna parte; Quasi videatur iniquum, vt in illo puncto, siue momento, quo
13 quis obligatur, Eo ipso mora sit constituta, per *l. quod dicitur ff. de solut. Bar. in d. l. quoties in diem 59. num. 2. ff. de verborum obligat.*

Et si regulare sit, quod dies interpellat pro homi-
14 ne *l. magnam C. de contr. & committenda stipul. & l. si mora ff. sol. matr. l. si pœna ff. quando dies leg. certe tit. si quis filium §. stipulatio ff. de collat. bon. atq; l. si ex legati causa ff. de verb. obligat. Rol. cons. 98. num. 9. lib. 2. Surd. cons. 194. num. 3. & cons. 157. num. 1. quos sequitur Gratian. cap. 708. num. 33. lib. 4.*

SVMMARIA.

Sponsus non dicitur viuere in Matrimonio num. 1.

Interesse, siue vsura debita viro pro dote vxoris, dicuntur onerosa, non gratuita num. 2.

Vir, & vxor, licet sint correlatiui, tamen aliquando iudicantur ad imparia num. 3.

Onerum matrimonij ratio cessat in muliere num 4.

Sponsus non lucratur dotem, neque donationẽ propter nuptias, vt lucratur vir num. 5. & 7.

Vxoris appellatione non venit sponsa num. 6.

Fructus dotis dicuntur accessorij ad dotem num. 7.

Sponsus lucratur fructus bonorum sibi in dotem datorum num. 8. secus, si dos non fuit tradita num. 9.

Datio dotis facta per sponsum, videtur intelligenda, vbi matrimonium sequatur num. 10.

Mora cessante cessat interesse num. 11.

Fructus percepti per sponsum ante contractum matrimonium, dicuntur augere dotem, si non sustinuit onera matrimonij sponsus num. 12.

Dos constituitur pro sustinendis oneribus matrimonij numero 13.

Interesse dotis non liquidata minime debetur nu. 14.

Obligati ad dotandum tenentur interim alimentare mulierem num. 15. etiam nulla data mora dotem dandi quis releuatur ab onere alendi num. 16.

Sponsus lucratur fructus dotis, si aluit sponsam, tam si minor erat sponsa, siue maior, & tàm si cum decreto Iudicis fuit facta promissio, quam si sine decreto num. 17.

Fructus dicuntur de rebus, quæ seruando seruari non possunt num. 18.

Inter fructus, qui seruando seruari nequeunt, comprahenduntur ij, qui vltra trigẽsimum non seruantur, num. 19.

Pater sponsæ, si eam alimentauit, aquirit fructus dotis num. 20.

Patri aquiritur illud plus, quod deductis alimentis ex fructibus dotis superest num. 21.

Fructus aquisiti per patrem ex bonis dotalibus sponsæ deductis alimentis diuiduntur inter hæredes num. 22. & 23.

Maritus putatiuus facit fructus suos propter bonam fidem, & retinet expensas factas pro rei volutione num. 24.

Soluto matrimonio fructus dotis spectant ad mulierem deductis expensis alimentorum num. 25.

Vxori prægnanti sunt exhibenda alimenta ab hæredibus viri num. 26.

Fructus dotis quomodo sint diuidendi inter vxorem, & hæredes viri anno luctus num. 27.

Annus datur hæredibus viri ad restituendum dotem num. 28. Modo præstent alimenta vxori num. 29.

Sponsus facit fructus suos ex dote sibi tradita perceptos, si onera matrimonij sustinet, etiam si adhuc matrimonium non sit contractum. CAP. CCXVII.



PRosequendo materiam fructuum; quorum loco succedit interesse; dubitari sæpe contigit; An sponsus faciat fructus suos perceptos ex re in dotem sibi data. Et negatiue respondendum esse suadet illa indubitata iuris conclu-
1 sio, quod sponsus non dicitur viuere in matrimonio, & ideirco matrimonij onera non sustinet, quorum respectu vsuræ siue interesse permittuntur *cap. salubriter de vsuris*, cum tunc
2 *vsuræ dicantur onerosæ non gratuitæ l. pater ff. de doli except. Alex. cons. 74. num. 2. lib. 5. glos. in l. de diuisione in verbo possessio ff. sol. matr. late Gratian. cap. 244. num. p. & 2. & copiosissime dictum fuit supra in cap. 64. num. 167. & num. 171. cum seq. & cap. 88. lib. p. atq; etiam in cap. 193. lib. 2.*

Cuius rationis virtute ad imparia iudicantur vir, & vxor, licet sint correlatiui, contra conclu-
3 sionem, de qua in *cap. si quis vxorem 3. quæst. p. & in cap. hac imago 23. qu. 5.* cum in muliere
4 cesset ratio onerum matrimonij, vt post *Ias. in l. fin. num. 28. col. 2. post med. in 3. conclus. C. de indicta vidut. toll.* probat *Gratian. all. cap. 244. num. 8. & diximus in cit. cap. 64. num. 16. & sub num. 90. vers. eadem opin. lib. Et in cap. 166. nu. 15. & 10. lib. 2.*

Certum etenim est sponsum non lucrari dotem, neq; donationem propter nuptias, quæ ad maritum post contractum matrimonium spectant,
5 vt præsertim cauetur per Statutum 298. *lib. p. vbi Carp. num. 55. vsq; ad num. 61. post Fanuc. de lucro dotis glos. 2. in verbo nupta num. 78.*
6 Quia sponsa non venit appellatione vxoris, vt in terminis probat *Signor. cons. 144. per totum, & Bal. in l. Deo nobis num. p. C. de Episcop. & Clar. & in l. C. de bonisque liberis, idem Bal. cons. 184. num. 2. lib. 3. & late examinat.*

Tiraquel. tr. de legibus connubial. glos. 2. in verbo, c pa. num. p. & 19. licet contrarium statuat Bursa cons. 164. num. 12. lib. 2. de qua re Carp. ad d. Statut. 291. num. 27. & Stat. 299. num. 2. & nu. 20. Idcirco neq; etiam dotis fructus consequi
7 ille potest, tamquam ad dotem accessorios, iustà traditionem *Bal. & Alex. in l. si marito §. vlt. ff. sol. Matrim. quos sequitur Gabriel cons. 145. lib. 2.*

Tamen de ÆQVITATE sponsus lucratur fructus
8 ex re in dotem sibi tradita perceptos, si onera matrimonij sustinuit, quasi credendum sit sponsam voluisse facere donationem fructuum in recompensationem onerum matrimonialium; Ita probat *Gratian. d. lib. 2. discept. forens. cap.*
9 *244. num. 22.* limitando conclusionem, vt ea non procedat in dote non tradita, cum sponsa promittens dotem videatur tacite intelligere,
10 vt promissio habeat effectum, postquam fuerit contractum matrimonium; Adeò quod non videtur constituta in mora propter adimplementum sponsi, si ante matrimonium non tradat, & cessante mora, cessat etiam ÆQVITAS
11 *l. curabit C. de act. empti*; Et per consequens fructus non poterunt venire sub aliquo nomine interesse, quos idcirco sponsus non acquiret *Salic. in l. 2. num. 2. C. de dote promissa Bal. Nouel. de dote part. 11. num. 20. cum alijs per Barbosam citatis in l. si ante nuptias num. p. cum seq. vsq. ad num. 9. ff. sol. matr. quos sequitur Gratian. loco relato num. 23.*

Quinimo scribit *Ias. in d. l. si ante nuptias, num. 3. ff. sol. matrim.* mirandū esse, quod isti fructus percepti per sponsum ante matrimonium contractum conuertantur in dotem, siue illam au-
12 gere dicantur, nisi sponsus sustineat onera matrimonij; quamuis hoc non esse admiratione dignum subijciat *Card. Mant. de tac. & ambig. lib. 12. tit. 29. num. 15.* cum neq; maritus constante matrimonio lucretur dictos fructus, nisi sustineat onera matrimonij, cum dos ob hanc causam sustinendi matrimonij onera constitua-
13 tur *tex. in l. pro oneribus C. de iure dotium, & l. dotis fructus §. p. ff. eodem tit. & diximus supra cit. cap. 266. num. 4. lib. 2.*

Cuius præcipua ratione præstitorum alimentorū sponsæ non datæ dotis simpliciter, fructus suos facere sponsum constat, cum alimentorum respectu debeantur interesse dotalia marito, etiam si dos adhuc non fuerit liquidata, tamquā arbitrio tertij remissa (quasi EQVVM non sit deberi interesse, non facta liquidatione, vt
14 tradit *Castrens. cons. 11. num. 4. lib. p.*) quando dos promissa fuit a Patre, vel ab illius hæredibus, aut ab alijs, qui de iure nuptam alere tenebantur; Isti enim nulla data mora tenentur alimenta soluere, etiam non liquidata dote;
15 Quasi tunc maritus illa præsentando videtur eorum negotium vtiliter gerere, Propterea repetere ab illis potest actione negotiorum gestorum, etiam nulla existente liquidatione; Tunc
16 enim debitor dotis videtur releuatus ab onere alendi, vt in indiuiduo concludit *Corn. cons. vlt. col. 8. in princip. lib. 2. & distinguit Surd. de alim. tit. p. qu. 42. à num. 14. vsq. ad num. 22. post Rol. cons. 65. num. 9. lib. 4.*

Et hanc sententiam locum habere tàm si sponsa esset maior, quam si minor ætate, adhi-
17 bito, vel non, decreto Iudicis; Quia semper sponsus facit fructus suos ex dote recepta, si sponsam alimentauit *l. p. ff. si aduersus donat.* Quia agitur de rebus, quæ seruando seruari ne-
18 queant de quibus ad libitum disponere potest, etiamsi minor, vt post alios probat *Card. Mant. de tac. & ambig. d. tit. 29. lib. 12. à num. 10. vsq; ad num. 15. & sequitur Gratian. all. cap. 44. nu. 26.* Atq; inter fructus, quæ seruari nequeunt, com-
19 prælendit etiam eos, qui vltra triennium seruari non possunt, vt etiam scribit *Alex. in l. si ante nuptias num. 5. ff. sol. matrim. per glos. in l. p. ff. si aduers. vsucap. quem sequitur Card. Mant. loco relato sub d. num. 10.*

E contra vero, si Pater sponsæ, illi alimenta præstitit, quo casu matrimonij onera sustinuisse dicitur, tunc fructus dotis ipsi acquiruntur, non au-
20 tem sponso, idest marito *Bal. cons. 484. nu. 2. lib. 5.* quippe fructus, qui supersunt deductis sumptibus factis pro oneribus matrimonij, acquiruntur
21 pleno iure patri, qui d. onerá sustinuit, quoniam fructus, qui sunt consumpti, non possunt transire ad hæredes, quod est notandum, cum posset dubitari, quod ad filium pertineant, qui duxit vxorem, quasi post mortem patris statim onera matrimonij eum sequantur *l. si is qui stichum §. post mortem ff. de iure dotium, & scribit Gratia. sæpius all. cap. 244. nu. 27. cum seq. plur. lib. 2.* distinguendo, vt conclusio locum habeat in fructibus perceptis post mortem patris, non autem in illis, qui fuerunt acquisiti patre superstite,
22 cum hi diuidantur inter hæredes pro portioni-
23 bus hæreditarijs *Card. Mant. de tac. & ambigu. tit. 30. lib. 12. nu. 18.*

Quam principalem conclusionem locum etiam habere in marito putatiuo, qui facit fructus suos propter bonam fidem, & retinet impensas factas pro rei vtilitate, & compensat cum fru-
24 ctibus, vt copiose probat *Card. Mant. cit. loca nu. 15. & 18. & sequitur Gratia. cap. 244. nu. 50.*

Soluto vero matrimonio, fructus percepti ex re dotali ad mulierem spectare, deductis sumptibus
25 alimentorum, tradit *Bar. in l. diuortio nu. 4. ff. sol. matr., & seq. Angel. cons. 42. nu. p. & Decian. cons. 79. nu. 21. lib. 2.* vbi tamen alimenta legata non fuissent vxori per virum, aut vxor esset prægnans, quasi tunc alimenta sint exhibenda ven-
26 tri ex bonis viri, *vt post Bar. & Angel. scribit Card. Mant. de tac., & ambigu. d. lib. 12. tit. 31. nu.*
27 *51. vbi nu. 14. & 16.* tradit etiam modum diuidendi d. fructus in anno, quem sequitur *Gratia. all. cap. 244. nu. 31. & 32.*

Quamuis conclusio hæc tuta non videatur, dum ex dispositione *glo. in l. si mora ff. sol. matr. & in l. si duo §. fin. ff. de constit. pecun. atq; in l. vni §. exactio C. de rei vxor. actione* datur annus hæredibus

viri

viri ad soluendum, siue restituendum dotem
28 vxoris *Lenar. cons. 26. nu. 10. furd. cons. 221. num.*
40. Idcirco ex hac legali dilatione hæredibus
concessa ad restituendum dotem mulieri viduæ,
benefitium obtinent hæredes gaudendi fructus
dotis, modo alimenta præstent mulieri eodem
29 anno luctus, conferunt tradita per *Castil. Decis.*
61. nu. 22. & 27. Shenar. d. cons. 62. nu. 52. Giurba
ad statuta messane cap. 15. glo. 15. nu. 37. Gratia.
citato cap. 244. nu. 4. quos secuti fuimus supra in
cit. cap. 64. nu. 89. cum seq. plur. & nu. 175. lib. p.

SVMMARIA.

Vxor effecta vidua interesse consequi nequit pro eius dotibus ab hæredibus viri sine vsura labe nu. p.

Interesse permittitur viro, quia sustinet onera matrimonij nu. 2.

In vxore etiam procedere conclusionem tradunt multi num. 3.

Mulier licitè consequitur interesse dotis, vbi ea sibi non restituitur nu. 4. quod procedit etiam si mulier secundo nupsisset nu. 5.

Decisio Rotæ in ea materia nu. 6. reprobato Barbosa.

Iniquum est, vt hæredes retineant dotes, & vxor mendicare cogatur nu. 8.

Bona fides non patitur, vt quis ex alieno lucrum sentiat nu. 10.

Vxor, quæ fuit immissa in possessione bonorum primi viri ratione donationis, si secundo nubat, ipso iure transfert illam possessionem secundo viro nu. 11.

Translata actione personali dicitur translatum pignus nu. 12.

Maritus sustinens onera matrimonij non tenetur imputare in sortem dotis fructus pignoris sibi pro dote dati nu. 13. & 14.

Fructus debentur etiam recepta sorte, quando illi iure actionis sunt debiti nu. 14.

Hæres tenetur præstare alimenta vxori viduæ defuncti, etiam post annum luctus, si dotes eidem non restituit.

CAP. CCXVIII.

Dictum fuit in præcedenti capitulo hæredes obligatos esse ad præstationem alimentorum vxori defuncti, durante anno luctus, succedit nunc alia quæstio, an post annum luctus teneantur hæredes ad alimentandum vxorem defuncti, si dotem eidem non restituerunt, & variæ fuerunt Doctorum sententiæ, cum *Barbosa in l. 2. sub num. 41. vers. tertio amplia circa medium ff. sol. matrim.* expresse teneat sine vsuræ labe posse mulierem consequi interesse, siue alimenta, ab hæredibus
viri, sub prætextu sibi non solutæ dotis, iuxta
1 *cap. super eo de vsuris, & ante eum concludit Ca-*
str. in l. diuortio nu. 6. vers. sed si peteret dotem ff.
sol. matrim. Anchar. cons. 150. nu. 4. Affl. Decis.
284. num. p. & ibi Vrsil. nu. 6. vers. in muliere vero
vidua.

Huius conclusionis præcipua ratio est, quia non
sustinet mulier onera matrimonij, quorum in-
tuitu permittitur marito consequi interesse do-
2 talia, vt probat *Bar. in l. at qui natura nu. 20. & in*
§. non tantum solutam nu. p. ff. de negot. gestis Abb.
cons. 39. num. 6. lib. 2. Alex. cons. 141. num. 4. lib. 5.
Menoch. cons. 7. nu. 12. lib. p. Barbosa in d. l. 2. a nu.
40. vsq; ad nu. 45. ff. sol. matrim. quidquid in con-
trarium dicat *Molin. de primog. hisp. cap. 5. num. 6.*
3 *lib 4. & Thesaur. Decis. 43. num. 4.* putantes nul-
lam esse in hoc differentia inter maritum, &
vxorem.

De ÆQVITATE tamen succurritur viduę orbatæ
viro, subministrando eidem alimenta, vel sol-
uendo interesse ob retardatam dotis restitutio-
nem; cum in ea concurrat magna ratio incom-
moditatis, & damni, prout in marito respectu
onerum matrimonij, quam ÆQVITATEM
4 considerat *Nauar. de vsuris nu. 67. & in manuali*
confess. cap. 17. nu. 213. vers. secundum posse, &
cap. 14. qu. 3. nu. 75. quem sequitur Gratia. lib. p. di-
scept. forens. cap. 143. nu. 8. in fine, & cap. 240. nu.
20. & Decis. Marcb. 126. nu. 4. vbi probat, quod
si dos non restituitur mulieri suo tempore, pos-
sunt recipi interesse, vel alimenta.

Hanc sententiam defendit *Sotus de iustitia, & iure lib. 6. qu. p. art. 2. col. fin. post medium, Menoch. cons. 8. nu. 20. in fi. & seq. Thesaur. all. Decis. 43. nu. 4. in fine,* qui, vt supra dictum fuit, nullum esse discrimen inter maritum, & vxorem in hac materia tradit.

Quam conclusionem locum etiam habere scribit
5 *Gratia. all. cap. 240. nu. 22.* etiam si mulier ad se-
cunda vota transitum fecisset. & sic secundo
viro deberi huiusmodi interesse docet ex Grato
cons. 56. nu. 3. lib. p. Namq; attenta mora hæredis
debetur hoc interesse, siue alimentorum præsta-
tio, vt probat idem *Gratia. d. cap. 143. a num. 22.*
vsq; ad nu. 25. post Bar. cons. 128. Franciscus in fine
lib. p. Et ita iudicasse Rotam coram Manzanedo
6 die 22. Maij 1606. testatur idem *Gratia. all. cap.*
240. nu. 23. Reprobato Barbosa contrarium te-
7 nente in *d. l. 2. sub num. 42. vers. infertur ff. sol.*
matrim.

Iniquum etenim videtur, quod hæredes viri gau-
8 deant dote, & quod mulier, vel mendicare co-
gatur, vel æs alienum contrahere pro se alimen-
tanda; Aut quod secundus maritus sustineat
onera matrimonij absq; eo quod consequatur
interesse dotalia, ex quo sequeretur illud absur-
dum; quod hæredes locupletiores fierent cum
iactura mulieris, sine secundi mariti, contra di-
9 spositionem *l. curabit C. de actionibus emptio,* neq;
bona fides patiatur, vt ex alieno quis lucrum
10 sentiat *l. idem quæ, & in fundo 10. §. procurator ff.*
mandati, & probat Gratia. all. cap. 240. nu. 27.

Qui auctor *num. 23.* ex Rota apud Manzanedum tradit, quod vxor habens bona sui primi mariti, in quæ fuit immissa ad possessionem, & illa reti-

nens

stens loco pignoris, si ea postea assignauit secun-
do viro, ipso iure fuit in illum translata actio
11 personalis contra hæredes primi viri *l. 2. C. de act. & oblig. & l. p. C. eodem tit.* Et consequenter
transit pignus ad secundum maritum, donec re-
stituatur dos ab hæredibus primi viri *Ruin. cons. 53. nu. 28. lib. 2.* quasi, translata actione persona-
12 li, censeatur etiam translatum pignus *l. si insolutum C. de act. & obligat.*

Huius respectu neq; maritus tenetur fructus pi-
13 gnoris imputare in sortem dotis, quando susti-
nuit onera matrimonij *cit. cap. salubriter de vsuris;* vnde neq; secundus vir imputabit, cum in eo
14 militet eadem ratio *Bar. cons. 178. in fine lib. p. Plotus de in litem iur. nu. 464. Gratus cit. cons. 563. lib. p. & Surd. de alim. tit. p. qu. 45. nu. 50.* Adeo, vt
etiam d. fructus debeantur recepta sorte, quan-
15 do iure actionis sunt debiti *l. si marito §. si fundum ff. sol. matr. Cephal. cons. 485. nu. 113.* & ita
iudicasse pluries Rotam testatur *Gratia. cit. cap. 240. num. 25.*

SVMMARIA.

Retrotractio est quædam fictio, dum fingitur, quod actus iam diu fuerit consumatus, nu. p.

Existens in vtero fingitur, quod natus sit, si viuus postea nascatur, nu. 2.

Existens in vtero, si fuit à patre præteritus in testamento, reddidit nullum testamentum, nu. 3.

Fictio fieri potest in omnibus prædicamentis, nu. 4.

Retrotractio inducitur ex æquitate nu. 5.

Retrotractio dicitur remedium extraordinarium nu. 6.

Verbum Videtur, Intelligitur, *& similia, licet designent fictionem, tamen posita in lege disponunt ea, quæ sunt iuris nu. 7.*

Filius legitimatus dicitur legitimus per fictionem nu. 8. & 9.

Fictio admittitur in his, quæ sunt facti nu. 10.

Fictiones sunt introductæ propter ius nu. 11. & 12.

Fictio non admittitur in his, quæ pendent ab hominis potestate nu. 13.

Natus extra ciuitatem, dum occasione Magistratus temporalis ibi degebat pater, fingitur natus in ciuitate nu. 14.

Natus extra ciuitatem accidentaliter dicitur capax priuilegiorum ciuibus competentium nu. 15.

Qui sint, qui Magistratus gerant nu. 16.

Magistratus ad tempus exercens extra patriam, dicitur continuare animum redeundi ad ciuitatem num. 17.

Natus extra ciuitatem tempore belli, vel pestis, fingitur natus in ciuitate nu. 18. & 20.

Statutum excludens a Collegio natum extra ciuitatem, non intelligitur de nato accidentaliter nu. 19.

Natus accidentaliter extra ciuitatem, vt in itinere, fingitur natus in ciuitate nu. 21.

Fictio priuatiua locum non habet in his, quæ sunt puri, vel meri facti nu. 22.

Monachus professus fingitur mortuus mundo nu. 23.

Professio in Religione fit etiam tacitè nu. 24.

Monachus professus testari nequit, etiamsi ad episcopalem dignitatem peruenerit nu. 25.

Episcopalis dignitas non liberat Monachum a regula num. 26.

Monacus professus non potest reuocare testamentum ante professione factum nu. 27. & 28.

Nisi accedente speciali licentia Summi Pontificis num. 29.

Licentia Summi Pontificis concessa Monacho ad testandum durat etiam post illius mortem nu. 30. Contrar. num. 31.

Nouitius nundum professus testari potest nu. 32.

Professione facta per Monachum, hæres institutus adit hæreditatem, non expectata morte naturali ipsius Monachi nu. 33.

Fictio, eademque in Monacho professo considerata, locum habet in deportato, aut damnato perpetuo ad triremes nu. 34.

Mors ciuilis æquiparatur naturali quoad successionem num. 35.

Idem in perpetuo bannitis nu. 36. sicut in bannitis, vel relegatis ad tempus nu. 37.

Banniti an possint testari nu. 38.

Retrotractio admittitur de ÆQVITATE, cum ea sit causa impulsiua, siue motiua, ob quam permittitur retrotractio, idest Fictio.

CAP. CCXIX.

1 RETROTRACTIO nil aliud est, quam
quædam fictio, dum fingitur,
quod actus factus fuerit ante-
quam vere factus sit, vt probat
*Rimin. Iun. cons. 666. nu. 26. post
Alex. cons. 78. nu. 20. cum seq. lib.
5. quos seq. Costa de retrotract. cap. 2. nu. p.* Exem-
plum considerat in eo, qui adhuc est in vtero,
qui habetur pro nato, & postquam natus est
fingitur iam natum illum fuisse ad sui, & patris,
2 ac matris commodum *tex. in l. qui in vtero ff. de
statu hominum*, in tantum, vt si ille fuisset præ-
teritus in testamento parentum, nullum redde-
3 ret testamentum ipsum *vul. l. Posthumij & toto
tit. ff. de iniusto irrito facto testam.*

Fictionemq; reperiri, & fieri posse in quocunq; re-
rum genere, & in omnibus prædicamentis, scri-
4 bit *Azo in proemio summæ §. Interpratantur rela-
tus à Corasio tr. de iure iur. in artem redig. par. 3.
cap. 3.* sicut accidit in argumento præsumptio-
nis, id quod probat *Sicard. in l. ex persona nu. 6. ff.
de probat. & tradit. Costa d. tr. de retrotract. cap.
2. num. 2.*

An autem Retrotractio, siue Fictio de rigore iuris,
vel potius de ÆQVITATE, fuerit introducta,
concludit *Bartol. in l. si his qui pro emptore ff. de
vsu cap.* ÆQVITATIS dictamen causam esse
motiuam introducendi Retrotractionem, &
5 probat *Tiraquel. tr. de iure const. possess. lim. 30. nu.
59. cum seq. & Dec. cons. 11. nu. 86. cum seq. & post*

alios

alios late scribit Costa d.tr.13. retrotract.cap.2.nu.
6 *p.* Quæ retrotractio dicitur remedium extraor-
dinarium, in ÆQVITATE fundatum, vnde
stante legis dispositione, veluti remedio ordi-
nario, cessaro debet ex regula notissima *l.in cau-*
sa la seconda, vbi Bart. & cæteri ff. de minor., & l.
in prouinciali ff. de noui oper. nontiat. & post Oddum
probat Costa cit. cap.2. monito 4.nu.p.
Qui auctor *nu.* 3. scribit, quod quando lex disponit
ea, quæ sunt iuris, quamuis citetur verbis alias
designantibus fictionem, veluti VIDETVR, In-
telligitur, & similibus; Tamen vere disponit *ex*
7 *Bart. in cons.62. lib.p. Ias. in d.l. is qui pro emptore*
nu.222. & seq. & Vasqu. tr. de success. reat. §. 2. lib.
*p.nu.*80. quod notatu dignum est.
Exemplum dari potest in filio legitimato, qui vere
filius est per iura; & auctoritate, quibus nititur
8 *Menoch. tr. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 79. Ni-*
zol. alleg p. Cum dicatur habere iura suorum, &
veniat appellatione filiorum legitimorum, &
9 naturalium, *Gabriel. cons. 30. lib.p. & cons. 82. lib.*
2. Albi cons. 750. num. 20. cum seq. lib. 4. Cephal.
cons. 278. Veggius cons. 55. nu. 3. Thesaur. Decis. 84.
Malvas. pleno cons. 116 Magon. Decis. Lucens. 10.
& 12. La erch. cons. 23. Bimius cons. 100. lib. p.
Surd. cons. 337. n. 2. & cons. 373. nu. 11. lib. 3. quos
sequitur Costa loco citato nu. 5.
Admittitur vero fictio inductiua in his, quæ sunt
10 facti, circa quæ versatur; Modo factum non sit
ab omni iuris effectu abstractum, & remotum;
11 Quia fictiones sunt introductæ propter his; Id-
circo in his, quæ sunt iuris, idem est esse tale, vel
haberi pro tali, non in his, quæ facti sunt, ex
12 quo lex in his quæ pendent a sua potestate, non
ficte, sed verè operatur. Secus in his, quæ pen
13 dent ab hominis potestate *Bar. in l. si maritus la*
seconda §. p. ff. de adult. Decis. cons. 258. nu. 4.
Hinc natus extra Dominium ex ciue originario
alibi Magistratum gerente cum dignitate, vel
cum administratione, Fingitur natus in domi-
14 nio, Itaut censeatur subditus, & sit capax om-
nium priuilegiorum, quibus gauderet subditus,
dummodo tamen sit officium temporale, non
15 perpetuum, ita probat *Bar. in l. lex. Cornelia §.*
domum ff. de iniur. Affl. Decis. 38. col. vlt. & ibi
Vrsil. & comprobat Alcia. cons. 3. nu. 16 lib. 2. Be-
ron. cons. 60. nu. 26. lib. 2. & Carpa. ad Nou. Const.
Mediolani tit. de pænis §. Collegij nu. 131.
Qui autem dici debeant Magistratus gerentes, ex-
16 plicat *Bal. cons. 194. lib. 1. Alcia. cons. 54 num 33.*
vsq; ad fi. lib. 8. Rimin. Iun. cons. 399. nu. 88. lib. 4.
& Vincent. de Franch. Decis. 407. par. 2. In Magi-
stratu etenim ad tempus viget, & durat animus
17 redeundi ad proprios lares *Bar. in l. quæsitum ff.*
de lega. terzo, & Socin. Sen. cons. 35. lib. p.
Et hæc conclusio procedit etiam in nato extra ci-
18 uitatem tempore belli, vel pestis, quia fingitur,
quod natus sit in ciuitate; etiam pro adimple-
mento legis, siue statuti, excludentis non natos
in ciuitate ab ingressu Collegij Iuris Cons. vel
alterius consimilis beneficij; Dummodo vlte-
rius non progrediatur statutum, excludendo
19 hanc fictionis virtutem, vt explicat *Ripa in tr. de*
priuil. contr. causa pestis, num. 181. cum dub. seq.
quem sequitur Costa d. cap. 2. monito 4. nu. 14 de
retrotract. qui sequenti *num.* 15. docet conclusio-
nem procedere, etiam si mater concepisset filiũ
20 in loco tuto tempore pestis, & natus esset extra
ciuitatem grauante peste, hoc suadente eadem
ÆQVITATE, per *Marzardum de probat. conclus.*
1141. num. 5. cum seq. plur. quem sequitur Cenal.
comm. contra com. qu. 458.
In nato etiam casu fortuito, vt in itinere, vel in
21 transitu, procedit eadem conclusio, cum fin-
gatur natus in loco, in quo pater est Ciuis;
Non autem aquirit Ciuitatem loci, in quo natus
est *Ias. in l. huiusmodi §. legatum, vbi Castrens.*
ff. de lega. p. & cons. 77. lib. 3. Marzar. cons. 43.
& 44. Cephal. cons. 246. Boer. decis. 13. & Cenal.
d. qu. 458. per l. ciues C. de Incolis lib. 10.
Eadem militante ÆQVITATE, locum habet
22 fictio priuatiua, quæ procedit in his, quæ sunt
puri, siue meri facti; Quia factum nulla consti-
tutione potest tolli vere, sed ficte tantum *l. ve-*
rum ff. de reg. iur. hin bello §. facta ff. de capt. &
post limit. reuer, & docet Bar. in l. si vnus §. pa-
ctus ne peteret num. 23. ff. de pactis; Qua ratio-
ne Monachus solemniter professus in Religione
23 a S. Sede Apostolica approbata, fingitur mor-
tuus, ne a Spiritualibus ad temporalia aduoce-
tur, tametsi adhuc verè viuat *l. Deo nobis C. de*
Epis. & Cler. & explicat Costa cit. cap. 2. monito
9. num. p. cum seq.
Quam sententiam locum etiam habere inquit ibi-
24 dem Costa in tacita professione, quæ fit tribus
concurrentibus, de quibus apud *Nauar. de regul.*
25 *cons. 35. num. 5.* Qui Monachus professus te-
stari nequit, etiamsi ad dignitatem Episcopa-
26 lem fuerit promotus; cum per eam non libere-
tur a regula, vt decisum fuit per *Rotam decis.*
705. num. 4. par. p. in nouiss. Prout testamentum
27 antea factum reuocare neq; potest huiusmodi
Monachus Dec. in Auth. ingressi C. de Sacros. Eccl.
Clar. in §. Testamentum qu. 28. Eugen. cons. 58. nu.
10. cum seq. & Hunded. cons. 60. num. 61. lib. 2.
28 neq; etiam de licentia Ministri Generalis, nisi
id faciat ex priuilegio Pontificio concesso Con-
gregationi, vt in puncto tenet *Bursa cons. 75.*
num. 28. cum seq. lib. p. vel nisi accedente Pon-
29 tificis licentia speciali, quæ nec morte conce-
dentis expirat, neq; restringitur ad primum
30 testamentum, vt subijcit *Bursa loco relato, &*
sequitur Costa num. 6. d. monitos. cap. 2. de retro-
31 *tract.* Explosa contraria opinione *Decij in cons.*
512. & Grauntij Theorem. 13. num. 4. lib. p.
atq; Gabriel cons. 83. num. 27. cum seq. lib. p. con-
trarium tenentium.
Aliud est autem in nouitio adhuc non professo,
32 qui potest testari, & testamentum iam factum
reuocare, etiamsi Monasterium non instituat
hæredem *Clar. d. qu. 28. num. 6. de testam. Rota*
decis. 180. par. 2. in nouiss. & Caroc. decis. 76.
numero primo.
Sequta ergo professione Monachi, hæres institu-
tus;

tus, stante d. fictione, quod fingitur mortuus Monachus, non expectat illius mortem naturalem, sed repetente post Canonicam professio-
33 nem testatoris potest hæres adire, & adeundo acquirit hæreditatem incommutabiliter *Surd. cons. 238. & Honded. cons. 60. lib. 2. post Alex. & Didacum citatos*, de qua re Sacrum Trid. Concil. *cap. 15. num. 19. & cap. 16. de quo Menoch. cons. 388. num. 7. Nauar. de regular. cons 30. num. 2. lib. 3. Honded. cons. 94. num. 8. lib. p. & Castil. de vsufr. cap 65. atq. Cenal. comm. circa commun. qu. 63. num. 5.*

Fictio hæc consideratur itidem in deportato, aut
34 in damnato perpetuò ad triremes, quem pro mortuo haberi *disponit l. p. §. pen. ff. de bonorum possess. contra tab. & l. actione §. publicatione ff. pro socio, atq. tradit Clar. in d. §. Testamentum qu.*
35 *22. & 23.* quæ mors ciuilis equiparatur naturali, quæ quo ad omnia operatur effectum, sicut equiparatio in casibus a iure expressis, vel eadem militat ratio, vt tradunt *scrib. in l. Gallus §. Et quid si tantum vbi Gal. in d. lam 59. Garz. num. 72. & Crot. in nu. 15. ff. de lib. et posth. facit text. in l. ex ea parte §. Insulam ff de verb. oblig. Alex. Trentacinq; de subst. par. 4 cap. 6. & plenis. Honded. cons. 62. lib. p. ac Castil. de vsufr. cap. 66. nu. 18.*

Quod etiam procedere in bannitis perpetuo cum bonorum publicatione, & qui possunt impune
36 offendi, probat *Costa rel. monito. 15. cap. 2. nu. 18. cum seq.* vbi multos in eam refert sententiam, præcipue *Honded. cons. 95. nu. 87. lib. p. & cons. 66. num. 23.* Alijs etenim relegatis, siue deportatis maxime ad tempus non denegatur effectus iuris
37 communis, vt inquit *Alex. cons. 26. lib. p. Cran. cons. 925. & Rim. Iun. cons. 595. num. 42. cum seq. Surd cons. 394. n. 3. & seq. Peregr. de Iure Fisci lib. 3. tit. 7. & Farin. qu. 19 num. 16.* De testamentis verò bannitorum, & eorum, qui apud hostes
38 captiui retinentur, ample *Clar. in d. §. testamentum qu. 21. & Petrus Bell. de re milit. par. 2. tit. 12. nu. 6.*

SVMMARIA.

Soluens crediteri pro alio succedit etiam in actione personali nu. 1.

Actio hypotecaria non transit in soluentem pro debitore, nisi expresse de hoc actum sit num. 2. etiam si Fisco solutum sit. n. 3.

Creditor recipiens creditum, dicitur hypotecam cessisse soluenti, si constituat soluentem loco sui nu. 4.

Conuentio partium sufficit ad transferendum actionem nu. 5.

Excipiendo, & retinendo se tuetur soluens ab alijs creditoribus, per soluendo anteriori solum num. 6. 7. & 12.

Soluens anteriori creditori, recuperando ab eo pignus, se tuetur ab alijs posterioribus creditoribus, etiam sine cessione nu. 8

Cessio expressa requiritur ad agendum, secus ad excipiendum nu. 9. & 14.

Retentio facilius datur excipienti, quam agenti ad ius recuperandi num. 10. & 16.

Multa honestè retinentur, quæ inhonestè petuntur, nu. 11. sententia Rota circa retentionem nu. 13.

Obligatio semel extincta amplius non reuiuiscit nu. 15.

Emptor, ex cuius pecunijs fuit satisfactus creditor, succedit in eius locum nu. 17.

Lex per se clara non indiget declaratione, vel suppletione nu. 18.

Soluentis priuilegium transit ad hæredes num. 19. item in profanis, quam in beneficialibus nu 20.

Soluens, si à sua possessione cecidisset casu, vel sua culpa, potest ab occupatore recuperare nu. 21.

Excussio non requiritur ex casu, nu. 22.

Creditor anterior emens rem sibi, & alijs obligatam, tutus in ea est nu. 24. & 25.

Diligentia creditoris sibi obesse nequit nu. 26.

Creditor secundus eo casu potest offerre pretium anteriori creditori nu 27.

Ratio diuersa militat in emptore rei obligata, & ipso debitore nu 28.

Hæres debitoris inconsultò adiens, & debita hæreditaria soluens, non acquisceretur iura creditorum num. 29.

Hæres debita hæreditaria soluens præsumitur soluisse ex ære hæreditario nu. 30.

Hæres fecisse præsumitur id, ad quod tenebatur nu. 31.

Emens rem pluribus obligatam, si prætium perueniat ad anteriorem creditorem, habet ius retinendi emptor in præiuditium posteriorum creditorum.

CAP. CCXX.

LIcet actio personalis competens creditori transeat in eum, qui simpliciter illi soluit pro debitore, quia cum succedat in ius, ergo etiam in actione personali succedit *§. p. Instit.*
1 *de act. & l. p. §. nunc tract. mus ff. de tut. & rat. distrah. & probat Ripa in l. si ventri § eorum nu. 2. ff. de priuil. cred. & sequitur Pe. Gregor. Sintag. iur. lib. 23. cap. 12. nu. 2.*

Non tamen transit actio hypotecaria in soluen-
2 tem, nisi expresse de hoc actum sit *l. Aristo ff. quæ res pign. oblig. poss. & l p. C. de his qui in prior cred. Gabr. cons. 82. nu. 3. lib. p.* etiamsi Fisco creditori
3 solutum fuisset *l. 3. C. de priuil. fisci Bal. in l p. nu. p. C. de his qui in prior. cred. locum succedi, Barbosa in l. post dotem 41. nu. 61. ff. sol. matrim.* vbi de magis communi opin. testatur reprobatis illis, qui contrarium tenent.

Diciturq; tunc actum fuisse, vt transeat hypoteca,
4 si creditor potior recipiens solutionem constituit soluentem loco sui, & ei cedat actiones, cum sola conuentio partium sufficiat ad transferendum actiones, etiam sine Iudicis ministerio, de
5 quo *in l. fin C. de priuil. fisci*, Ita probat *Barbosa in d. l. post dotem nu. 61. in fine ff. sol. matr. per glo. in l. p. in verbo Iure C. de his, qui in locum priorum cred. succes.*

Diuer-

Diuersum tamen ius militat in excipiendo, seu re-
tinendo rem ab anteriori creditore habitam,
etiam sine cessione iurium suorum, vel simili pa-
5 cto, quia tunc de ÆQVITATE excipiendo se
tuetur creditor possessor ab alijs creditoribus, ac
si expresse sibi fuisset ius cessum ab anteriori cre-
ditore, cum huiusmodi exceptio oriatur ex Æ-
7 QVITATE legis, quæ debet præualere *l. qui æquitate ff. de doli mali except.* Vnde talis emp-
tor, seu mutuans possidens pignus erit tutus ad-
uersus posteriores creditores, quamuis non ha-
8 buerit cessionem à primo creditore, cui soluit,
neq; tenebitur relaxare rem, nisi a secondo cre-
ditore ei offeratur pecunia soluta primo credi-
tori, & ita expresse probat *Gratia. lib. 2. discept. forens. cap. 269. nu. 8. & 9.*

Cessioq; siue pactio requiritur ad agendum, & ad
9 exercendum hypotecam contra posteriores
creditores, vt probat idem *Gratia. Decis. 66. per totum*, non autem ad excipiendum; quia faci-
lius datur retentio excipiendi, quam petitio, siue
10 ius recuperandi agenti; Multaq; honeste reti-
11 nentur, quæ inhoneste petuntur, Itaut prohibi-
ta petitione, non prohibeatur retentio, præci-
pue quando sine vitio res peruenit ad retinen-
tem, vt late tradit *Surd. cons. 253. nu. 22. & sequitur Gratia. cit. cap. 269. nu. 15. cum seq.*

Hanc vero sententiam esse ÆQVIOREM, & hu-
12 maniorem, probat *Alfer. in l. cum prior ff. de distract. pignor. & ibi Fulgos. Idem probat Pe. de Bellapertica in l. si potiores in fi. C. de his qui in prior. cred. locum successerunt Beniutend. Decis. 50. Molignatus de retention. Magon. Decis. Flor. 50 num. 3. Capic. Decis. 43. nu. 5. Costa de iuris, & facti ignor. cent. 2. dist. 63. nu. 8.* & ita fuisse iudicatum per
13 Rotam coram Card. Mant. testatur *Gratia. cit. cap. 269. nu. 12. & meminit idem Card. Mant. de tac. & ambigu. tit. 29. nu. 6. lib. 11.* eandem con-
clus. comprobat *Surd. cons. 183. nu. 18. lib. 2.* re-
probato Siluestro Aldobrand. contrar. tenente
in cons. 7. per totum, ad cuius contraria argumen-
ta copiose respondit *Mant. cit. tit. 29. lib. 11.*

Facit etiam *glo. in l. cum ex causa, in verbo hoc mentie C. de rem. st. pignor.* vbi expresse habetur, quod
soluens potest retinere pignus, si illud habet pe-
14 nes se; licet quando alijs tradidisset, non reuo-
caret; Quia tunc obligatio semel extincta non
15 reuiuiscit *Bal. in d. l. cum ex causa, & ibi Salic. nu. p. vers. quærit C. de remiss. pignor.*

Regulare etenim est, vt concedatur retentio, quan-
16 do illa res ad manus alicuius deuenit occasione
illius debiti, pro quo vult retinere *Bar. in l. si non sortem §. si non centum in fi. C. commod.*

Valde confert præterea etiam *tex. in l. si potiores C. de his, qui in prior. cred. locum success.* vbi debitor
habens duos creditores illis obligauit eamdem
rem, quam si postea vendidit, & ex prætio fuit
satisfactus primus creditor, emptor succedit in
17 locum primi creditoris, adeout, sicuti ille pote-
rat se tueri quoad alios posteriores, Ita etiam
hoc ius se defendendi dabitur emptori, vt inquit
Gratia. cit. cap. 269. num. 17. quidquid in contra-
rium dixerit Siluester Aldobr. *cit. cons. 7.* qui nititur probare, quod requiratur cessio creditoris
anterioris, iuxta *l. p. C. de his qui in prior. cred. locum success.* quia patentissima est dispositio *d. tex. in l. si potiores*, in tantum, vt superfluum sit
18 super illo hæsitare, vel illum supplere, cum in
nihilo deficiat, & idcirco nulla indiget supple-
tione, vt docet *Gratia. nu. 18. cum seq. plur.*

Quam conclusionem non solum procedere in ipso
soluente scribit *Gratia. loco rel. nu. 231.* sed etiam
19 in eius hærede, & in singulari successore; cum
ad eum transeat ius retentionis sine cessione,
quidquid aliud sit in actione *l. hoc iuditium §. Impendia vers. sed si is qui à me emerit ff. communi diuid. Roma, singul. 177 Tu scis, quod fatiens, Socin. cons. 158. nu. 28. lib. 2. Crau. cons. 148. num. p. & 2. Cephal. cons. 299. nu. 23. & Tiraquel. de retr. conuent. §. 7. glo. p. nu. 15.* siue simus in profanis, siue
20 in beneficialibus *Abb. in cap. de multa nu. 14. de præbendis, &ample tradit Surd. cons. 183. nu. 6. & Magon. Decis. Flor. 59. nu. 4.*

Quinimo, si a sua possessione cecidisset creditor
21 casu, vel culpa sua, posset ab occupatore illam
recuperare vigore retentionis, vt scribit *Bal. in l. fin. C. de prætor pign. & ibi Cyn. & Salic. & Bellapert. nu. p. ac probat Neguß. de pignor. membro p. par. 8. nu. 18. vers. & pro ea in fine*, vbi etiam in-
22 quit, quod hoc casu non requiritur excussio *Bal. in l. p. nu. 4. vers. sed ego quero C. de reu. his, quæ in fraud. cred.* Nam eodem imperio, quo immissus
fuit in possessionem, debet in ea conseruari *l. si*
23 *postquam ff. vt in posses. legatorum l. non erit & l. si quis missus ff. de iure iur.*

Eoq; magis ista retentio daretur possessori, quando
ipsemet creditor anterior emeret pignus sibi, &
24 alijs obligatum, ab eodem debitore; Erit enim
tutus à posterioribus creditoribus, cum non sit
sublatum vinculum pignoris, quasi videatur ab
25 illo discessisse, si irreuocabilis esset datio sibi à
debitore facta; Quia sua diligentia ei obesse non
26 debet *arg. l. si debitor ff. de separ. l. si prior C. qui potiores in pign. hab. & in specie declarat glo. in l. si à debitore 18. in verbo eum qui ff. eodem tit. & ibi Salic. nu. 2. vers. quero, & Butrigar.*

Potest tamen eo casu secundus creditor offerre
27 primo creditori ementi a suo debitore, & eum
conuenire hypotecaria, oblato debito, vt abun-
de diximus supra *in cap. 35. per totum lib. p. post Bal. in l. p. nu. p. vers. nota quod emens C. si antiq. cred.* vbi potestatem hanc datam esse secundo
creditori de ÆQVITATE probauimus *ex Salic. in d. l. p nu. 2 vers. vel tertio quem sequitur Gratia. all. cap. 269. nu. 32.*

Cessant tamen ea, quæ dicta sunt, si idem debitor
solueret priori creditori, etiam si soluisset ex pe-
28 cunijs emptoris rei obligatæ pluribus credito-
ribus; vt copiose tradit *Magon. Decis. Flor. 59. nu. 14.* cum diuersa militet ratio in debitore, &
emptore.

Prout cessarent etiam in hærede debitoris, qui in-
consulto adijsset, & debita hæreditaria solueret,
29 quia non nanci sceretur iura creditorum, &

prælationem, ita quod legatarios excluderet;
30 Præsumptione enim legis creditur illum soluisse de ære hæreditario, & sic fecisse illud, ad quod
31 tenebatur, non autem quod sic hæres voluerit, vt subijt Magon. *cit. decis.59.nu.13.& 14.*

SVMMARIA.

Hæres quilibet tenetur pro sua portione versus legatarios, non insolidum nu.1. & 2. Contrarium aliquando nu.4. & 5.

Alimentarius vigore legati non tenetur recipere alimenta in domo hæredis nu.3.

Quilibet ex hæredibus potest compelli à Iudice ad præstandum alimenta pro certo tempore legatario alius pro alio tempore nu. 6.

Incomodis legatarij obuiandum est nu. 7.

Quod alicui prodest, & alteri non nocet, de facili est prouidendum nu. 8.

Plures rei conuenti cogi possunt ad deputandum vnum deffensorem, non autem, si sint actores nu. 11.

Secus de rigore iuris nu.12.

Actor sua sponte Iuditium ingreditur nu. 13.

Plures, si sunt Domini, & minutos census a subditis exigunt, possunt illi cogi ad eligendum vnum exactorem, qui pro omnibus exigat nu. 9. Limitatur, si per se Domini non vellent exigere censum nu. 10.

Creditor non potest partem debiti petere, sed totum, si ita placeat debitori, ne pluribus litibus fatigetur num. 14.

Alimenta à Patre consequitur filius, si cum patre rationabili de causa habitare nequit nu. 15. & etiam pro vxore, si pater habet dotem, vel ea est indotata num. 16.

Vxor effecta vidua, si est indotata, ali debet per socerum nu.17.

Alimenta præstare debet pater filio banno to, & adoptiuo, atque spurio vsque ad necessitatem tantum, non ad decentiam nu. 18.

Ex pluribus obligatis ad omnia alimenta alicui præstanda vnus à Iudice compelli potest, qui solus alimentet, vel persoluat, cæteris contribuentibus.

CAP. CCXXI.



I plures sint hæredes illius, qui Titio alimenta legauit, considerant Doctores, an vnusquisq; ex hæredibus pro eius portione hæreditaria alimentare teneatur legatarium, qui idcirco modo pænes vnum, modo pænes alium ex hæredibus alimenta consequeretur; An verò Iudex vnum ex hæredibus deputare debeat, qui alimenta præstet, cæteris contribuentibus.

Et ad solam portionem quem ex hæredibus com-
1 pelli posse suadet *tex. in l.2.C.de hæred. act. & in l.4. §. Caso ff. de verb. obligat.* vbi habetur hæredem teneri tantum pro rata hereditariæ portionis, vt dictum fuit supra in *cap.* 209. De directo igitur statueret contra legem Iudex, si vnum ex
2 hæredibus ad alimentandum legatarium cogeret, cæteris contribuentibus pro rata, prout neque cogitur alimentarius recipere alimenta in domo, nisi aliud dispositum sit a testatore, vt late
3 tradit *Surd. de alim. tit.4. qu. 14. quem sequitur Costa remed. subsid.93.nu.16.*

Tamen de ÆQVITATE contrarium verius est, vt scilicet per Iudicem cogatur vnus ex hæredi-
4 bus ad præstandum alimenta legatario, cæteris cohæredibus cõcurrentibus pro rata *tex. in l. 3. §.p.ff.de alim. legatis*, siue alimẽta præstanda sint actione ex stipulatu, vel ex testamento, vel pre-
5 scriptis verbis, aut Iudicis offitio *Misinger. obseru. 63. centuria prima, & probat Costa tr. de ratione rata qu.215.nu.p* Idem comprobat *Surd. tr. de alim. tit.3.qu.9.nu.22.per l. solent ff. de alim. & cibar. lega.* Vbi etiam subijcit posse Iudicem prouidere, vt pluribus existentibus hæredibus
6 vnus præstet alimenta pro certo tempore, alter verò pro alio tempore.

Hoc pacto etenim euitantur incommoda resultantia ex particulari exactione, quibus hac planissima via occuritur, neq; alicui ex hæredibus
7 iniuria fit *l. plane ff. famil. ercisc.* iuxta regulam, quod concedi de facili debet id, quod alicui pro-
8 dest, neq; alio nocet, de qua in *l.2.§ item varus ff. de aqua pluu. arcenda Crau. cons. 188 nu.5.*

Hinc tradunt scribentes, quod si plures condomini recepturi sunt à suis subditis in vno pago, vel vico, minutos census, De ÆQVITATE debent
9 in vnum conuenire, qui pro omnibus exigat ad subditorum vexationem rediruendam, quam secum trahunt diuersæ particulares solutiones,
10 vt post alios probat *Thesaur. Inu. qu. famil. 19. lib.p.* vbi conclusionem limitat, quando Domini vellent per se exigere, quo casu non tenerentur deputare exactorem ex *Castrens. in l. ita tamen §. si tamen plures ff. Iudicatum* solui tibi habetur, quod quamuis plures non teneantur deputare vnum defensorem, non tamen idem est in pluri-
11 bus actoribus, qui possunt plures procuratores constituere.

Aliter enim dicendum est de rigore iuris, quia eo
12 inspecto non possunt compelli plures actores concordare in vnum, vt dictum fuit; Sed quidem plures rei tenentur deputare vnum deffensorem, quando eadem esset causa deffensionis; Sua sponte etenim illi, idest actores, iuditium in-
13 grediuntur, hi coactè, & propterea non expedit in plures aduersarios vnam causam distingui *l. ne in plures ff. de exercit. action. & probat Costa citata qu. 215. in fi.*

Quemadmodùm vnus creditor non potest partem
14 debiti petere, sed tenetur totum petere, si reus hoc velit, ne grauetur pluribus litibus *Alex. & alij in l. cum quadam puella §. fin. ff. de Iurisd. omn. Iud. vbi Cagnol. nu. 4. quot sequitur Thesaur. Inu. cit. qu.19.nu.3.lib.p.*

Cæte-

Cæterum si filius, etiam in potestate, probabili ex
15 causa habitare non potest cum patre, alimenta
ab eo consequitur extra domum, etiam pro
vxore, si pater habet dotem nurus penes se, vel
16 ea sit indotata, vt probat *Surd. de alim. tit. 7. qu. 27. nu. p. cum seq. & nu. 24. post Bar. in tr. de alim. nu. 10. Bal. Nouel. tr. de dote par. 7. princip. priuil. 74. Franch. Decis. 336 par. 2. & idem Surd. de alim. tit. p. qu. 38. quos sequitur Costa Remed. subsid. 106. nu. 3.*

Et etiam effecta vidua consequitur vxor alimenta
17 à socero, si indotata est, vel inops, Aut dos remanet pænes socerum. Ita tradit *Celler. de alim. lib. p. cap. 12. nu. 24. & sequitur Costa citato remed. subsid. 106. nu. 3. in fine, qui seq nu. 4. scribit* ali-
18 menta præstare teneri patrem filio bannito, &
adoptiuo, atq; spurio, vsq; ad necessitatem tantum, non ad decentiam, vt post *Bal. & Alex. docet Sard. tit. p. qu. p. cum seq. & tradit Benitend. Decis. 22. Franch. Decis. 283. par. 2. Corduba in l. si quis a liberis ff. de liber. agnosc. & diximus nos supra in cap 74. nu. 19. cum seq. plur. lib. p.* vbi materiam hanc alimentorum dilucidauimus.

S V M M A R I A.

Possessionem rei negans illam amittit, si habeat nu. p.

Debitor negans debitum amittit facultatem dandi bona in solutum nu. 2. & dilationem ad soluendum num. 4.

Mendaces sunt odio iuribus nu. 3.

Negans debitum, quod postea fuit probatum, amittit beneficium compensationis nu. 5.

Negans debitum, si illud postea fatetur, ante aliam probationem admittitur ad iuris priuilegia nu. 6.

Negans debitum admittitur ad probandum illius solutionem nu. 7.

Compensationis exceptio non admittitur contra repetentem in debitum nu. 8.

Compensatio non datur à liquido ad illiquidum nu. 9.

Compensationis exceptio requirens altiorem indaginem reicitur nu. 10.

Liquidum tripliciter accipitur nu. 11.

Limitatur, si illiquidum potest breui liquidari nu. 12.

Liquidum illud etiam dicitur, si per testes, vel alias probationes de eo constat nu. 13.

Compensatio non habet locum, si vtrumque creditum est liquidum, sed non æquè liquidum nu. 14.

Vt si de altero ex publico instrumento apparet, de altero ex Chirografo adhuc non recognito nu. 15.

Compensatio æquiparatur solutioni quoad liberationem nu. 16.

Compensatio non æquiparatur quoad effectum constituendi quem in quasi possessione exigendi nu. 17.

Compensatio non inducit præsumptionem, quod fuerit solutum pro retroacto tempore, nu. 18.

Compensatio locum non habet, vbi requiritur vera solutio nu. 19.

Compensatio non habet locum in tributis, & depositis num. 20.

Compensatio in causam dotis intelligitur quoad vsuras recompensatiuas onerum matrimonij, non quoad capitale dotis num. 22. Depositum fungitur vice solutionis nu. 21.

Compensatio admittitur in his tantum, quæ inter se functionem ipsam recipiant nu. 23.

Compensatio non fit de spetie ad alteram spetiem num. 24.

Compensatio admittitur de quantitate ad quantitatem nu. 25.

Compensatio non admittitur de vna quantitate diuersi generis, ad alteram diuersi generis nu. 26.

Aliud pro alio solui non potest, inuito creditore, nu. 27.

Perempta spetie, pro qua debetur quantitas, admittitur compensatio cum quantitate, quia de ea iudicatur, sicut de quantitate nu. 28.

Compensatio admittitur in debito naturali tantum num. 29.

Compensatio non admittitur in debito ciuili tantum, & debito ciuili, & naturali non producente efficacem actionem nu. 30.

Compensatio proponi debet post publicatas attestationes, & post sententiam nu. 31.

Debitor negans debitum non gaudet benefitio compensationis, licet admittatur ad probandum solutionem, & sic compenset per indirectum.

CAP. CCXXII.



Egans debitum, vel possessionem, diuersimodè punitur ob mendacium, quia negata possessione rei, quam vere possidebat, amittit possessionem, & aduersans petere potest se in eam
1 actor immitti, siue (vt aiunt) associari, esto
quod negans ammittat omne ius, quod in re habet *scrib. in l. fin. ff. de rei vendicat. Ias. in §. omnium nu. 91. cum seq. Inst de action. Angel. in d. l. fin. ff. de rei vendicat. Thesaur. Decis. 50. nu. 2. & 4. Beccius cons. 64. Cuchus tr. de mentien. circa possess. Contard. ad l. vnicam qu. 14. C. si de monent. possess. Bertazol. cons. crim. 470. cum seq. lib. 2. Quos sequitur Costa tr. de facti scient. & ignor. distinct. 25.*

Debitum verò negans amittit benefitium, siue fa-
2 cultatem dandi bona in solutum, quia passim
iura odio habent mendaces, & illis denegantur
3 beneficia alias concessa *l. de ætate §. si eum esset ff. de interog. act. Ias. in l. quod te nu. 30. ff. si certum pet. & in l. p. num. 11. C. de transact.* siue dilatio
4 ad soluendum debitum *Ias. in l. sed hoc ita §. quid autem nu. 3. cum seq ff. de re iud.* & ample probat
Alba cons. 162. nu. 11. cum seq. plur.

Prout huiusmodi debitor negans debitum, si illud
fuit postea probatum, non potest opponere
compensationem, vt tradit Guliel. de Ludo *sin-*
5 *gul. 96. per l. nemo ex his ff. de regul. iur. & l. fin. de*
compens. vbi limitat conclusionem, si post factam
6 negatiuam, idem debitor fateretur debitum,

H 2 absq;

absq; alia probatione actoris, quia tunc vti potest compensatione, vt testatur *Lupus d. singul. 96. par. p. singul. diuersorum.*
De ÆQVITATE tamen admittitur huiusmodi
7 debitor negans ad probandum solutionem debiti, & sic ad compensationem obtinendam, *Bal. & Castrens. in Auth. contra qui propria C. de non num. pec. & probat Costa d. portione rata qu. 61 nu. 11.*
Et si *Dinus in cap. nullus nu. 6. de reg. iur. in 6.* dissentiat, neq; contra repetentem indebitum admit-
8 tatur exceptio compensationis *Bar. in l. cum quis nu. 19. C. de iuris & facti ignor.* Prout neq, illiqui-
9 dum cum liquido compensatur *l. fin. C. de compens.*
Idem, si exceptio compensationis requireret altiorem indaginem pro arbitrio Iudicis bene regu-
10 lato *Roma. cons. 76. nu. 2. Rota Decis. 627. in fi. par. p. in nouiss.* Intelligendo liquidum tripliciter, vel
11 ex confessione aduersarij, vel ex genere quæstionis, vel ex celeritate probationis *Donel in l. fin. C. de compensat. Fabius de Anna cons. 62. nu. 5.* vbi limitat conclusionem, quando illiquidum
12 esset breui liquidandum ex *Vinc. de Anna eius patre All. g. 80 nu. 3. lib. 2. hoc idem docet Alex. Trentacinq. lib. 3. var. resol. tit. de compensat. resol. p. nu. 21. vbi nu. 22.* etiam declarat illud intelligi
13 liquidum, si per testes, vel alias probationes de eo constat, secus, si per confessionem partis iuxta *tex. cum glo. in l. fin. C. de compensationibus*, vbi exemplum tradit de eo, qui petijt Titio decem, Titiusque fatetur debitum, sed petit alia decem actori, tunc liquidum non retardari concludit, donec facta sit probatio per Titium eiusdem crediti.
Prout compensatio neq; etiam admittitur, quando
14 vtrumq; creditum liquidum est, sed non æque liquidum; veluti quando de credito apparet ex publico Instrumento, & aliud contineretur in simplici chirographo adhuc non recognito, vel
15 in libris rationum, vt probat *Ioseph Ludou. Decis. Perus. 15. nu. 6. par. p. Cephal. cons. 47. Pedroch. cons. 28. nu. 12.*
Licet autem compensatio æquiparetur solutioni
16 quoad liberationem *l. constat §. de compensat. Tindarus de compens. art. 3. nu. 7.*
Non tamen equiparatur quoad effectum consti-
17 tuendi quem in quasi possessionem exigendi, *Rota Rom. Decis. 389 nu. 2. par. p. in nouiss.* sicuti, neque quoad inducendum præsumptionem, quod retro pro antecedentibus annis fuerit sa-
18 tisfactum creditori, qui est effectus atributus solutioni trium annorum vltimorum, sine reseruatione fauore obligatorum ad annuas præstationes, vt in liuellarijs, conductoribus, in oneribus realibus, & huiusmodi *l. quicunq. C. de apochis publ. lib. 11. Gabriel commun. conclusione tit. de præsumptione conclusione 11. Marsil. singul. 108.*
Quia compensatio locum non habet, vbi requiri-
19 tur vera solutio *Franc. Marcb Decis. 648.* quemadmodum disponit *d. l. quicunq; §. de apochis publ. lib. 11.* non habet locum in Tributis, & de-
20 positis, etiamsi depositum fungi soleat offitio so-
21 lutionis, vt inquit *Crau. cons. 313. quem sequitur Costa cit. qu. 61. in fine*; quo loci etiam tradit, quod compensatio in causam dotis intelligi debet quoad vsuras recompensatiuas onerum ma-
22 trimonij, non quoad capitale dotis secundum ÆQVIOREM sententiam *Romani, & Alex. in l. rei Iudic. §. p. ff. sol. matr. idem Alex. cons. 74. lib. 5. & Affl. Decis. 121.*
Præterea compensatio admittitur in his tantum,
23 quæ inter se functionem recipiunt, sicuti sunt ea, quæ in pondere, numero, & mensura consistunt *l. 2. §. mutui datio ff. si certum pet. & Instit. quibus mod. re contrab. obl. §. post princip.* Idcirco fieri nequit compensatio de spetie debita ad alteram spetiem, neq; de spetie ad quantitatem,
24 vel è contra *l. si conuenerit vt nomen ff. de pignor. act. & l. si non sortem §. si centum ff. de condit. indeb. atq; l. ex pecunia C. de rei vendic.* quamuis de quantitate ad quantitatem optime fiat compen-
25 satio *l. si constat C. de compens. & late probat Alex. Trentacinq. lib. 3. var. resol. tit. de compens. resol. p. nu. p.* vbi conclusionis rationem affert.
Non etiam admittitur compensatio de vna quan-
26 titate diuersi generis ad alteram; vel de diuerso genere ad aliud diuersum genus, *vt si Titius* deberet Seio frumentum, & Seius deberet Titio vinum, Ita declarat Trentacinq. loco relato, ea ratione, quod tunc contradiceret compensatio regulæ, quæ vult aliud pro alio solui non
27 posse inuito creditore *d. l. 2. §. mutui datis ff. si cert. pet.* & ita tenent omnes Doctores *in l. diuortio §. ob donationes ff. sol. matrim.*
Perempta autem specie, pro qua debetur quanti-
28 tas, non admittitur compensatio cum quantitate, quia de ea iudicatur, sicut de quantitate *glo. & Doct. in l. diuortio §. ob donationes ff. sol. matr. quos seq. Trentacinq. loco relato vers. In prima conclus.*
Distinguunt etiam scribentes inter debitum naturale tantum, in quo admittitur compensatio
29 *l. etiam ff. de compensat. vbi glo. Bar. & cæteri*, & inter debitum ciuile tantum, ac debitum ciuile, & naturale, non producens efficacem actionem, in quibus compensatio non admittitur, de qua
30 re amplissime *Trentacinq. cit. resol. p. per totum*, ad quem remittitur lector; Cum latissimè hanc materiam examinet, & distinguendo, omnes obices tollat; at solum hoc vnum subijcitur, quod compensatio proponi debet post publica-
31 tas attestationes, & post sententiam, vt inquit *Trentacinq. loco rel. nu. 25.*

SVMMARIA.

Pater diues post patris obitum tenetur dotare sororem pauperem nu. 1. idem procedit, si soror habet aliqua bona, sed tenuia nu. 3. & 18.
Alimenta subministrari debent patri per filium diuitem, & è contra nu. 2.
Frater diues tenetur dotare sororem, etiam a patre exhæredatam

haeredatam nu. 4. etiam ex fructibus feudi nu. 6.

Ius sanguinis tolli non potest nu. 5.

Feudum dari potest in dotem, si consentiat Dominus num. 7.

Frater alimentare debet fratrem a Patre exhaeredatum nu. 8.

Sororem vterinam dotare non tenetur frater diues, etiamsi illa sit pauper nu. 10.

Soror vterina non succedit fratri, nisi deficientibus fratribus, & sororibus vtrinque coniunctis nu. 9.

Frater vterinus non tenetur alimentare sororem vterinam pauperem num. 10. Contraria verius num. 15. 17.

Dos succedit loco alimentorum nu. 11.

Frater non tenetur dotare nepotem ex fratre nu. 12.

Fingere est proprium legis, non hominis nu. 13.

Nepti ex filio debetur dos, & alimenta nu. 14.

Facilius quis tenetur ad alimenta, quam ad dotem num. 16.

Alimentorum appellatione quae veniant nu. 19.

Argumentum de dote ad alimenta procedit affirmatiue nu. 20.

Argumentum ab alimentis ad dotem non valet num. 21.

Soror diues tenetur alere sororem pauperem, num. 22. Quod procedit, etiamsi soror omnia bona dedisset in dotem viro, quia reuocatur datio tanquam facta in fraudem legis nu. 23.

Transitus facilimè fit in habentibus simbolum nu. 24.

Fratris appellatione continetur soror etiam in materia statutaria nu. 25. In fauorabilibus, non in odiosis num. 26.

Soror vterina matrimonio collocata non alimentatur a fratre vterino nu. 27. & 29.

Pater non tenetur dotare filiam matrimonio copulatam nu. 28.

Soror non dotatur ex bonis fideicommisso transuersali suppositis nu. 30.

Frater vterinus, qui sororem vterinam semel dotasset, non tenetur vlterius illam dotare, si dotem amisisset nu. 31.

Differentia inter onus dotandi sororem in subsidium, & onus dotandi simpliciter nu. 32.

Dos sorori data non reuertitur ad fratrem, nisi stipulatione nu. 33.

Soror, etiam vterina, pauper alimentari debet à Fratre vterino diuite.
CAP. CCXXIII.

1 QVod frater diues teneatur post patris obitum dotare in subsidium sororem pauperem, cum apparatu etiam nuptiali quoad iocalia, vestes, & alia fieri consueta, docet *glo. in l. cum plures §. cum tutor ff. de administr. tut. & in l. non omni vbi Bal. & Salic. C. eodem tit. & tradit Alex. in l. p. nu. 23. vbi Ias. nu. 29. & Ripa nu. 83. ff. sol. matrim. Abbas cons. 12. lib. p. Affl. Decis. 39. Boer. Decis. 129.* & ex modernis probat *Thesaur. Decis. 192. Vinc. de Franch. Decis. 23. 73. & 87. Surd. de alim. tit. p. qu. 25. Mascard. de probat. conclus. 813. nu. 5. Honded. cons. 18. nu. 32. lib. p. & cons. 79. num. 11. lib. 2.* cum alijs adductis per *Caroc. Decis. 16. nu. 5.* vbi duas affert conclusionis rationes, nimirum quia frater, & quia haeres.

Idem obseruatur in iure alendi siue filium, siue patrem, aut nepotes, quod transit ad haeredes
2 in subsidium, excussione primo praemissa *l. si quis à liber. §. item rescriptum, & ibi Corduba nu. 94. ff. de liber. agnosc. Gabriel cons. 25. nu. 18. & 19. lib. p. & Surd. de alim. d. tit. p. qu. 23. & 24. ac 105.*

Et vbi soror habeat aliqua bona, sed insufficientia,
3 Adhuc frater tenetur de suo supplere ad congruam vsq; dotem, iuxta honestatem, & qualitatem personarum *arg. l. nepos proculo ff. de verb. signif. Thesaur. cit. Decis. 192. num. 7. & Caroc. all. Decis. 16. nu. 6.* Etiamsi a patre fuisset exhaereda-
4 ta (quod magis est,) quoniam adhuc iure san-
5 guinis, quod tolli non potest *l. iura sanguinis ff. de reg. iur.* tenentur ad eam pro dignitate dotandam *Bal. nouel. tr. de dote par. 2. priuil. 16. Mar-*
6 *chesel. qu. 184. num. 2.* Etiam ex fructibus bonorum Feudalium, si feudum est antiquum minime haereditarium. Quippe accedente consensu Do-
7 mini Feudum ipsum dare potest in dotem sorori, dummodo non sit caput Baroniae, Sola *ad antiq; decreta Sabaud. tit. de feud. glo. p. secunda partis nu. 11. & 12. Clar. in §. Feudum qu. 36. & Rosental. de feud. cap. 7. conclus. 47. lit. E,* & in primogenito loquitur *Surd. d. tit. p. qu. 27.* de qua Marra ample *Menoch cons. 1018. nu. 13.*

Exhaeredato namq; filio debentur alimenta à fra-
8 tre, etiamsi pater id prohibuisset sub paena; tantae est potentiae sanguinis coniunctio, vt probat *Bal. cons. 103. lib. 5. Surd. de alim. d. tit. p. qu. 25. nu. 2. Alba cons. 122. lib. p. & Boer. Decis. 129. nu. 8.*

An vero onus hoc alendi sororem habeat locum in sorore vterina, variant scribentes; Namq; sicuti
9 non admittitur soror vterina ad successionem fratris vterini, nisi defficientibus fratribus, & sororibus vtriq; coniunctis *Auth. cessante C. de legit. hered. vbi scrib. omnes, & latè probat Port. Imol. cons. 10. nu. 5. & seq. Menoch. cons. 314. num. 33.* & quemadmodum frater consanguineus, idest vterinus, non tenetur dotare sororem
10 vterinam, neq; etiam in subsidium *cit. l. cum plures §. cum tutor ff. de administr. tut. & probat Honded. cons. p. nu. 11. lib. 2. post Paulum de Montepico cons. 85. nu. 74. & scribit Vincent. de Franch. Decis. 26. nu. 6.* Ita neq; etiam ad alimentorum subministrationem teneri Fratrem versus sororem vterinam dicendum est, cum dos succedat loco alimentorum, & legitimae *Baldus nouel. tr. de*
11 *dote par. 6. priuil. 17. col. 4. vers. expeditur Menoch. cons. 8. nu. 8. cons. 3. nu. 13. cons. 251. num. 11. cons. 314. nu. 33. cons. 944. nu. 58. & cons. 1004. nu. 33.*

Quae conclusio confirmatur per eam rationem, quod sicuti dos non constituitur etiam in subsidium nepti ex fratre, cum hoc iure non cauea-
12 tur, nec nostrum sit extendere legis dispositionem circa repraesentationem personae, quia

effet

13 esset fingere, quod solius legis proprium est,
Alex & Angel.in l.p.ff.sol.matr.Surd.de alim.tit.
p.qu.28.nu.5.& 6. qui reicit contrariam opinio-
nem *Afflict. Decis.271.nu.3.* fundatã in auctori-
tate *Baldi in l.p nu.7.ff sol.matr.* quamuis *Bal.* lo-
quatur in nepte ex filio, non in nepte ex fratre.
Illi enim, & dos, & alimenta debentur pro va-
14 rietate temporum; huic vero dos nequaquam
debetur.
De ÆQVITATE tamen debentur alimenta so-
rori per fratrem vterinum in subsidium; quia
15 mitius agitur in alimentorum præstatione,
16 quam in dote *l.qui filium vbi Bartol.ff.vbi Pupil.*
educari deb. & ample probat Surd. de Alim.tit.p.
qu.25.nu.17.& qu.28.nu 10. Boz.Decis.130.nu.
87 & seq Costa remed subsid.66.num. 4. vers.quo
ver ad alimenta, vbi concludit fratrem vteri-
17 num teneri alimenta præstare sorori vterinæ;
quamuis ad dotandam eam minime teneatur
18 frater vterinus *per l. cum plures de administr. tut.*
tex. etiam in l. qui filium vbi Bar. & cæteri ff. vbi
pupil.educ.deb.Hon ed conf.p.nu. 11.lib.2.Paulus
de Monte pico conf.85. nu.74.
Quorum alimentorum appellatione venire ciba-
19 ria, vestes, habitationem, medicinas, calceamen-
ta, expensas studij, & omnia alia, quæ ad vi-
ctum hominis sunt necessaria *l. legatis ff. de alim.*
legatis, & post alios tradit Rol.conf. 22 num.p.cum
seq. lib. p. & Trent cinq. lib. var. resol. tit. de ali-
mentis resol.p.nu.27.
Argumentum autem de dote ad alimenta proce-
20 dit affirmatiue, idest, si dotanda est, ergo &
alenda, Atqui negatiue inefficax, & inane est
argumentum; idest, non est dotanda, ergo neq;
alenda, sicuti ab alimentis ad dotem non valet
21 argumentum affirmatiue, vt ample probat
Surd dicto tit.p.qu. 28.& 66 nu.5.
Quam conclusionem locum etiam habere in foro-
22 re diuite erga sororem pauperem probat idem
Costa loco relato *nu.6.* cum eadem militet ratio,
siue dispositio legis in sorore, sicuti in fratre;
etiamsi soror dedisset in dotem omnia bona
23 viro, (quod magis est) quia eo casu reuocare-
tur tamquam facta in fraudem legis, vt perpen-
dit *Osasc Decis. 107.num.7.* tum quia facilius fit
24 transitus in habentibus simbolum *vulg. l. huma-*
nitatis C.de Impub.& alijs subst. tum quia fratris
appellatione continetur soror, etiam in mate-
25 ria statutaria, vt determinat *Bal. conf. 47.lib.5.*
Parij.conf. 22.num. 20 lib. 3. Alex.conf.45.lib.7.
Mazol.conf. 8.nu. 50.& seq & conf.9. nu.10. qua-
26 muis in odiosis aliud esse scribat *Dec. conf. 230.in*
fine, quam sententiam comprobat *Costa loco re-*
lato nu. 6.
Ab hoc vero onere alendi sororem vterinam
27 excusatur Frater Vterinus, quando soror iam
nupta ex se reperiretur etiam digno; quia si ab
28 huiusmodi dotatione excusatur pater *scrib. in l.*
obligamus §.legem ff.de act.& oblig. concurrenti-
bus qualitatibus, de quibus supra, longè minus
obligari potest frater ad alimentandum soro-
rem iam maritatam, vt probat in terminis *So-*
cin.conf.17.num. 10.lib. p. quem sequitur Costa tit.
29 *remed. subsid. 66. num. 7.* & si in patre multi alij
contrarium tenent sententiam; tamen in fratre
locum habere firmatam conclusionem subijcit
Socin. loco relato vers. & licet multi.
Prout non dotari sororem de bonis fideicommissi
30 transuersalis probat *Menoch.conf. 882.num.89.*
quem sequitur Costa all.remed. 66.nu. 10.
Et eo minus teneretur frater vterinus iterum do-
31 tare sororem vterinam, si semel illam dotasset,
mox ea consumpta culpabiliter, vel sine culpa
fuisset, cum semel satisfecerit obligationi suæ,
vt inquit *Ias.in §. fuerat nu. 136. Instit. de action-*
bus. In quo dotandi onere in subsidium imposi-
32 to fratri differentia est a dotandi onere simpli-
citer, ad quod tenetur pater respectiuè, & frater
vtrique coniunctis erga filiam, & sororem, vel
quæ dotem semel habitam dissipauit soror, vt
probat *Costa rel.remed. 66.nu.8. & diximus supra*
pleno cap. 137. lib. 2. quibus additur *Menoch.*
conf. 873.
Sicut è contra dos neq; reuertitur ad fratrem, nisi
33 ex vi præambulæ stipulationis, & absque stipu-
latione reuertitur ad patrem ex consuetudine
Martin l.do: à patre C.sol matr. Vincent. de Fran-
ch.Decis. 196.par.p. Et respondi super. anno pro
D.March. Ambrosio Abdua contra D. Comitis-
sa n Filibertam eius ex filia neptem, cuius fun-
damenta infra inserere placuit, dum multa vti-
lia ad materiam scrutinatur.

SVMMARIA.

Vxor renuntians hypotecæ, quam habebat super bonis viri pro eius dotibus, vt illa vendat, sibi præiudicat nu.p etiam si minor esset mulier.nu.2.& 3.
Contrarium ob læsionem enormissimam verum nu. 7.
Culpa. & pæna teneri eos auctoret nu. 4. Promissio iurata mulieris sibi, non alio nocere debet nu. 5.
Prouerbium. quod quis illaqueatus est verbis oris proprij nu. 6.
Damnum ob consensum vxoris in alienatione bonorum mariti diuiditur inter ipsam, & emptorem nu. 8.
Vxor, si penitus indotata remaneret, irritat eius promissi. secus si dotis dimidium sibi remanet nu.9. secus si dimidia dotis pars remanet nu. 13.
Ob publicam vtilitatem contractus vxoris non firmatur iuramento nu. 10.
Iuramentum non tollit enormissimam læsionem nu. 11. sententia Rotæ in ea materia nu. 12.
Contractus vxoris facti cum dispensatione Senatus sustinetur nu 14.
Senatus dispensat vxorem se obligare pro marito cum cognitione causæ, & consensu, si agitur de vltimo pignore nu. 15.
Vxor obligatur pro excarceratione mariti, quia egerè dicitur, quod quilibet prudens vir fecisset nu 16.
Non iudicatur vxor obligata pro mariti excarceratione ex restitutione in integrum nu.17.
Mulier recipiens satisfactionem dotis tenetur cedere iura sua nu.18.
Vxor valdè obligatur pro marito, etiam ad auitandam

dam carcerationem viri num. 19.

Maritus ipse potest obligare bona vxoris pro se redimendo à carcere, vel ad eam euitandam nu. 20.

Vxoris dedecus est carceratio viri nu. 21.

Vxor graui reprehensione digna est, si dotis partem obligare, aut alienare recusat, vt virum à personali molestia eximat nu. 23.

De causa necessaria agitur, si tractatur de obligatione vxoris pro liberatione viri nu. 22. maximè nobilis, nu. 24. & 25.

Mulier, quæ affirmauit cum iuramento talem esse eius proximum, siue non, non auditur, si contrarium velit probare nu. 26.

Ex dolo, siue culpa propria quis commodum sentire non debet nu. 27.

Minor, se maiorem esse qui iurauit, non auditur, si contrarium probare velit nu. 28.

Mulier affirmans cum iuramento se non habere agnatos, neque cognatos, non admittitur postea ad contrariā probationem nu. 29. idem, si affirmat non habere maritum nu. 31. & 33. si tamen id ignorauit is, cum quo contraxit, nu. 32.

Decisio Senatus in ea materia nu. 30. Io. Bragherij Senatoris mentio nu. 30.

Facilitas mulieris ad iurandum, sicut ad promittendum, locum non habet, quando mulier fuit certiorata, & consulto contraxit num. 34. eique incumbit probare, quod non fuit certiorata, nu. 35.

Renuntiatio mulieris non releuat, si consensus fuit meticulosus nu. 36.

Vxoris renuntiatio suspecta dicitur ob metum reuerentialem nu. 37.

Tria requiruntur, vt mulieris contractus sit inualidus nu. 38. 41. & 43.

Metus probari debet ab allegante nu. 38. & 39.

Testes duo singulares probant metum nu. 39.

Præsentia Iudicis, vel proximorum, excludit metum num. 40.

Metus reuerentialis sæpè non sufficit ad contractum scindendam nu. 42. & 46.

Metus purgatur ex silentio 30. annorum nu. 43. nisi similiter vixerit persona, quæ metum intulit, num. 44. & 45.


In donationibus factis maritis lenior metus probatio requiritur nu. 46. 47. & 48.

Metus reuerentialis quando præsumatur n. 49. & 51.

Metus vxoris præiudicat tantum contrahenti scienti, non ignoranti nu. 52. idem in renuntiatione nu. 53.

Vxor læsa non dicitur in contractu, si dimidiam dotis adhuc retinet nu. 54.

Iuramentum validat contractum, etiamsi forma non fuerit seruata nu. 55.



Mulieri erranti in facto proprio subuenitur ob sexus fragilitatem ad damnum euitandum, & ob enormissimam læsionem.

CAP. CCXXIV.



Votidiè videmus mulieres se obligaro pro viris, vel in alienationibus per virum factis renontiare cum iuramento, hipotecæ, quam habebat super bonis viri pro eius dotibus constituendo se posteriorem, asserendo se satis cautam esse in alijs mariti bonis. Quæritur an sibi præiudicet vxor quoad obligationem alienatorum bonorum, Ita vt non possit postea huiusmodi emptorem molestare; etiam si tot bona viri nō supersint, ex quibus dos integra sibi remaneat.

Et sibi præiudicare respectu emptoris, non autem
1 quoad maritum, determinat *Roma. cons. 187. & sequitur Boer. Decis. 23. nu. 9. Honded. cons. 45 nu. 31. lib. p. & Seraf. de Priuileg. iur. Priuil. 76. num. 12.* quam sententiam locum habere etiam in muliere minori, si cum iuramento renontiauit
2 quoad bona distracta, etiam si alia viri bona non supersint, & non obstante absolutione à iuramento obtenta ad effectum agendi, & excipiendi, probat *Cran. cons. 613. nu. 32. & post eum Morot. cons. 87. nu. 8.*

Neq; etiam in subsidium audiri mulierem conque-
3 rentem de huiusmodi renontiatione probat *Vincent. de Franchis Decis. 84.* Ne hoc pacto ex mulieris culpa damnum sentiat emptor, quod non est dicendum, qui sine mulieris renontiatione minime contraxisset, neq; prædium emisset, & sic contra regulam, quod cul-
4 pa, & pæna tenere debet suos auctores *l. si merces §. culpæ ff. locati Facbin. lib. 5. contr. viris cap. 95. circa medium*, aliter proximum illaquearet mulier, cum magis iustum sit, vt noceat mulieri iuranti, quam quod non reddat tutum contra-
5 hentem *cap. ex rescripto de iure iur. Bar. & Bal. in l. si quis pro eo ff. de fideiuss. Curr. Sen. cons. p. nu. 4.* Vnde habetur in Prouerbis 2. fili spopondisti,
6 illaqueatus verbis oris tui.

Tamen De ÆQVITATE subuenitur mulieri erranti in facto proprio, alioquin excusabili, ratione damni euitandi, & ob læsionem enormis-
7 simam *l. 2. & l. error ff. de iuris, & facti ignorantia & scribit Alba cons. 752. Honded. cit. cons. 45. nu. 32. Cephal. cons. 655. nu 6. & expresse probat Costa remed. subsid. 85. sub nu. 5. vers. Placuit tamen.*

Alij vero statuerunt, vt damnum diuidatur inter
8 vxorem, & aquisitorem bonorum obnoxiorum, ne mulier prorsus indotata remaneat, vt probat *Thesaur. Decis. 223. sub nu. 13. vers. verum cum à tali, & Seraf. citatu priuil. 76. nu. 12.*

Verum, cum in facto consultus fuissem, Respon

di

di superioribus annis distinguendum esse, vide-
licet, aut mulier penitus indotata remaneret,
9 aut dotis medietas saltem sibi superesset; Pri-
mo enim casu omnino succurrendum esse mulie-
ris fragilitati, & errori existimaui, ne mendica-
re cogeretur, Et quia tractatur de obligatione
contra publicam vtilitatem suscepta, quo casu
contractus non firmatur iuramento, vt probat
10 *Abbas in cons. 8, nu. 6. lib. 2. & Lupus in rubr de*
donat. inter virum. & vxorem §. 17. nu. 16. vers.
Intellige tamen prædicta, & propter enormissi-
11 mam læsionem non releuat iuramentum, vt
inquit *Parif. cons. 75. nu. 18. & 19. lib. 3. Socin. Iun.*
cons. 47. nu. 12. lib. 4. Ceual. qu. 727. nu. 8. & 26. Et
ita iudicasse Rotam annullando fideiussionem
12 factam per vxorem, testatur *Thesaur. Decis. 223.*
nu. 13. vers. Senatus post multos.

Secundo autem casu obaudiendam esse mulie-
13 rem putaui; quia adhuc dotis dimidiam par-
tem obtinebat, & sic indotata minime remane-
bat, iuxta conclusionem *Ceual. d qu. 727. 30. &*
31. quem seq Gratia. cap. 108. nu. 13.

Præterea si mulier ad renonciationem hypotecæ
deuenit, siue ad alienationem fundi dotalis, vel
14 ad eiusdem obligationem pro marito, acceden-
te dispensatione Excellentissimi Senatus, qui di-
spensare solet cum cognitione causæ, & vbi
agatur de vltimo pignore, adhibeatur consen-
15 sus propinquorum, vt testatur *Costa cit. remed.*
subsid. 85. nu. 6. & quotidie experientia docet;
Tunc contra factum proprium non posset deue-
nire vxor, præsertim si pietatis offitium pro ma-
rito excarcerando, siue ad euitandam illius ex-
carcerationem, se obligasset, vel hypotecæ re-
nontiasset, quo casu id fecisset, ad quod erat ob-
ligata, & quod quilibet prudens vir etiam exer-
16 cuisset, & sic obaudienda esset *l. si quis pro re-*
demptione C. de donat. Rota Decis. 63. nu. 5. part. 2.
in nouiss. Rimin. Sen. cons. 77. nu. 16.

Neque etiam ope in integrum restitutionis *tex. in*
17 *l. fin. C. de restit. in integrum Odd. de rest. in inte-*
grum qu. 23. art. 12. plenis. Surd. cons. 367. nu. 17.
cum seq. & post eos Ludouis. Decis. 120. nu. 13. &
Gratia. cap. 180. nu. 41. lib. p. & cap. 953. nu. 4. lib.
5. Idem probat Senator Bellonus *tr. de his quæ in*
cont. fiunt cap. 157. nu. 8. & 9. lib. p. quos secuti fui-
mus supra *in cap. 48. num. 21. cum plur. seq. lib. p.*
atq; in cap. 152. nu. 50. cum plur. seq. lib. 2.

Si vero ageret mulier contra possidentem alia
bona, quorum alienationi minimè consensit,
vel contra obligatum pro restitutione dotis, non
18 tenetur cedere iura respectu bonorum, quorum
alienationi consensit, *Socin. Sen. cons. 200. lib. 2.*
Bertaz ol. tr. de clauf. glo. 4. in fine clauf. 40. quos
refert, & sequitur *Costa all. remed. subsid. 85. sub*
nu. 6 vers. At si ageret.

Additur vlterius, quod si mulier se obligat, vel
alienat pro excarcerando viro, vel ad euitan-
dam illius carcerationem imminentem; Tunc
potest sola, & sine dispensatione Senatus, aut
19 proximorum consensu se efficaciter obligare
ad debitum per virum contractum, etiam sine
eiusdem auctoritate, vt post Romanum, & Bal-
dum concludit *Natta cons. 547. nu 2. & 19. Cas-*
saneus ad consuetud. Burgund. Rubr. 7. §. p. nu. 29.
Gizarel. Decis. 4. nu. 41. Iuseph. Ludou. conclus. 2.
vers. fallit 2. & conclus. 279. Thesaur. cit. Decis.
223. Fariu. Decis. 851. Viuius Decis. 133. Surd.
cons. 467. sub nu. 14. Fontanel. de pactis nuptial.
conclus. 7. glo. 3. par. 7. nu. 53. lib. 2. Amatus Decis.
Marchio. 62. num. 28. vers. & siue vera. Ample
Franc. de Ponte tr. de Potest. Proregis tit. de decr.
Reg. Colater. consilij nu. 28. cum seq. rubr. de Diuer-
sis prouis. & cumulatissime probat Hodierna ad De-
cis. 86. Surdi a nu. 2. vsq; ad finem.

Quinimo ipsemet maritus pro se eximendo ab im-
20 minenti periculo carcerationis potest ex seme-
tipso bona pro dote vxoris obligata valide
alienare, & eorum prætium impendere; Re-
clamante etiam vxore, quod magis est; quia
tunc dicitur de causa vtriusque agere, propter
necessitatem, & vtilitatem viri, eo quia vxoris
21 dedecus sit retentio viri in carceribus, ita post
Bart. in l. fin. C. de negotijs gestis probat Surd.
sepius citato cons. 367. num. 14. vers. vbi fortius
tradens in vers. Quinimo sufficere, quod quan-
do agitur de honore, & decore mariti, dicitur
22 agi de causa vtili, & necessaria, secundum *Cuma.*
in l. quamuis num. 2. ff. sol. matr. Idem concludit
Gracia. cit. cap. 108. num. 26. Quos sequtus sum
in cit. cap. 152. num. 54. cum seq. lib. 2. quibus
23 additur *Gamma. decis. 318. asserens num. p.* quod
mulier repræhensione graui digna esset, si pro
viro liberando à personali molestia partem do-
tis non alienaret, aut obligaret *Hodierna ad Sur-*
dum dicta decis. 86. num. 8. Gizarel. decis. 4 num.
4. cum seq. vsque ad finem, & Fariu. decis. 851.
Præsertim in personis nobilibus, qui per carce-
24 rationem æris alieni causa aliqualem infamiæ
notam incurrunt *vt ex Piscali de patr. potest.*
par. 15. num. 17. probat Hodierna loco cit. num.
10. & Gamma all. nu. p. quam sententiam esse
25 communiorem scribit.

Insuper si in contractu pro obseruantia statuti, vel
pro executione dispensationis obtentæ a Senatu
Excellentissimo mulier adhibuit in contractu
26 agnatum, siue cognatum, vti sibi proximio-
rem, & ita cum iuramento affirmauerit, non
admittitur deinde ad impugnandum contra-
ctum, eo sub prætextu, quod ille agnatus, vel
cognatus non esset proximior, vel talis; quia
hoc pacto dolose ageret, & proximum fallere
diceretur. Et idcirco ex culpa, siue dolo pro-
prio lucrum consequi non debet mulier in dam-
27 num tertij, contra dispositionem *l. ita demum*
ff. de recep. arb. tr. & l. itaq; fullo ff. de furtis, &
tradit Costa sæpius cit. Remed. subsid. 85. num. 12.
Vt dicitur de minore asserente se maiorem esse
cum iuramento; Quia eo casu non restituitur
28 ob metitulosam assertionem, sed efficaciter te-
netur, ac si vere maior fuisset, *Alex. cons. 128.*
lib. 6. & probat expresse Carpan. ad stat. 416.
quem sequitur Costa d. remed. 85. num. 11.

Mulieri etenim cum iuramento affirmanti in-

29 con-

29 contractu se non habere agnatos, neq; cogna-
tos, creditur, vt cauetur per Stat. Mediolani
329. lib. 1. In tantum, vt contractus sine præ-
sentia agnatorum, vel cognatorum celebratus
validus reputetur, neq; possit contra illum ve-
nire mulier, sub prætextu quod adessent agnati,
siue cognati, vel proximiores, vt singulariter
probat *Tiraquell. de legibus communial. gluss. 8. de
Sens. Mari qu. 16. num. 137. cum plur. seq. quem
sequitur Carpan. ad Stat. 328. num. 366. cum seq.
lib. p.* vbi probat, quod non admittitur mulier
vollens infringere contractum probando, quod
agnatus, siue cognatus in contractu per ipsam
adhibitus, nō erat talis ex *Lambert ng. ad d. Stat.
328. glos. 11. qo. 17. num. 95. cum seq.* Et ità
30 censuit Senatus ex die Iulij 1653. fauore Cini-
selli, contra DD. Beatricem Suarez de Oualle,
impugnantem promissionem per ipsam factam
ad mariti fauorem, sub prætextu, quod alij
essent cognati, sibi proximiores, quasi fuerant
adhibiti, Referente Ampliss. D. Sen. Io. Bra-
gherio, in cuius sententiam descenderunt om-
nes Senatores nemine excepto.
Idem dicitur de muliere maritata contrahente
31 sine mariti consensu, sub prætextu, quod non
esset maritata, vt requirit Statutum, Quia
valet contractus, neq; potest contra illum
venire mulier, vbi id ignoraret is, cum quo con-
32 traxit, vt post *Tiraquel., & Lambert. probat.
Carpan. ad dictum Statutum 328. num. 310. cum
seq. lib. p.*
Dum enim cum certioratione beneficiorum mu-
lieribus competentium contractum iuramento
firmauit mulier, & Agnatum consentientem
proximiorem esse dixit, consulto actum gesisse
33 videtur, non autem leuiter, & inconsiderate,
vt perpendit *Manti. tr. de iuram. par. 4. effectu
137. num. 7.* & eo casu cessat illud, quod eadem
facilitate præsumitur mulier inducta ad ita af-
34 firmandum, qua ad renuntiandum *Bar. in l. doli
mali ff. de nouat. & in l. vlt. §. Item quæsitum ff. de
condit. indeb. Ias. in §. Fuerat num. 76. Instit. de
act. de qua re Tureitus cons. 78. num. 23. cum seq.
lib. p. quem sequitur Costa all. remed. subsidiario
85. num. 7. & 8.* Qui auctor *sub num. 6.* tradit
incumbere mulieri probare, quod non fuerit
35 certiorata, neq; dolose egerit; Quia contra
eam vrget præsumptio ex contractu iurato re-
sultans.
Ab hac conclusione excipitur tantum renontiatio,
siue mulieris consensus meticulosus, aut reue-
36 rentialis metus, si concurrant requisita, de qui-
bus copiosè *Costa tr. de facti sciem. & ignor. cent.
2. distinct. 91. & cons. seq.* dum probat *sub num.
3.* quod renontiationes emanatæ à mulieribus
sub virorum potestate constitutis suspectæ vi-
37 dentur, ex *Monterio decis. Aragon. in responso*
ibi per Dec. pro amita reddito *num. 57. cum
seq. plur. Numero vero 4. concludit*, quod saltem
tria concurrere debent adhoc, vt contractus
diudicetur inualidus, primo quòd metus probe-
38 tur ab allegante *Mascard. de probation. conclus.
1052.* ad quem probandum sufficere duos testes
39 etiam singulares tradit *Surd. cons. 395. num. 26.*
nisi forte præsentia amicorum, vel consangui-
40 neorum, aut Iudicis interfuisset, quo casu tri-
bus testibus probari debere metum inquit *Surd.
d. loco num. 20. & sequitur Gammā decis. 346.*
Secundum est, quod probetur metus iustus, legiti-
41 mus, & verisimilis *Declau. cons. 18. num. 132.
lib. p. plen. ff. Gail. lib. 2. obseruat. 93.* vbi agit
de matrimonio metu contracto, & *Georg. Mor.
tr. de diuortijs par. p. cap. 5.* vbi tradit differen-
tiam inter matrimonium carnale, & spiritua-
le, metu contractum, & alios contractus, quos
42 metus reuerentialis non rescindit, nisi enor-
mis læsio in contractu contingat, cum metu ob-
sequij, & reuerentiæ.
Tertium est, quod non sit purgatus ex silentio tri-
43 ginta, vel quadrag. annorum, quo tempore nul-
lus vnquam reclamauit *Declan. cons. 41. num.*
44 124. *lib. 2.* nisi tamdiu vixerit persona, quæ
metum intulit, vt subijcit *Costa d. distinct. 91.
num. 5.* Quemadmodum metus purgatio non
45 arguitur ex actu subsecuto causa metus adhuc
durante, *Surd. cons. 301. num. 23. Morot. cons.
28. num. 14. & 16. & cons. 75. num. 9.
Honded. cons. 23. num. 41. lib. p. quos sequ. Costa
d. distinct. 91. num. 7.* qui subijcit metum reue-
46 rentialem vxoris erga maritum sufficere ad
rescissionem contractus per officium Iudicis no-
bile in rem scriptum, veluti in donationibus
seu retrodonationibus, quæ fiunt maritis, quo
casu non est opus exquisitis probationibus, cum
47 sufficiant præsumptiones prouenientes a natu-
rali Iuditio *Alba cons. 77. Menoch. de arbitr. lib.
2. casu 136. & tr. de præsumpt. lib. 3. præsumpt.
127. Carol. de Grassis except. 11. num. 18. cum
seq. tr. de except.*, vt pote si maritus institisset
48 donationem, vel retrodonationem, cum ma-
riti importunitas pro metu sit *Crau. cons. 461.
num. 14. lib. 3. Adrem Thesaur. decis. 32. num.
11. & Costa in cons. posito post Distinct. 9. cent. 2.
de facti scient. & ignor. num. 2. & num. 26.*
Et si vero enormis læsio non consideratur in do-
49 natione; Arguit tamen metum reuerentialem
50 in fratre minore respectu maioris, & in vxore
respectu mariti *Menoch. d. præsumpt. 127. num.
14. lib. 3. & Fab. de Anna cons. 73. num. 17. cum
seq. Bursa cons. 72. lib. p. atq; Crau. cons. 120.*
vbi dicit metum vxoris præiudicare tantum
51 contrahenti, qui edoctus est de metu, non igno-
ranti, & an hæredi sit præiudicialis, agit *Caroc.*
52 *decis. 15. quem sequitur Costa relata distinctione
91. in fine.*
Idemq; procedere in renontiatione, quæ etiam
53 dicitur donatio, saltem effectu, vt probat *Eugen.
cons. 88. num. 7. cum seq. & Menoch. de arbitr.
casu 436. in addit., quos sequitur Costa remed.
subsid. 85. sub nu. 15. vers. nisi ad inofficiositatem.*
Quæ vxor, si deducta suscepta obligatione, reti-
net adhuc dimidiam dotis partem, enormissime
54 læsa minime dicitur, & consequenter restitu-
tioni in integrum non est locus, *facit glos. d. con-*

I traria

trario sensu in Auth. si qua mulier, in verbo nullatenus C. ad Vellei. Paris. cons. 65. num. 13. cum seq. lib. 3. & cons. 75. num. 13. lib. 16. lib. 4. Gail. obseru. 77. lib. 2. Grattan. all. cap. 108. nu. 13. Sen. Bellon. de his, quæ incent. finut cap. 157. num. 8. lib. p. Cancer. lib. p. var. resol. cap. 15. num. 10. de renontiat. par. 3. quos sequti fuimus in cit. cap. 152. num. 10. lib. 2.

Illud etiam non ommittitur, quod quando ad contrarium deuenit mulier adhibito iuramento,
55 validetur contractus, etiamsi seruata non fuerit forma, siue Statuti solemnitas, vt inquit *Serafin. de priuil. iuram. priuil. 61. per totum*, vbi ampliationes multas deducit, & iuramenti virtutem explicat.

SVMMARIA.

Filiorum, & descendentium appellatione, veniunt etiam naturales, & illegitimi nu. 1.

Illegitimi facultatem, & vocem habent nominandi in iure patronatus, num. 2. Contrarium num. 5.

Ecclesiæ fauore inuitantur laici ad earum fundationem, num. 3.

Meretrix ex lucro meretricio potest edificare ecclesiam num. 4.

Filij proprié sunt, qui legitimi, & naturales sunt numero 6.

Filij naturales non legitimantur in præiudicium legitimorum num. 7.

Si filius, ergo hæres num. 8. Princeps non immutat ius diuinum num. 9.

Legitimatio per subsequens matrimonium est amplissima num. 10.

Per subsequens matrimonium filij præsumuntur nati ex matrimonio num. 11. 12. & 13.

Legitimatio per subsequens matrimonium non admittitur in præiudicium tertij, cui fuit ius aquisitum num. 14. & 15.

Conceptionis tempus attenditur in materia legitimationis num. 16.

Contrarium verius, vt attendatur tempus conceptionis num. 17.

Princeps ex certa scientia, & plenitudine potestatis potest legitimare etiam spurios num. 18.

Filius legitimatus non potest plus consequi ex bonis parentum, quam legitimus num. 19.

Decisio Senatus in ea materia num. 20.

Galeatij Vicomoreati Senatoris mentio num. 21.

Ad ius patronatus non concurrunt illegitimi num. 22.

Nobilitas deturpatur per illegitimos num. 23.

Nobilis cuiuscunque interest iura sua non deuenire ad infamantem prolem num. 24.

Persona honestata verecundia est habere successorem hæredem illegitimum, siue spurium num. 25.

Emphiteusis ecclesiastica non censetur concessa ad fauorem illegitimorum num. 26. & 27.

Princeps tollere potest ius quærendum, non tamen quæsitum num. 28.

Illegitimus non est capax pensionis, sine dispensationis num. 29.

Illegitimus non est capax beneficij, sine dispensationis num. 30.

Pensio introducta est ad commodum eorum, quibus reseruatur num. 31.

Pensio videtur quasi seruitus num. 32.

Pensionis capax dicitur ille, qui ad clericatum est dispensatus num. 33.

Pensio concessa in stipendium, non in titulum, obtinetur etiam ab illegitimis num. 34.

Monachus illegitimus ordinatur etiam sine dispensatione num. 35. limitatur quoad dignitates num. 36.

Expositi promouentur ad Sacros ordines sine dispensatione num. 37.

Dispensatio concessa ipso iure dicitur, si Summus Pontifex scienter illegitimum ordinet. num. 38.

Legitimatus per subsequens matrimonium quando substitutos excludit num. 39.

Illegitimi non concurrunt cum legitimis in iure patronatus, idest in electione ad ius patronatus.

CAP. CCXXV.



FILIORVM, & descendentium appellatione venire etiam naturales, & sic illegitimos, videtur, dum filius naturalis admittitur cum legitimis in successione matris *l. penult. & ibi Bal. & Corn. C. ad ersi-*
1 *tianum, & tradit ibi Cagnol. num. 34. & seq. & 42. atq; probat Surd. de alim. priuil. 81. num. 6. Alex. in l. ex facto §. si quis rogatus nu. 15. & 16. ff. ad Trebell. & ibi Angel. §. si quis autem susceperit ll 2. col. vlt. ver. fallit.* Idcirco, cum descendentes illius, qui ius patronatus constituat, ad nominandum etiam illegitimos admittendos esse docendum est.

Et quod illegitimi etiam habeant vocem, & fa-
2 cultatem nominandi in iure patronatus probatur ex *textu in cap. pia montis, & cap. frigentius 16. qu. 7.* vbi habetur, quod omni christiano competit ius patronatus, quod tamen introdu-
3 ctum fuit fauore Ecclesiæ, vt laici inuitentur ad illarum fundationem, & constructionem, atq; dotationem *cap. quoniam de iure patr. prout de veriori opinione Abb. in cap. ad apostolicam de Simonia*, & in spetie concludit de Iure *patr. art. 17. qu. 7. par. p. lib. p. vers quæro decimo tertio Gigas. de pension. qu. 2. num. 2. & 7.*

Et eo fortius illegitimi esse debent capaces Iuris patronatus, cum meretrix quoque ex lucro me-
4 retricio possit ædificare Ecclesiam, vel illam dotare, & acquirere ius patronatus *glos. in cap. non est putanda p. qu. p. Spino in speculo testam. glos. 6. princip. de lega pia causa num. 21. post Lambert. de iure patr. lib. p. art. 10. qu. 8. princip. par. 2. & Rochum de Curte de iure patr. in verbo competens qu. 2. & Paul. de Cittadinis eodem tr. de iure patr. tr. 2. causa adquir. qu. 23. & 24.*

De ÆQVITATE tamen fauore legitimorum
5 non admittuntur illegitimi in concursu cum legitimis,

gitimis, sed tantum in subsidium, quatenus le-
gitimi non extent, & tantum in eorum deffe-
ctum, cum non sit ÆQVVM, vt tales simul
concurrant cum legitimis, quasi inter eos non
adsit par ratio, neque ÆQVITAS, Ita late
concludit Menoch. cons. 285. num. 14. vbi hoc
probat, tam ex iure antiquo, & diuino, quàm
Pontificio, & Cæsareo, & multis alijs legibus
Græcorum, Iudæorum, & similium, quem se-
quitur Rota coram Card. Lancelloto Ianuens.
iuris patr. die 12. Febr. 1607.

Hanc sententiam ante Menoch. amplexus est
Ruin. cons. 120. num. 12. lib. p. Alex. in d. l. si
ex facto §. si quis rogatus il p. num. 16. ff. ad Tre-
bel. Pereg. de fideicom. art. 28. num. 50. eum
declarat, de quibus per eundem Peregr. art. 22.
num. 80. & nouiss. probat Gratian. lib. 2. discept.
forens. cap. 218. num. 25. Propriè enim filij sunt,
6 qui legitimi, & naturales sunt l. filium deffini-
mus ff. de bis qui sunt sui, vel alieni iuris, & tra-
dit Alex. in d. l. ex facto §. si quis rogatus sub nu.
15. ff. ad Trebell.

Et adeo vera est hæc sententia, vt neque natura-
les ex rescripto Principis legitimentur in præiu-
7 dicium legitimorum, illis extantibus; Quasi non
sit ÆQVVM, vt auferatur ius debitum legiti-
mis, & detur naturalibus, quibus non est debi-
tum; cum legitimi hoc habeant a iure diuino,
8 per quod dicitur; si filius, ergo hæres, quod ius
diuinum non immutat Princeps, vt in specie
9 tradit Ias. in l. Gallus §. & quid si tantum num. 94.
vers. immo fortius tenet ff. de lib. & post. Alex.
cons. 187. num. 3. & 4. lib. 7.

Quidquid aliud sit in legitimatione facta per sub-
10 sequens matrimonium, quæ potentior longe
est, quam illa, quæ fit ex rescripto tex. est in cap.
Tanta, qui filij sint legitimi Bartol. in Auth. item
si quis C. de naturalibus liber. Bal. in Auth. Præ-
terea eodem tit. Tiraquel. de iure primogen. qu. 34.
num. 54. cum seq. quia præsumuntur ex matri-
11 monio nati, & in omnibus adequati legitimis
origine, ex quo sequitur, quod in omni noua
dispositione, etiam odiosa, & correctoria ado-
quatio procedat, vt post Crotum cons. 360. tom.
3. probat Lupus de illeg. com. 3. §. p. sub num. vers.
nihil. Et quam legitimationem per subsequens
matrimonium habilitare legitimatum ad suc-
12 cessionem, cum alijs legitimis post contractum
matrimonium natis, certum est, etiam in suc-
cessione Regni, aut Feudi, vbi mulier non
13 esset vilis Soncin. Iun. cons. 63. num. 21. lib. 3.
Cephal. cons. 23. num. 45. lib p. Menoch. cons. 16.
num. 8. & cons. 442. num. 77. Quos sequitur Lu-
pus de illeg. Coment. 4. §. 3. sub num. 10. vers.
declaratur etiam.

Quamuis legitimatio per subsequens matrimo-
14 nium non admittatur in præiuditium tertij,
cui fuit ius acquisitum, cum neque fiat retro-
15 tractio Bar. in l. Paulus ff. de Statu hom. & ibi
Bal. Castr. in l. ex libero C. de suis, & legit. Abb.
in d. cap. tanta, qui filij sint legit. & post multos
per eum relatos probat Thesaur. Iun. qu. famil.
80. num. 8. lib. 3. reprobato Didaco contrarium
tenente.

Qui Thesaur. dicto loco in materia dispensationis
dicit attendi tempus conceptionis, quamuis
16 deinde num. 10. contrarium teneat, nempe at-
tendi tempus natiuitatis, vt scilicet eo tempore
nullum adesset impedimentum, quod extabat
tempore conceptionis, ex Azor. lib. 2. Inst. mo-
ral. par. 2. cap. 13. vers. tertio quæritur affirman-
do hanc opinionem esse ÆQVIOREM, & al-
teram, quam tenuit Peregr. tr. de iure Fisci lib.
17 3. tit. 18. num. 24. & Fach. lib. 6. cap. 10. contr.
iuris esse rigorosam, & locum habere, nisi in
coitu nefario, inter ascendentes, & descen-
dentes.

Vbi tamen Princeps vteretur plenitudine potesta-
tis, & legitima causa interueniret, & ex certa
18 scientia, vel cum clausula non obstante &c. id
faceret, tunc posset filium naturalem in vita
patris legitimare, vt simul cum filijs legitimis
possit succedere, ità tradit Alex. in l. ex facto sub.
num. 24. vers. hoc tamen intellige ff. de vulg. &
pupil. subst. Salic. in Auth. Item si quis C. de natu-
ralibus liber.. Imol. in cap. nisi iampridem §. penult.
ff. de renontiat. Gul. Bened. in cap. Rainutius num.
192. de testam. quos sequitur Gratian. cit. cap. 218.
num. 30. lib. 2.

Et eo casu filius legitimatus cum dictis clausulis,
non posset plus consequi ex bonis parentum,
quam vnus ex legitimis, qui omnium mini-
19 mam partem obtinuerit. Dec. cons. 393. n. 2. Ti-
raquel. de Iure primog. qu. 34. nu. 50. per tex. in §.
quoniam lucro in Auth. quibus modis naturales
efficiantur sui, Idem probat Roma. in l. Necessarius
ff. de acquir. hared. & latiss. tradit Molina de pri-
mog. hisp. lib. 2. cap. 11. à nu. 17. vsque ad nu. 21. &
lib. 3. cap. 2. nu. 5. quos sequitur Gratian. memorato
cap. 218. nu. 31. Et ita sæpe censuit Sen. Ex. præ-
20 sertim die 30. Aprilis 1597. in causa Blancæ
Pinciç, vti hæredis Magdalenæ Curtæ filiç legi-
timæ, & naturales, atque Dominicum Curtum
filium legitimatum a Io. Antonio communi pa-
21 tre, referente Amplissimo Senat. D. Galeatio
Vicecomite, Decernendo, vt medietas hæredi-
tatis d. Io. Antonij relaxetur Blancæ vna cum
fructibus perceptis, vel qui percipi potuerint à
die mortis dicti Io. Antonij citrà.

Quam conclusionem eo fortius procedere videtur
in iure patronatus fundato à nobilibus in digni-
tate existentibus; cum non sit censendum illos
voluisse principaliter vocare illegitimos ad ius
patronatus, ac eos admittere in concursu cum
22 legitimis, quasi tunc verecundia esset habere
tales successores, dum nobilitas deturpatur per
23 illegitimos, vt perpendit Gratian. loco relato nu.
32. Et cuiuscumque, præsertim nobilis, intersit
iura sua non deuenire ad infamatam prolem, vt
24 dignitas, & fama eorum conseruetur illesa;
prout in Feudis, & in substitutionibus nobilium,
& similibus casibus, ita concludit Imola in l. ex
facto §. si quis rogatus col. 4. in princip. vers. 2. fallit
ff. ad Trebell. Alex. cons. 94. nu. 5. & cons. 25. nu. 4.

lib.5. vbi *in verſ. & plus etiam dicuntur*, ampliat
ad perſonas etiam non nobiles, talis tamen
25 conditionis, ſecundum quam attenta eorum
vita honeſta, & ſpectabili, eſset verecundia ha-
bere tales ſucceſsores; ſequitur *Dec. conſ. 283.
nu. 10. arguendo à tex. in l. p. §. de Inſpiciendo verſ.
publice ff. de ventre inſpiciendo*, Idem probat
Alex. conſ. 67. nu. 5. verſ. accedit quia, lib. p. & ita
in indiuiduo iuris patr. nobilium perſonarum,
concludit Rota coram Card. Lancellotto die
12 Februarij 1607. de qua, & meminit Gratia-
nus *all. cap. 218. nu. 33. in fine, & nu. 34.*

Qui Gratianus *nu. 35.* concludit etiam non intelligi
conceſsam emphiteuſim Eccleſiaſticam filijs il-
26 legitimis, cum non ſit veriſimile Eccleſiam de
talibus ſenſiſſe propter ſuam dignitatem: quaſi
iſti non poſſint procreari ſine peccato, & Ec-
cleſia tanquam nobilis, & pudicitiæ ſpeculum,
non videtur de filijs abuſiuis cogitaſſe ex *Bald. in
cap. qua in Eccleſiarum num. 42. verſ. dubitatur
vtrum de Conſtit. & in l. generaliter §. cum autem
nu. 2. C. de Inſtit. & ſubſtit. & ibi Iaſ. num. 9. Alex.
conſ. 94. nu. 5. lib. p. Card. Mant. de tac. & ambig. tit.
9. lib. 22. num. 4. verſ. verè eſt igitur*, vbi latè reſ-
pondit ad allegata in contrarium, *Gabr. conſ.
84. nu. 48. cum plur. ſeq. lib. 2. & Gratia. licare cito
nu. 40. qui ſeq. nu.* ſcribit limitari concluſionem,
quando emphiteuſis fuit conceſſa per Eccleſiam
27 hæredibus quibuſcumque, quia tunc ex verbis
vniuerſalibus admittuntur etiam legitimati, vt
deciſum fuit per Rotam, & teſtatur *Card. Mant.
de tac. & ambig. d. tit. 11. nu. 35. reprobato Gabrie-
le conſ. 83. nu. 10. & conſ. 84. nu. 47. lib. 2. contra-
rium tenente.*

Cum enim agatur de iure quærendo agnatis infu-
turum, a Principe tolli, & auferri poteſt, quaſi
28 illud non dicatur in bonis, *l. Pretia rerum ff. ad
legem falcid. glo. in cap. p. §. ſi quis per triginta verſ.
naturales, ſi de feud. defunct. Contr. ſit int. dom. &
agn.* quam notabilem dicit *Dec. d. conſ. 268. nu. 7.
Alex. conſ. 2. col. 6. poſt medium lib. p. Bal. in l. 2. in
fi. C. de ignor. & in l. reſcripta nu. 10. & 11. C. de
precibus Imper. offer. & in l. Deo nobis C. de Epiſ.
& Cler.*

Hinc etiam dicitur, quod illegitimè natus non eſt
29 capax penſionis, cum illa dependeat a beneffi-
tio, ex quo extrahitur; ſicut vſusfructus a pro-
prietate *cap. fin. de pignor. Card. in Clem. p. §. ea-
dem qu. 4. de neg. ig. prælat. Gigas de penſion. qu. p.
30 in fi.* ſicut enim illegitimo prohibitum eſt obti-
nere beneffitium ſine diſpenſatione *cap. literas
de fil. præsbiterorum, & cap. p. eodem tit. in l.* Ergo
idem in penſione, quæ ab illo dependet, *Gigas de
penſ. qu. 63. num. 6. quem ſequitur Gratia. all. cap.
218. nu. 61.*

Quæ penſio dicitur introducta ad commodum eo-
31 rum, quibus reſeruatur, & potius eſt oneroſa Ec-
cleſijs, non fauorabilis; Et videtur quaſi ſerui-
tus, vndè tanquam ex diuerſis non eſt inferen
dum de iure patronatus ad penſionem, vt inquit
32 *Gratia. citato cap. 218. nu. 63.*

Si autem illegitimus fuit diſpenſatus ad clerica-
tum, non indiget alia diſpenſatione ad obtinen-
dam penſionem; cum illegitimè natus non ſit
inhabilis ad penſionem, niſi ratione clericatus,
33 vt iudicauit Rota die 19. Febr. 1590. & die 11.
Februarij 1598. & teſtatur *Gratia. loco rel. num.
64. qui ſeq. nu. ſubijcit* quod quando daretur pen-
ſio in ſtipendium, non in titulum, poſſet quo-
que obtineri per illegitimum abſque diſpenſa-
34 tione ex *Gigante de penſ. qu. 16. in fine verſ. con-
cluſionem ſuperius firmatam.*

Demum illegitimus, qui monaſticam diſciplinam
profeſſus eſt, quia vitam ſuam videtur innouaſ-
35 ſe, poterit eo ipſo ſacris ordinibus inſigniri;
Intelligendo quoad ordines ſacros, non autem
quoad dignitates, & grauiora munera; Tunc
enim nullo modo poterit promoueri abſque
36 diſpenſatione Summi Pontificis *glo. in cap. fin. de
fil. præsbit. Abbas in cap. p. eodem tit. Felin. in cap.
meminimus notab. 6. de accuſat.*

Prout expoſiti promoueri æque poſſunt ad ſacros
37 ordines, nulla obtenta diſpenſatione *Menoch. de
arbitr. caſu 496. in fine & Card. Pa. e. t. de noth. &
ſpur. cap. 63. & poſt eos Gratia. cap. 135. nu. 33. lib.
p. & cit. cap. 218. nu. 68.*

Quæ diſpenſatio conceſſa eo ipſo ſupponitur, ſi
Summus Pontifex ſcienter aliquem eſſe illegiti-
38 mum promoueret ad ſacros ordines; quia tunc
non obſtante deffectu natalium redditur habi-
lis, & videtur in neceſſarium antecedens tacite
cum ea diſpenſare *Bal. in l. Imperialis §. p. C. de
nupt. Bar. in l. barbarius col. 8. ff. de off. Præſ. maior.
Gigas de penſ. d. qu. 16. nu. 11. & ſequitur Gratia.
cit. cap. 218. nu. 70.*

Cæterum quod legitimatus per ſubſequens matri-
monium excludat ſubſtitutos in fideicommiſſis,
39 in quibus vocantur legitimi, & ex legitimo
matrimonio nati, & procreati contendunt ſcri-
bentes, in quo articulo quatuor contrarias
opiniones recenſet *Lupus de alleg. com. 4. §. 3. per
totum præſertim nu. 13. cum ſeq. plur. contra The-
ſaur. Deciſ. 196. & Fachin. lib. incontr. Iuris cap. 7.
Pereg. de fideic. art. 4. num. 46. & Surd. Deciſ.
319. nu. 5.*

SVMMARIA.

*Delinquens puniri poteſt à Iudice originis, & a Iudice
loci commiſſi delicti nu. 1. & 2.*

*Decretum Senatus in ea materia nu. 3. Alexandri Vi-
cecomitis Senatoris mentio nu. 4.*

*Index loci commiſſi delicti præfertur in procedendo Iu-
dici originis nu. 5.*

*Condemnatus, vel abſolutus ſemel pro vno delicto,
non poteſt vlterius iudicari nu. 6.*

*Contrarium verius, vbi reus ei qui fuit punitus nu. 7.
non obſtante aliqua præſcriptione nu. 8.*

*Declaratur concluſio per plures diſtinctiones nu. 9. cum
plurib. ſeq.*

*Condemnatus, ſi ſoluit, pœna vlterius non tenetur
num. 12.*

Diſtinguitur, ſi pœna fuit contumacialis nu. 13.

*Sententia lata in contumaciam inquiſiti nullam fidem
facit*

facit in alio iuditio num. 14.

Inquisitus contumax tenetur ad pœnam vtriusque fori, idest originis, & loci comissi delicti, nu. 15.

Iudex originis potest punire delinquentem, non obstante pœna contumaciali Iudicis loci delicti, nu. 16.

Delinquens tenetur ad pœnam versus fiscum, tam ratione publica vindicta, quam versus partem ratione offensæ, & damni, nu. 17.

Decretum Senatus Niceni in ea materia num. 18. Decretum Senatus Mediolani in ea materia nu. 19.

Pœna extraordinaria irroganda est, quando reus punitur ab vtroque Iudice nu. 20.

Limitatur, si ambo Iudices sint eodem Principe, quia supremus Magistratus potest irrogare pœnam ordinariam nu. 21.

Iudicijs nouis superuenientis proceditur iterum circa delinquentem, si leuiter ille fuit punitus nu. 22.

Decretum Senatus in ea materia nu. 23.

Punitus à Iudice loci delicti comissi, quando possit etiam puniri a Iudice originis.

CAP. CCXXVI.

PRO eodem crimine à duobus Iudicibus posse delinquentem puniri statuerunt Imperatores Seuerus,
1 & Antoninus *in l. p. C. vbi de crimine agi opor.* nempè à Iudice, in cuius territorio quis deliquit, & a Iudice originis delinquentis; cum Reipublicæ expediat habere
2 subditos bonos, & à delinquendo alienos, *arg. l. congruit ff. de off. Præsid.* & ita obseruari communiter testatur *Bologn. 57. vers. sed plus dicunt, Didac. Pract. qu. 11. post nu. 6. vers. sexta in hoc, Franc. Marc. Decis. 989.* & in hoc conueniunt omnes Doctores, præsertim *Clar. in ea Praxi qu. 39. vers. sed quæro, Præsertim in vers. contrarium autem, & qu. 57. vers. dictum est cum plur. seq. vbi d. qu. 39. prope finem testatur* ita practicari in hoc Ducatu, & ita reperi censuisse Senatum die 20.
3 Decembris 1590. in causa Mathei Columbosi super relatione Prætoris Stratellæ, & sequitur *Thesaur. Decis. 90. per totum, & Farinac. qu. 7. nu. 19.* quo casu reum contumacem damnandum esse in pæna imposita a statuto loci commissi delicti concludit, non verò in pænam impositam in loco domicilij, siue originis, vt censuisse Senatum refert *Clar. qu. 85. vers. tertius*, est casus prope finem, in quadam causa Adæ Finoti Cremonensis, qui vxorem occiderat in agro Bri-
4 xiensi, quem Amplifs. Sen. Alexander Vicecomes Prætor Cremonæ condemnauerat in pænam capitis, omissa bonorum confiscatione, et quia ex consuetudine Curiæ Brixiensis non solebat imponi pæna confiscationis concessa in integrum restitutione a Fisco petita aduersus hanc sententiam omittentem bonorum confiscationem, tandem Senatus confirmauit sententiam ipsam die 19. Decembris 1548. Fisci prætensioni silentium imponendo.

Quamuis præferri debere Iudicem loci delicti vol-
5 uisse videatur *Iustin. in Nouella Const. 69. cap. p.* ex qua desumpta fuit *Auth. quia in prouincia C. eodem tit. vbi de crim. agi op. Menoch. cons. 2. nu. 130. Vincent. de Franc. Decis. 37.* & ample probat collatis ambabus opinionibus *Cenal. qu. 678.*

Difficultas est, an sequta sententia contra delinquentem per Iudicem loci delicti commissi; possit Iudex originis, & ipse contra eundem procedere, non obstante priori sententia, vel pæna data delinquenti; Et licet semel condemnatus,
6 siue absolutus pro vno delicto, regulariter vlterius non possit vexari ab alio Iudice pro eodem delicto, nec vlterius queri debeat de eodem delicto *l. licet §. fin. ff. naut. caup. stabul. & l. si cui §. ijsdem ff. de accusat. & post Boss. in tit. de sententijs nu. 60. probat Farin. cit. qu. 7. nu. 26. vers. sed tertia, & verior, quem sequitur Baiard. ad Clarum qu. 57. nu. 26. cum seq. & Brunor. à sole qu. 17. num. 49. & seq. quos sequitur Thes. Iun. qu. famil. 55. nu. 2. lib. 4.* Quia melius erat de causa instructus Iudex loci delicti, vt inquit *Thesaur. Decis. 90. num. 5. in fine inquit Thes. filius cit. qu. 55. famil. lib. 4.*

Tamen de ÆQVITATE, non obstante priori sententia condemnatoria, vel absolutoria, lata per Iudicem loci delicti, procedi potest iterum contra delinquentem per Iudicem originis, siue domicilij, vbi prior pæna non sit condigna deli-
7 cto, & mitius fuerit punitus delinquens, quotiescumque de graui crimine ageretur, nulla forte
8 præscriptione obstante *tex. in l. raptores C. de Episc. & Cler. Franch. Decis. 66. Clar. qu. 39. num. 4. Thesaur. cit. Decis. 90. nu. 5. vers. sed & hæc Bardel. cons. 40. nu. 6.* qui ample hanc materiam trutinat, & Gamma *Decis. 53. quos sequ. Thesaur. Iun. all. qu. 55. quibus additur Ioseph. Ludou. Decis. Lucent. 16. nu. 18.*

Distinguendo autem Doctorum conclusionem *Brunor. à sole citata qu. 17. nu. 49. cum seq. plur. quem sequitur Thesaur. Iun. all. qu. 55. nu. 4.* plures constituit casus, vel enim delinquens fuit nimis leniter punitus habita ratione qualitatis delicti, & inditiorum, & tunc Iudex originis potest &
9 ipse procedere contra illum, atque eundem condemnare in grauiorem pænam, cum intersit
10 Reip. ne delicta remaneant impunita *Decian. tr. crim. tom. p. lib. 4. cap. 16. nu. 17.* quam conclusionem & ergo sequor, quidquid in contrarium tradit *Boss. in tit. de sentent. nu. 79. ex Aret. cons. 58.* Secus, si condigna pæna fuit plexus reus; Vel prima sententia a Iudice loci delicti lata, sequta
11 fuit in contumatiam; Et tunc non potest reus opponere coram Iudice domicilij de sententia ab altero Iudice lata; Etiam si pænam latam in
12 contumatiam soluisset *Bart. in l. sepulcri nu. ff. de sepul. viol. Bal. in l. p. nu. 5. C. vbi de crim. agi opport. de cuius obseruantia testatur Carau. in ritu Magnæ cur. 205. Clar. qu. 16. nu. 3. vers. An autem accusatus & d. qu. 57. nu. 3. vers. scias etiam Gamma cit. Decis. 53. & post eos Thesaur. Iun. all. qu. 55. num. 4. lib. 4.*

Quam tamen conclusionem limitat *Baiard. ad Clar.*

d. qu.

d. qu. 57. nu. 14. Nisi ante secundam sententiam
13 soluisset primam condemnationem, quia tunc purgasse diceretur contumaciam, & poterit se tuuare exceptione rei Iudicatæ; Id, quod non fic, de facili admitterem; Ratio est, quia sententia lata in contumatiam inquisiti, nullam fidem
14 facit in alio Iuditio, vt perpendit *Bardel. all. cons. 40. nu. 11. & seq. Farin. d. qu. 7. num. 55.* Et teneri inquisitum contumacem ad vtramque pæ-
15 nam tradit *Boss. de foro compet. nu. 79. & Decia. all. lib. 4. cap. 16. nu. 17. & post eos scribit Baiard. d. qu. 39. nu. 49.*

Pænam etenim in contumatia illatam per Iudicem loci delicti euaderet condemnatus, se transferendo ad locum domicilij, & consequenter illa pæna contumacialis esset clusoria, Idcirco Iudex originis, non obstante contumaciali pęna, potest punire delinquentem, ne delictum rema-
16 neat impunitum iuxta citatam *l. si ita vulner. ff. ad legem aquil.* cum reus teneatur ad pænam, tam ratione publicæ vindictæ erga Fiscum, quam ratione offensæ, & damni erga partem,
17 & pro vtroque capite pænā meretur, vt concludit *Thes. Iun. all. qu. 55. nu. 6. lib. 4.*

Et ita censuisse Senatum Nicenum die 14. Decem-
18 bris 1616. testatur *Thes. all. qu 55. sub nu. 6. lib. 4.* quia agebatur de delicto graui, & homicidio, quo casu vbique locorum delinquentem puniri posse voluit *Plu. in cons. 24. per totum præsertim nu. 9. & nu. 45.* Et iterum censuisse eundem Senatum die 21. Iunij 1617. in vxoris odium testatur ibidem *Thesaur.* Etiamsi Iudex loci delicti commisi in Territorio Genuensi reum in contumaciam ad mortem damnasset.

Hoc idem censuit noster Senatus Excellentissimus Mediolani die 2. Aprilis 1596. ad relationem
19 Egregij Io. Baptistæ Carpani Delegati contra Io. Baptistam Capsinam, qui ratione furti commissi in ciuitate Venetiarum fuerat ibidem in contumatiam damnatus, Iubendo, vt contra d. Capsinam procederetur de d. furto; sed prius exquirendum esse, in quam pænam esset ex statuto Venetiarum illic condemnandus, & an in eam statutariam pænam fuisset damnatus; Quia vbi damnatus esset ad formam statuti, videbatur non esse amplius procedendum.

Pæna verò semper extraordinaria est irroganda,
20 quando reus ab vtroq; Iudice punitur, si sub diuersis Principibus refacta est, secus si sub eodem Principe, licet indiuerso statu comissum sit deli-
21 ctum, quia tunc Supremus Magistratus potest pæna ordinaria punire.

Si vero minor pæna imposita fuisset ob inditiorum leuitatem, & maiora superuenissent, tunc ite-
22 rum procedi posset circa reum iam punitum leuiter, vel absolutum, Prout censuit Senatus.
23 die 5. Maij 1601. de Iacobo Rabotto Fontanelenti, quem super binis homicidijs ab illo, & vndecumalijs cōmissis fuerat bene tortus, mox vbi nihil emergeret, bannitus, superuentis alijs inditijs dixit Senatus ad vlteriora procedendum, quando alij correi supersunt examinandi, ex quibus noua indicia haberi possunt, vti in contumaciam damnati, & solet fieri tunc liberatio cum clausula, rebus stantibus, vel præstita fide, iussione de se consignando toties quoties.

SVMMARIA.

Hæredes habent tempus anni ad restituendum dotem vxori defuncti nu. 1.
Ratio decisionis nu. 3.
Limitatur, si dos consistit in bonis immobilibus, quia statim restitui debet nu. 2.
Hæredes viri, qui vxorem alimentarunt, possunt deducere importatum alimentorum ex fructibus dotis, & reliquatum restituere tenentur, nu. 4.
Contrarium verius nu. 6. 7. 12. & 13.
Mulierum genus auarū, & miraculosum est, si donat num. 5.
Mulier, si declarauit velle eius dotem, tenetur hæres ad illius fructus, si ae interesse, si non fuit ei restituta dos nu. 8.
Dies interpellat pro homine num. 9. si tamen dies esset certa nu. 10.
Mulier non dotem, & alimenta ab hæredibus petens, videtur muram emittere nu. 11.
Fructus parafrealium vxoris à marito percepti, non præsumuntur donati per vxorem nu. 14. Decretum Senatus in ea materia nu. 15.
Pietatis ratio consideratur in alimentorum expensa num. 16.
Indebitè solutum propter pietatem non repetitur num. 17.
Distinguuntur tres casus ad agnoscendum, an hæres teneatur ad interesse dotalium, si mulierem alimentauit nu. 18. 19 & 20.
Hærede diferente adire hæreditatem, interim per Iudicem assignantur alimenta vxori n. 21.
Tempore pendente ad conficiendum inuentarium non molestatur hæres a creditoribus hæreditarijs nu. 22.
Limitatur in creditoribus defuncti, & locum habet in legatarijs tantum nn. 23.
Hæres, si pendente tempore ad conficiendum inuentarium, conueniat debitores hæreditatis, conueniri, & ipse potest à creditoribus nu. 24.
Contrarium num. 25.

Tempus anni datum hæredi ad restituendum dotem vxori defuncti, ad illius fauorem datum censetur, non in eiusdem odium. CAP. CCXXVII.



1 Imperator Iustinianus *in l. 9. §. cum autem, & §. exactio C. de rei vxor. act.* statuit pro commodo hæredum, vt habeant illi tempus anni ad restituendum dotem vxori defuncti, de qua *Galgan. tr. de condit. & demonstr. par. 2. cap. 4. sub 3. nu. 6.*

3.nu.6. Hæc tamen diſpoſitio limitatur, quando
dos conſiſtit in bonis immobilibus inæſtimatis,
2 quia eo caſu illico fit dotis reſtitutio, & ſic non
tenentur hæredes ad alimentandum vxorem
viduam, ne retorqueatur in hæredes diſpoſitio
*d.l.C.de rei vxor. actione, vt perpendit Iaſ. in l. di-
uortio ff. ſol.matr. vbi cæteri ſcribentes, quot ſequi-
tur Coſta de ratione rata qu. 95. nu.9.*
Huius diſpoſitionis ratio eſt, vt pendente anno, &
3 alimenta ab hæredibus viri conſequendo mu-
lier orationibus, & luctui implicata, dotes ſuas
petere omittat, vt inquit *Giurba ad ſtat. Meſſana
cap. 10.glo.6.par.9.ſub nu. 9.verſ. ſed annum circa
medium.*
Quid ſi hæredes viri præſtent, vel decernant ali-
menta vxori non contradicenti pendente anno
luctus, cum non tenerentur, An lucrentur fru-
ctus bonorum in dotem datorum, vel tantum
pro rata eius, quod erogatum fuit in alimentis,
& reliquum reſtituant, & repetitioni locum
4 non eſſe ad euitandam coniecturam donationis
ex parte mulieris, cuius genus eſt alienum a do-
nando, & ſic auariſſimum ſuadet *tex. in l.ſi ſtipu-
la a §.p.ff.de donat.inter virum, & vxor.& l.ſed ſi
ego ff. ad vell. ac tradit Alex. in l. penult. ff. ad le-
gem falcid.quem ſequitur Menoch.conſ. 121.num.*
5 *75.& conſ.482. nu.27.* dicens miraculoſum cen-
ſeri, vt mulier aliquid donet, & recedere debet
à domo hæredum mariti, ſi vult conſequi do-
tem cum fructibus, vt poſt *Rimin. Sen. conſ. 134.
nu.55.libro primo probat idem Menoch.conſ.1013.
num. 6.*
De ÆQVITATE tamen contrarium dicendum
6 eſt, quia, ſicuti ſi plus fuiſſet impenſum per hæ-
redes, non repetitur *Bal. in d l. p. §. exactio C. de
rei vxor. act.* Idem ergo ex dictamine ÆQVI-
TATIS, & ex proportione commodi, ac in-
commodi concludi debet fauore vxoris, ſi mi-
nus impenſum eſſet, quam fructuum valor rele-
7 uaret *Bal. & Imola in l. Diuortio ff. ſol. matrim.
Campeg. de dote par 2. qu. 16. & poſt eos tradit
Surd.de alim.tit.9. qu.44. nu.31.& 65.*
Id, quod intelligendum eſſet, vbi mulier ſe decla-
raſſet velle dotem ſuam, quia *beneſ.d.l.p.§.exa-
ctor* requirit interpellationem vxoris, vt amplè
8 probat *Tiraquel. in l. ſi vnquam in verbo reuerta-
tur nu. 10. C. de reu. donat.* etiamſi in huiuſmodi
reſtitutione dotis dies interpellaret pro homi-
9 ne, vt probat *Menoch. cit. conſ. 1013.nu.7.& 8.
vbi ex Imola nu.9.* declarat, quod licet regulari-
ter dies interpellat pro homine; Tamen id in-
10 telligitur, vbi dies eſſet certa, non autem in-
certa, qualis eſt mariti mors, & quatenus mora
conſiderari poſſet, illa remiſſa diceretur per
mulierem dotis reſtitutionem, non petentem,
11 & alimenta ab heredibus viri percipientem, vt
perpendit *Menoch.nu.10.ex Bart.in l.item illa nu.
11.verſ. quero quid erit ff. de conſtit. pecun.* auctor
qui etiam declarat locum habere *diſpoſit. d. §.
exactio*, quando mulier receſſiſſet è domo viri,
ſiue eius hæredum; Cum tunc videretur tacitè
declaraſſe, ſe velle conſequi dotem conſiſten-
tem in immobilibus, aut mobilibus, non in
quantitate, ex *Socin. conſ. 126.nu. 5.qui Menoch.*
hanc noſtram ſententiam amplectitur, *Bal.in l.
12 diuortio nu.5.ſol.matrim.* Concludendo reſtituen-
dum eſſe mulieri illud plus, quod deductis ali-
mentis, ſuperſit ex fructibus dotalibus, quem
ſequitur *Surd. Decis. 281. in fine.*
Dubium nihilominus eſſe hanc concluſionem exi-
ſtimat *Campeg.de dot: d.p.2.qu.14.* Ea ratione,
quod non ſit prima cauſa lucri, & damni citra
ſocietatem, vel aliam correſpectiuitatem, cuius
13 ſententiam ſequitur *Coſta all. qu. 95.num. 4.cum
ſeq. qui auctor nu. 6.* allegat etiam exemplum in
fructibus bonorum parafrenalium vxoris per-
ceptis per maritum vxore ſciente, & non con-
tradicente, quia non idcirco præſumuntur do-
14 nati ab vxore, vt probat *Decian. conſ.84. nu.26.
cum ſeq. lib. 4.* Et cenſuit Sen. Ex. anno 1617.
menſe Maij fauore Fratrum de Picenardis con-
15 tra Perſicbellum referente Ampliſs. D.Senato-
re Papirio Cattaneo.
Accedit ratio pietatis, quæ conſideratur in alimen-
tis, in quorum cauſa cedit, quod plus eſt impen-
16 ſum per hæredes *arg. l. cum quis 9. ſi mulier ff.de
condit.indeb.* vbi etiam indebite ſolutum propter
17 pietatem non repetitur *glo. in l. elegantes §. ſi ff.
eodem* vbi plures referuntur caſus, in quibus ceſ-
ſat conditio indebiti.
Ad conciliandam horum ſcribentium contrariam
ſententiam ſummopere placet diſtinctio facta
per *Menoch.cit.conſ.1013.nu.13.* Tres enim con-
ſtituit caſus Author ipſe, quorum primus eſt,
quando ſoluto matrimonio viri morte mulier
18 petijt dotis reſtitutionem, & hoc caſu cum mu-
lier non dicatur remiſiſſe fructus dotis, pro ali-
mentis conſecutis, compenſandi illi veniunt pro
quantitate tantum alimentorum, & ſi quid plus
eſt in fructibus, reſtitui illud debet, ſecundus ca-
ſus eſt, ſi mulier viro defuncto receſſit è domo ip-
19 ſius mariti, ſiue hæredum, & petijt dotem ſibi
reſtitui, & tunc omnes dotis fructus conſequi
debet, vltimus eſt caſus, ſi mulier, nec petijt do-
tem, neque à domo hæredum viri receſſit, &
alimenta conſequta eſt, nam eo caſu, cum nullo
modo in mora ſint conſtituti hæredes, ſed po-
20 tius illis remiſſa dicatur mora ipſa, ad fructuum
reſtitutionem deducta alimentorum expenſa,
minimè teneatur, quam ſententiam, & nos am-
plectimur vt Æquitati magis conſonam.
Et vbi hæres differet adire hæreditatem, interim
aſſignantur vxori per Iudicem certa bonorum
hæreditariorum quantitas, ex quibus alimenta
21 conſequatur *Rebuff. ad conſt. Regni tit. de ſenten-
tia prouiſionali art. 3.glo. p.nu. 14. Barboſa in l.2.
nu.34.ff.ſol.matrim.* Prout pendente tempore ad
conficiendum inuentarium licet regulariter
22 moleſtari non poſſit hæres, vt tradit *Spinus de
teſtam. glo. 33. nu. 46.per l.fin. §. donec C.de Iure
delib.* tamen pluribus modis limitur regula ipſa,
23 & primo in creditoribus, non vero in legata-
rijs, & fideicommiſſarijs ſecondo non habet lo-
cum regula pro funeris impenſa, & pro ſolutio-
ne,

ne, medicinalium, atque in legatorum pijorum, atque ratione alimentorum, vt abundè probat *Giurba ad stat. Messana cap. 9. glo. 5. a nu. 6. vsq; ad nu. 25. qui nu. 17. scribit* quod si pendente tempore ad conficiendum inuentarium, alios conue-
24 niat hæres, reconueniri potest; quamuis *nu. 22.* probat, quod scilicet conueniri non possit hæres durante tempore ad conficiendum inuentarium; potest tamen ipse debitores hæreditarios
25 conuenire *ex Surd. cons. 2. nu. 36. Cran. cons. 593. nu. 18. Boer. Decis. 10. nu. 3. & Decis. 53. num. 4. & Cancer. lib. 3. resol. cap. 2. nu. 163.*

SVMMARIA.

Debiles dantur in saluaguardiam potentioribus num. 1. & 2.
Saluaguardia est remedium diuinum, & ciuile nu. 3.
Saluaguardia alia generalis, alia spetialis nu. 4.
Saluaguardia aut respicit personam, aut bona, aut vtraque nu. 5.
Saluaguardia conceditur contra eos, qui minas exequi solent nu. 6. & 7.
Saluaguardia remedium salutare ad madum est nu. 8.
Citatio partis non requiritur in concessione saluaguardiæ nu. 9.
Decretum Senatus in ea materia nu. 10.
Iacinthi Orrigonis Senatoris mentio honoratissima num. 11.
Saluaguardiam infringens læsæ Maiestatis crimen committit nu. 12.
Pæna saluaguardiæ inter subditus vasalli spectat ad vassallum nu. 13. 14. & 15.
Magistratus superior cognoscit de saluaguardia rupta num. 14.
Noua Constit. in tit. de feud. declarantur nu. 15.
Fructus Iurisdictionales dicuntur pæna, & confiscationes nu. 16.
Expressum vbi fuit pænam appellandam fisci Reg. ea debetur, etiamsi citatus sit subditus feudatarij nu. 17. Decretum Senatus
Forus delicti comissi attenditur, non personæ qualitas num. 18.
Decisio Senatus in ea materia nu. 19.
Pæna debetur Principi, si agitur de supremo maiorie Magistrat. nu. 20.
Feudatarius non habet ius in pæna, sub qua iussu Principis fuit cinctus subditus feudatarij nu. 21.
Feudatarius non exigit pænas pro armis vetitis iussu Principis nu. 22.
Decisio Senatus in ea materia nu. 23.
Delinquendo cum armis vetitis, fit separatio armorum à delicto principali, si delinquens est subditus feudatarij nu. 24.
Prohibitiu remissiuus ligat prohibitionem iurisdictionis Iudicis concedentis executionem, decisum fuit per Senatum nu. 25.
Feudatarij officiales licet nullam habeant iurisdictionem in subditos maioris Magistratus, tamen, sic casu exigente, possunt eos detineri facere, & consignari maiori Magistratui nu. 26.
Saluaguardia per quantum tempus duret nu. 27.
Saluaguardiæ præsidium denegatur odiosæ personæ rixosæ nu. 28.
Saluus conductus differt à saluaguardia nu. 29.
Saluus conductus prodest, & in causis criminalibus num. 30.
Assicuratus per saluum conductum molestari non potest neque directe, neque per indirectum num. 31. & 67.
Saluiconductus forma diligenter est attendenda n. 32.
Saluaguardia concedi non solet contra Baronem pro subditis nu. 33. si tamen inter suis a superiore monitus, conceditur saluaguardiam nu. 34.
Saluaguardia conceditur in hoc dominio omissa monitione nu. 35.
Decretum Senatus in ea materia nu. 36.
Feudatarius maletractans subditus priuatur iurisdictione nu. 37.
Decretum Senatus in ea materia nu. 38.
Saluus conductus conceditur pro alijs delictis, vel bannitis, si pro vno se velit expurgare inquisitus n. 39.
Saluus conductus non conceditur nisi a Principe, vel Senatu, nu. 40. & 41.
Index inferior ex causa concedit saluum conductum ex iure communi nu. 42. & 43.
Contrarium nu. 48. Andreæ Alfers Senatoris mentio honorifica nu. 44.
Decretum Senatus in materia saluiconductus nu. 44.
Saluum conductum impetrans, eo abuti non debet, sed sincerè vgere nu. 45.
Aloisij Cusani Præsidis Senatoris mentio honorifica num. 46.
Principem non decet labiam mentiri nu. 47. & 48.
Principalis delinquens dicitur, qui proprijs manibus deliquit nu. 49.
Mandans dicitur principium, & causa delicti num. 50. & 51.
Nou. Constitut. in tit. de pænis §. mandantes, declaratur nu. 52. & 53.
Principalis delinquens quis dicatur nu. 53. & 54.
Homicidij apensati participes æqualiter puniuntur nu. 55. & 56.
Gasparis Asferi Senat. mentio nu. 57.
Caroli Patellani Senatoris mentio nu. 58.
Decisio Senatus circa participem nu. 59.
Pæne delatæ sclopi rotati extenditur ad mortes. Decisio Senatus nu. 60.
Saluus conductus non extenditur ad delicta futura num. 61.
Contrarium verius num. 62.
Salui conductus lapsu termino excluditur illius beneficium nu. 63.
Limitatur, si per se non stetit nu. 65.
Culpa propria sibi proficua esse non debet nu. 64.
Decretum Senatus in ea materia nu. 66.
Saluus conductus indefinitè concessus durat, donec viuat concedens nu. 68. Contrarium nu. 69.
Gratia durat etiam post mortem concedentis nu. 70.
Saluus conductus ciuilis quis nu. 71.
Cedens nomen debitoris, quem sciebat habere saluum conductum, tenetur versus cessionarium ignorantem, ac si casus euictionis euenisset nu. 72. & 73.
Saluus conductus comprehendit etiam debitum Fiscalem.

lem, si expressum fuit pro debitis publicis nu.74.
Limitatur, si esset sub reptitius saluus conductus, n.75.

Saluaguardia conceditur à supremo Principe fauore debilium contra Potentes, & cuius sit effectus.

CAP. CCXXVIII.

DEbiliorum securitati, ne illi a
Potentibus opprimantur, eosdem dando in saluaguardiam
1 Potentior prouidit. *Vulpianus*
I.C. in l. illicitas §. ne potentiores
ff. de officio præsidis. Quod remedium vti subsidiarium sæpe hoc tempore
practicatur, dum ex belli sæuientis motibus non
pauci ex potentioribus debiliores opprimere
student. Quod remedium Æquissimum in Æ-
2 QVITATE fundatum esse notum est, & habe
tur ex contentis in *d. l. illicitas, & l. 9. de vsufr.* &
quod remedium non solum est de Iure ciuili, ve-
3 rum etiam de Iure Diuino, vt tradit *Hercul. tr. de*
caut. de non offendendo cap. 3. nu. 23. & ex traditis
per Menoch. de arbitr. casu 338. nu. 7. & seq. & in
cons. 824. nu. 2. & 3.

Hæc saluaguardia dupliciter consideratur, quædam generalis est, alia vero specialis, prima fit
4 sine causæ cognitione, hæc vero cum maturitate, & ex graui causa, vt tradit *Neurzanus cons.*
83. num. 12. Osasc. Decis. 88. & Thesaur. Dec. 132.
nu. 3. & late executis Menoch. de arbitr. pleuad. casu
338. & Bertazol. cons. 511. crim. num. 36. ac seq.
lib. 2.

Et vtraque respicit aut personam tantum, vel res,
5 siue bona, aut vtraq; simul *Rebuff. in l. ad his C.*
de nauicular. lib. 11. Faber in l. denunciamus C. de
his qui ad eccles. confug. Guido Papa Decis. 418. &
Cassan. in Catalogo gloria Mundi par. p. nu. 118. &
num. 195.

Concernit autem personam, quando Princeps, vel
Senatus (Principis locum obtinens) cuius solius
est has literas concedere, præcipit sub tali pena,
ne offendatur Caius in persona a Sempronio, de
quo valde dubitatur, vti viro manuprompto,
qui solet exequi minas, vel cuius vultum vix
6 sustinere possumus, Immo quod Sempronius
vsque adeo Caij curam habeat, vt à quouis alio
defendat, & tueatur, meminit *Carauita cons. 723.*
lib. 4. idcirco obseruantia in hoc Dominio Mediolani inualuit, vt in præcepto saluaguardiæ
7 addatur clausula, Ita vt, si aliquo modo offendatur Caius, statim teneatur Sempronius ad comminatam pænam, ac si illemet offendisset
Caium.

Quod remedium salutare valde ÆQVVM, & publicæ quieti multum proficuum esse tradit *Bal.*
8 *in l. 3. C. qui bon. cedere poss. post Bar. in l. vlt. nu. 3.*
ff. quod metus causa, iuncta l. de pupillo §. si quis
pretori nu. 5. ff. de noui oper. nunciat. Molina de pri-
mug. Hispan. lib. p. cap. 15. nu. 11. cum seq. vincent.
de Franch. Decis. 256. par. 2. Menoch. cit. casu 338.
Natta cons. 237. Bertaz. cit. cons. 511. nu. 36. cum
seq. lib. 2. Magon. Decis. Lucens. 100. quos sequitur
Costa all. Remed. subsid. 19. nu. 5.

Et in saluaguardiæ concessione non requiritur
9 partis citatio *Neuizar. all. cons. 83. col. vlt.* sed
solet sumarias informationes recipi facere Sen.
Exc. in hoc Dominio de potentia, & moribus
illius manuprompti, & quod minas exequi soleat, ijsque auditis concedit saluaguardiam, &
ita præsertim censuit die 13. Iulij 1650 fauore
10 I.C. contra quendam Comitem eius debitorem,
qui minas grauissimas inferebat loco solutionis
debiti satis grauis, referente Amplissimo Domi-
11 no Senatore Iacintho Orrigono penes Egr. Secretarium Iuagnes.

Præterea infringens saluaguardiam lesæ Maiestatis aliquando fit reus, licet extraordinariæ pænæ
tantum locus sit, cum Principum mandata sint
12 custodienda, & venerabunda illorum Maiestas
Bursa cons. 216. nu. 25. lib. 2. & explicat distinguendo Farin. qu. 29. nu. 12. plur. seq.

Cæterum pænam fractæ saluaguardiæ, si agitur inter subditos vassalli, spectare ad vassallum,
etiamsi illa fuerit concessa à Principe, scribit
13 *Thesaur. Decis. 132. post Boer. Decis. 297.* quod notatu dignum est; quia cum saluaguardia dicatur
benefitium Principis, non redundat in præiuditium tertij, *Natta d. cons. 237. & Neuizar. all.*
14 *cons. 89. nu. 9.* neque saluaguardia aufert iurisdictionem vassalli, quamuis cognitio contrauentionis illius remaneat apud superiorem concedentem; Id quod conuenire etiam videtur disposit. Nou. Constit. Mediolani in tit. de Feudis in
15 fine, vbi hæc subijciuntur verba, sed respectu
subditorum feudatarij confiscationes, & item
condemnationes pecuniarias Feudatarijs aplicandas esse, de qua *Ruginel. prat. qu. cap. 46. num.*
77. Vbi materiam hanc Nou. Constit. pertractat dicens, quod pæna condemnationum, &
16 bona confiscata dicuntur fructus iurisdictionis
ex capit. Decis. 27. nu. 15. nisi expresse dictum fuisset pænam applicandam Reg. Fisco, statuit Sen.
17 die 20. Octobris 1558. de quo Senatus *cons. Ruginel loco citato nu. 81.*

Præterea, si suppositus iurisdictioni feudatarij ex
ordinem Senatus fideiussionem præstasset pro
certa summa de bene viuendo, mox deliquisset
in Iurisd. immediata Principis, & citat. condemnationem passus esset, pæna Fisco Regio applicanda veniret, eo quia delictum commissum fuerat in territorio Principis, quo casu forus deli-
18 cti principaliter attenditur *l. p. C. vbi de crim. agi oppor. & §. si clientulus Inst. de pactis*; Et ita
censuit Sen. die 16. Martij 1592. in causa Nicolai
19 Murte, qui iussu Senatus fideiussionem præstiterat in offitio Bassignanæ, de quo Senatus *cons.*
Ruginel. in cit. cap. 46. nu. 89. & sic vbi persona recepta in protectionem nullum alium recognoscat superiorem, quam ipsum principem, & illius ministros, quia de maiori Magistratu esse

dicitur in hoc Dominio, tunc pæna debetur ipsi
Principi, vt probat *Bertazol.cons.crim.51.nu.17.*
& cons.511.nu.36.
Hæ etenim pænæ, sub quibus saluaguardia conce-
ditur, dicuntur pænæ particulares, in quibus
Fiscus Feudatarij nullum ius habeat, vt censuit
21 Senatus mense Ianuario 1573. referente D.
Senatore Porro, per quem Senatus consensum
tollitur contraria Sententia *Thesauri cit. Decis.*
132. Idem procedit in pænis delationis armo-
22 rum à proclamationibus existentis Gubernato-
ris vetitorum, in quibus Feudatarij nullum ius
habent, etiamsi ex huiusmodi armis offensus
fuisset subditus Feudatarij. vt censuit Sen. Ex.
23 die 4. Februarij eiusdem anni 1573. & refert
Ruginel.cit.cap.46.num.85.& 86. dicens separa-
tum esse crimen armorum à delicto in subditum
comisso, quod procedere inquit ibidem *Ruginel.*
in omnibus pænis extraordinarijs, quæ de pote-
statis plenitudine imponerentur, vel si dolus
24 feudatarij adesset, quia ad feudatarium non spe-
ctarent, apostil.ad *Mart.Laudens.cons.37.nu.38.*
& 39. & tradit Bos. de pænis nu.25.cum seq.
Dicit etiam Ruginel. loco citato *nu.* 87. quod cum
in oppido Melegnani prohibita fuisset executio
concessa per cons. Iustitiæ Mediolani à duobus
suppositis Iurisdictioni feudatarij, cuius respectu
existimabatur causam spectare ad Prætorem
25 Melegnani; Tamen contrarium censuit Sena-
tus, vt testatur ipse *Ruginel. num.* 88. *in fine*; qui
Feudatariorum Pretores licet in subditos maio-
ris Magistratus nullam habeant Iurisdictionem,
26 possunt tamen sic casu exigente nobilem de-
linquentem capi facere, seù eius fictabilem, aut
colonos, vt illos postea tradant Maiori Magi-
stratui, vt in terminis probat *Bernard.Plottus in-*
ter cons. diuers. cons. 133. per l.2. C. de noxali act.
vbi Bal. & cæteri quos sequitur *Ruginel. pract. qu.*
cit.cap.46.nu.76.
Per quantum vero tempus duret saluaguardia, po-
test hæsitari; Atqui vel illa concessa fuit ad ar-
bitrium superioris, vel nullo expresso tempore,
27 & eo casu durat vsq; ad mortem concedentis,
nisi is viueret vltra triginta annos, quia vlterius
non producitur *Neuizan.all. cons.83.in fi.Capel.*
Tolos.qu. 489. in Addit. post Boer. & Guidonem
Papæ citatis locis.
Denegatur aliquando saluaguardiæ præsidium,
28 quando illum petens est odiosus multis, rixosus,
aut contraxit inimicitias cum multitudine gen-
tium, mox vnum duntaxat ex turba hostili gra-
uare contendit *Neuiz. all. cons. 83. cum alijs ci-*
tatis, & Hercul.d.tra.de caut.de non offend. cap.6.
sub nu. 9.in fine.
Saluaguardiæ autem plurimum assimilatur saluus
conductus, qui concedi solet, & quem securita-
tem aliqui appellitant, *l. vlt. C. qui bonis ceder.*
poss.& l.maiorem ff.de pactis, & tradit Hercul.tr.
de caut.de non offend. cap.3. nu. 20. de quo reme-
29 dio ample diximus supra in *cap. 107. per totam*
lib. 2. cum interdum illud concedatur in ciuili-
bus, quod non prodest in criminalibus causis, vt
30 explicat *Bal.cons. 400.lib.p.* quem sequitur *Ber-*
tazol.cons.crim.493.nu.9.lib.2. & tradit Carol.de
Grass.tr.de except. aduers.stat. probib. except. 32.
ac copiose scribit Pe. Caballus *Resol. crim. lib. p.*
casu 50.nu. 118. quo casu assicuratus molestari
31 non potest directè, neq; indirectè *Bertazol.cons.*
crim.359.nu.2.& 3.lib.2. & Farin.qu.29.num.3.
quamuis illius formam diligenter esse attenden-
32 dam probet *Osasc.all.Decis. 88.nu. 35.vti dicitur*
de decreto & statuto Crau.cons. 723.nu.2.
Saluaguardiæ prouisio licet contra Baronem fa-
uore subditi concedi non soleat, vt inquit *Papon.*
33 *lib.13. tit.2. art.5. quem seq. Tepat. in eius repet.*
lib.p.tit.de saluaguard.col.2. Tamen si ter a supe-
riore monitus fuit Baro, ne in subditum sæuiret,
24 tunc conceditur saluaguardia, vt probat *Rol.*
cons.18.nu.29.lib.3. & cons.40.nu.29. lib.4. Boer.
Decis. 304.quos seq. Giurba cons. 66. nu.17.& 20.
cum seq. quamuis omissa hac monitione, vbi
constat de sæuitia in subditos, huiusmodi salua-
guardia concedi soleat in hoc Dominio Medio-
35 lani per Excellentissimum Gubernatorem, vel
per Ex. Sen., & ita obtinuit anno 1651. mense
Augusti Franciscus Cerlianus de loco Mariani
36 contra D.Comitem Herculum Marlianum eius
feudatarium in causa criminali coram me tunc
Iudice Prætorio ad signum equi pendente, &
Baro priuatur iurisdictione, si subditos inhuma-
37 niter tractat *Bal. & alij in cap. Federic. § qui-*
cumq; de pace ten. Afflict. Decis.265.nu.11.& tra-
dit Giurba all.cons.66.nu.21. prout ita fuit obser-
uatum per Ex. Sen. die 1651. contra
38 Feudatarium Luini.
Quia autem sæpe occurrit agi de materia saluicō-
ductus, siue securitatis, in causis criminalibus,
dum præsertim aliquis capitaliter in contuma-
tiam condemnatus, & nouiter processatus de
crimine, cupit se ab illo expurgare, & propriam
innocentiam demonstrare, petit sibi concedi
saluumconductum pro priori capitali condem-
natione, vt tutò possit comparere ad se expur-
gandum a nouissima Imputatione, quo casu so-
let Ex.Sen. huiusmodi saluumconductum conce-
39 dere, modo termino dierum decem se præsen-
tet in fortijs illius Iudicis, a quo inquisitor
iuxta *l.p.ff.de requir.reis signor. cons.102. & 103.*
Bal.cons. 400. lib.p.
Qui saluus conductus durare habeat per totum
tempus, quo ille in fortijs remanebit, & per
dies tres post expeditionem causæ, ob quam se
præsentauerat, cum ab alio, quam a Principe,
40 siue a Senatu, qui ab eo iura Principis habet,
concedi non possit, vt dictum fuit, & tradit
41 *Honded. cons.111. nu.62.lib. p.Plotus cons.78.nu.*
41.Farin. qu.29.nu. 80 *post Bassiam in tit.de reme-*
dijs ex sola Clem. Principis nu.60. cum seq. quam-
uis ex Nou. Constit. in tit. de Senatoribus hæc
facultas sit reseruata ipsi Principi, & eius loco
Ten. si iure communi inspecto, Inferior Iudex
ex causa possit concedere saluum conductum ad
42 tempus, etiam bannito comparere volenti pro
se defendendo ab imputatione alterius delicti,

vt testatur *Farin. cit. qu. 29. num. 81. cum seq. plur.*
43 vbi exceptuat dictionem ecclesiasticam, quem
sequitur *Costa remed. subsid. 20. nu. 6.*

Requiritur autem pro validitate saluiconductus,
vt absit omnis subreptio, postquam saluuscon-
ductus præsefert gratiam, quam subreptionem
vitiare certum est *cap. postulasti de rescriptis Ripa
in l. p. nu. 27. ff si certum petatur, Farin. cit. qu. 29.
n. 23. & Surd. Decis. 307. nu. 17.* Qua de re anno
1651. mense Ianuarij referente Amplissimo D.
44 Senatore Aliforo cēsuit Senatus saluum condu-
ctum concessum Francisco Buffeto de loco Caf-
fani, cum impunitate, vt detegeretur homici-
dium cōmissum in personam Iulij Cæsaris Fina-
lis per Carolum Botatium omnes famulos nobi-
lis Pirri Spinulæ, iuxtà traditionem *Menochij all.
casu 337. nu. 2. & Graff. cons. p. de furt. lib. 5.* mini-
me releuare, dum narasset se auxilium præsti-
tisse post delictum cuidam homicidio præmedi-
tato proiciendo in puteum cadauer occisi, mul-
taque saxa super illud proiciendo, ne ad alicuius
notitiam perueniret; Deindè vero compertum
fuit ipsum Franciscum fuisse principalem occi-
sorem, attenta enim minori ętate eiusdem Fran-
cisci tempore delicti ætatis annorum 18. fuit ad
triremes per Sen. Excell. damnatus die 2. Maij
1651. referente Amplis. D. Senatore Casnedo,
per sequens rescriptum.

1651. die secunda Maij.

Relato per Egregium D. Pręторem Mediolani Co-
ram Excellentissimo Senatu diffinitiuè processu
instructo contra Franciscum Buffettum, & Ca-
rolum Bottacium, nempè quod præcedente
odio, præuioque tractatu, cum d. Bottacio no-
ctu Iulium Cæsarem Finalium famulum Pirri
Spinulæ, cui & ipse inseruiebat, secure in caput
percusserit, mox fune ad collum circumacto ne-
cauerit, & in puteum proiecerit, qui insuper
surreptis litteris impunitatis imposturam con-
tra dictum Bottacium de ipso scelere molitus
fuit, auxilium cooperatiuum armatus præuia
conspiratione præstiterit, relatisque deffensioni-
bus eorundem Reorum, & emergentibus in or-
dine ad minorem ipsorum ætatem, qui etiam
producti fuerunt coram Senatu, iunctis perpen-
sis, vna etiam cum voto Curiæ.

Censuit is ordo Buffettum remigare debere perpe-
tuo indicta pæna furcarum, si è classe fugerit,
Bottacium autem decennio, sub præcepto re-
migij perpetui, si inexpleto seruitio fugam
fecerit.]

Signatus Philippus Meda, & sigillat &c.

Requiritur etiam, vt impetrans saluum condu-
ctum non sit in dolo post impetrationem, neque
45 eo abutatur *Menoch. cit. casu 337. nu. 14. de arbi-
tr. & Surd. all. Decis. 307. nu. 10. & Farin. d. qu. 29.
nu. 56.* Quia abutendo gratia, huiusmodi priua-
tur beneffitio saluiconductus, vt deduxi in Cu-
ria Prætoria mense Decembris 1651. dum Iu-
dex ad signum equi processum instruxeram con-
tra Cap. Iosephum Caponagum, qui obtento
saluo conducto cum licentia deferendi sclopu-
los rotatos ab Illustrissimo D. Præside Sen. Ex.
46 D. Marchione Aloisio Cusano, viro in omni
scientia peritissimo, ea sub spe detineri faciendi
nonnullos scelestissimos, a quibus præsertim
fuisset tentata concussio, meticulose supo-
nebat contra Ioannem Villam publicum mer-
catorem pannorum huius Ciuitatis Mediolani,
insolentias multas commiserat cum sclopulis in
quasdam meretrices, præmissam detentionem
scelestorum neglexerat, vti dolose promissam
non animo eam adimplendi, (& quod peius)
concussionem ab ipsomet tentatam fuisse ap-
paruit, & tandem fassus est coram me; Relatis
etenim omnibus per Amplissimum Dominum
Senatorem Io. Caualchinum mense Augusti
1651. censuit Senatus nulla habita ratione
saluiconductus dictum Caponagum remigare
debere per septennium.

Alioquin etenimim punitas promissa seruanda ve-
nit a Principe, qui dicitur solutus legibus, &
quem non decet labium mentiens habere,
47 etiamsi illius verba possint vario modo inter-
prætari *Bal. cons. 400. quem sequitur Bossius d. tit.
de remedijs ex sola Clem. Principis num. 69.* Et
quam aliquando Inferiores Iudices sine auctori-
tate concedunt, & quidem perperam, ad extor-
quendas confessiones delictorum a reis, qui id-
circo illaqueantur, & qui modus illicitus, &
prauus reprobatur ob mendacium, & decipu-
48 lam, vt post alios tradit *Clar. in eius praxi qu. 55.
nu. 8.* & post eum scribit *Bargal. tr. de dolo lib. p.
cap. 6. nu. 52. cum seq. & Farin. cons. 53. vers. pro-
mittit impunitatem lit. L.*

Sed quia sæpe conceditur huiusmodi impunitas ad
detegendum delicta occulta, & grauiora, cum
ea limitatione, modo is, qui delictum detecturus
est, non sit principalis, siue ex principalibus de-
linquentibus, Hæsitatur, an mandans, vel po-
tius mandatarius, qui delictum consumauit, sit
principalis.

Et sanè *Bertazol. cons. crim. 190. lib. p.* probare co-
natur principalem dici eum, qui proprijs mani-
49 bus pacta mercede aliquem occidit, vel occi-
dere tentauit, multas non lenes deducens ratio-
nes, contrariam tamen sententiam tenet *Bal. in l.
data opera nu. 52. C. de his qui accus. non poss.* di-
50 cens mandatum semper interprætari esse prin-
cipium, & causam delicti, Principium scilicet
remotum occasione, & extrinsecum, Proximum
enim, & intrinsecum sceleris principium inest
ipsi facienti; Propterea principalis dicitur pro-
51 priè mandans, & faciens accessorius, *Gabr. cons.
170. nu. 10. lib. p. Menoch. de arbitr. casu 353. nu. 7.
Catalan. de abolit. lim. 12. cap. 39. nu. 57. cum seq.*
quos sequitur *Costa cit. remed. subsid. 20. nu. 10. in
fine* aducens singularem *tex. in l. non ideo minus
C. de accusat.*

Verum cum ex Nou. Constit. huius Mediolanensis
52 Dominij *in tit. de pænis §. mandantes*, adequen-
tur mandantes, & mandatarij quoad pænam,
Principales ambo Iudicio meo dicerentur man-
dans, & mandatarius, *Menoch. all. casu 353. &*

Farin. qu. 3. quam concluſionem præcipuè lo-
cum obtinere mihi videtur, ſi ab impunitate
excepti fuiſſent ij, qui eſſent ex principalioribus,
53 & ſic in numero plurali concepta eſſet limita-
tio, quia tunc tam mandans, quam mandata-
rius ſub nomine principalium venirent, & in
ambobus verificaretur limitatio.

Et quia *Coſta relato remed. 20. ſub num. 11. in fine*,
ſcribit principales non tantum non dici inſtiga-
54 tores, hortatores, ſuaſores, & conſultores in
his, in quibus quis tenetur de malo conſilio, &
de inſtigatione ad flagitium ex *Bertazol. conſ.
crim. 143. lib. p. Gomez. lib. 3. var. reſol. cap. 3. num.
38. cum ſeq. quos ſequitur Carp. ad Non. Conſt. §.
homicidium num. 1235. & 1374. cum ſeq.* qualitas
ipſa multo fortiùs verificatur in ſocijs, qui deli-
55 cto interfuerunt, & aſſiſterunt, animoſiorem-
que mandatarium reddiderunt, vt delinqueret,
qui omnes in delictis præmeditatis eadem pæna
56 tenentur cum principali mandatario, vt decla-
rat *Non. Conſtit. in d. tit. de pænis §. mandantes.*

Cuius Conſtitutionis intuitu die 6. Octobris 1651.
57 ad relationem Integerimi tunc Collegę D. Gaſ-
paris Aliferi Iud. in Prætorio ad ſignum Galli,
58 Referente Ampliſſimo D. Senatore Carolo Pa-
tellano, cenſuit furcis ſuſpendendum Auguſti-
num Collam Vigleuanenſem, itaut eundo ad
patibulum appēſum ad collum teneret ſclopulū
59 vulgo piſtola, cum quo armatus aſterat man-
datario explodenti ſclopulū in quendam Reſtā,
vt illum occideret (recepta pecunia) propè Ec-
cleſiam Roſæ; licet Deo fauente, neque vulne-
ratus remanſerit; ſolet etiam Senatus in his gra-
uioribus delictis vti arbitraria pæna ſibi remiſſa
vſque ad mortem, vigore proclamatum, quando
conuicti ſunt detenti de delatione ſclopulorum,
60 etiamſi conuicti non ſint de principali delicto.
vt memini fuiſſe ordinatum anno 1617. de Io.
Buterio Derthonenſi reo mādati ſuſcepti ad oc-
cidendum quendam hiſpanum, dato per Filium
Cauſid. Io. Mariæ Beſutij.

Vtrum autem ſaluiconductus extendantur ad deli-
cta futura, ſi prouocatus ex cauſa deliquit qui
ſaluumconductum impetrauerat, affirmatiuam
61 ſententiam tenent *Farin. d. qu. 3. nu. p. & 2. & nu.
58. cum plur. ſeq. Menoch. citato caſu 353. nu. 13. &
Surd. all. Deciſ. 307. nu. 13. quos ſequitur Coſta ſe-
pius all. remed. ſubſid. 20. nu. 13.* quamuis contra-
62 rium affirmare videatur *Boſs. d. tit. de remedijs
ex ſola Clem. Principis nu. 63.*

A quo alia proponitur quæſtio non contemnenda
circa ſecuritatem conceſſam occaſione inducia-
rum factarum inter Reges pro certo tempore,
quæ minimè obſeruatæ deinde fuerunt, vtrum
vnus detentus ex nouo delicto, qui recedere non
potuit in termino ſtatuto, gaudere adhuc poſſit
beneficio induciarum, poſt lapſum terminum.

Et affirmatiuè concludit *Boſſius nu. 64 ex Bart. in l.*
63 *vtimur ff. de ſepulcr. viola & l. fi. C. de dignit. lib.
12.* quia licet ex proprio delicto, & ſic culpa de-
tineatur, quo caſu carcer non debet eum excu-
64 ſare *tex. & glo. in l. 3. §. fi. ff. ſi quis caut.* Attamen
innocente declarato pro delicto, pro quo deti-
nebatur, dimitti debet pro priori imputatione,
65 pro qua vigore induciarum morabatur in loco,
in quo fuit pro alia cauſa captus.

Et idem cenſuiſſe Sen. conſtat anno 1624. menſe
Aprilis de cap. Offredo, qui pro certo delicto
ſponte ſe conſtituerat mediante ſaluoconducto,
eaque terminata cauſa retentus fuerat pro alia
66 cauſa, decernendo, quod tempus conceſſum ad
ſe præſentandum, & finita cauſa recedendum,
durabat etiam poſt terminatam ſecundam
cauſam.

Hoc etiam ſcire expedit, quod offendens habens
67 ſaluum conductum, fit reus læſe Maieſtatis,
vt expendit *Menoch. d. caſu 353. num 8. & 9. &
ample ſcribit Farin. all. qu. 3. a nu. 12. vſq; ad num.
20. poſt Boer. Deciſ. 179.*

Qui ſaluus conductus vbi indefinite fuerit conceſ-
68 ſus (quamuis regulariter pro certo expreſſo
tempore concedantur) durat, donec viuit con-
dens, ſiue expirat concedentis iuriſdictio *cap. ſi
Delegatus de off. Deleg. in 6. Bar. in l. centeſimis vlt.
ff. de verb. oblig. Farin. cit. qu. 3. nu. 73. & 84. cum
ſeq. de qua re Fachin. lib. 5. controu. iur. cap. 100. &
poſt eos Coſta remed. cit. 20 num. 14.* vbi ſubijcit
contrarium procedere in gratia per Principem
alicui conceſſa, quæ morte concedentis, etiam
69 re integra, minime expirat, de qua *tex. in cap. ſi
gratioſe de reſcript. in 6. & in cap. ſi ſuper gratia,
de offitio Deleg. in 6.* Diuerſum etenim obſerua-
tur in gratia conceſſa abſolute, & in alia, quæ
70 ad beneplacitum facit, conceſſa, qualis eſt ſaluus
conductus, vt ſcribit *Gabriel. tit. de prabend. con-
cluſ. p. nu. 24. Gail. obſeru. 60. nu. 15. lib. 2. & ſequi-
tur Coſta citato nu. 14. in fine.*

De ſaluo conducto autem ciuili, quem morato-
riam nuncupant, ſatis abundè ſcripſimus ſupra
71 vt dictum eſt *in pleno cap. 107. lib. 2. & ample
tradit Coſta cit. remed. 20. num. 15. cum ſeq. vſq; ad
finem*, ad quæ loca remittitur lector, ne eadem
iterum repetantur; vnum tantum non omit-
tendum eſſe arbitror, quod ſi quis cedit alteri
debitorem ſuum, vel pro ſanando debito, vel
recepto prætio, ſi debitor ceſſus ſaluum condu-
ctum, ſiue moratoriam obtinuiſſet inſcio ceſſio-
nario, & ſciente cedente, qui promiſiſſet de eui-
ctione, vel manutentione nominis debitoris
72 veri, & boni, tunc teneretur cedens verſus ceſ-
ſionarium, ac ſi euictionis caſus eueniſſet, ita
probat idem *Coſta de facti ſcient. & ignor. diſtinct.
44. cent. p. & ſub regula 10. a num. 17. vſque ad
finem, ac repetit. in cit. remed. 20. nu. 20. ex Roma.
conſ. 163. in fine, & Menoch. conſ. 778.* Ea ratione
73 quod promiſſio euictionis comprehendit om-
nes caſus, quibus ceſſionarius priuatur vtilitate,
& beneffitio rei *Ceſſa Signor. conſ. 90. nu. 26. & ſe-
quitur Alex. conſ. 109. lib. 4. de quare Barz. Deciſ.
110 nu. 2. & 3.*

Qui ſaluus conductus comprehendit etiam debi-
tum Fiſcalem, ſeu camerale, ſi expreſſè pro de-
bitis publicis ſit impetrata ſecuritas, alioquin
74 ſecus, *Bal. conſ. 400. lib. p. Menoch. de arbitr. caſu
303.*

303. nu.16. Pereg. de Iure Fisci lib. 6. tit. 7. nu. 22. nisi esset subreptitius saluus conductus, veluti impetratus lite pendente cum creditore, neque
74 citato, aut monito, neque facta litis pendentiæ mentione, vel tacito, quod debitor alias habuerit saluum conductum, siue inducias, vt post *Farin. qu. 29. nu. 31. cum seq. subijcit Costa loco relato nu. 23.*

SVMMARIA.

- *Præscriptio longissima extinguit omne ius in re præscriptum ad damnum non possidentis, nu. p.*
- *Dominia rerum in incerto stare non debent, nu. 2. Præscriptio quid sit nu. 3.*
- *Præscriptio locum non habet in solutione onerum n. 4.*
- *Recedere ab obseruantia non debemus num. 5.*
- *Onera soluuntur ab eo, qui fructus percipit num. 6.*
- *Onera, siue munera, alia personalia, alia realia, alia mixta, num. 7. & 8.*
- *Realia onera sunt, quæ imponuntur personis pro rebus num. 9.*
- *Personalia onera sunt, quæ tantum personis imponuntur, vt onus talis num. 10.*
- *Coloni personarum priuilegiatarum ad quæ onera teneantur num. 11.*
- *Onera alia ordinaria alia, extraordinaria num. 12.*
- *Onus mensualis ordinarium dicitur num. 13. 15. & 16. Contrarium voluit Galia illud extraordinarium appellans num. 14.*
- *Onus taxarum equorum ordinarium est num. 17.*
- *Onera extraordinaria, quæ ratione publicæ vtilitatis imponuntur, æquiparantur ordinarijs num. 18.*
- *Onera balli dicuntur superindicta, & patrimonialia num. 19.*
- *Hospitantes milites non tenentur tradere vtensilia, neque esculanta, & poculenta num. 20.*
- *Dadibrenus Theodorus damnatus, eo quia hospitalitatis non solueret expensam propriam, & iumentorum sibi ab agricolis factam, num. 21.*
- *Contrarium obseruatur his temporibus num. 22.*
- *Hospitationis onus mixtum, & extraordinarium est num. 23.*
- *Doctores exempti sunt ab hospitalitat. militum num. 24. sed onerantur eorum coloni num. 25.*
- *Onera vnusquisque possidens bona sustinere debet pro rata num. 26.*
- *Particulares homines cogi non possunt ad soluendum id, quod communitates debent num. 27.*
- *Exactor onerum detineri potest, vt eam soluat n. 28.*
- *Coloni tenentur ad onera pro rata suæ negotiationis num. 29.*
- *Onera, quæ ex fructibus penduntur, dicuntur realia num. 30.*
- *Colonus soluens onera excedentia portionem fructuum, repetit plus impensum à Domino num. 31.*
- *Secus, si ex pacto onera soluere tenetur colonus n. 32.*
- *Mercatores tenentur ad onera pro rata eorum negotiationis num. 33.*
- *Bona ecclesiæ, si reincidant in primeuam causam, vtpote si ab Ecclesia in emphiteusim laico fuissent data, ad onera non tenentur num. 34.*

Præscriptio non soluendum, locum non habet in onerum solutione, siue distributione, nisi sit centenaria.
CAP. CCXXIX.



Ræscriptionem præsertim longissimam extinguere omne
ius, quod alius in re præscrip-
1 tum prætendere posset, apertus
est tex. *in l. p. & secunda ac toto tit. ff. de præscript. triginta, aut quadraginta annorum*, Quo casu ignorantiã minime excusare probat *Couaru. Reg. possess. par. 2. §. 8. in fine, quem, & post alios sequitur Ladercb. cons. 75. num. 10.*

Inconueniens etenim est, vt dominia rerum in
2 incerto semper permaneant *d. l. p. ff. de vsucapi. & l. si ex duobus §. sed, & Marcellus ff. de eadem adit. Anchar. in cap. possessor col. 2. de reg. iuris, & Doct. in l. si ego ff. de solut. & probat Menoch. cons. 413. num. 24. & cons. 568. num. 13.* Cuius intuitu inuenta fuit præscriptio, vt abundè dictum est supra *in cap. 30. num. 74. cum plur. seq. lib. p.* vbi ex Baldo, & Bimio diximus Præscriptio-
3 nem esse ius quoddam ex tempore congruens,
legum auctoritate vim capiens, negligentibus pœnam inferens, ac litibus finem imponens.

De ÆQVITATE tamen excipitur à præscriptione obligatio soluendi onera, quæ debentur,
4 non obstante lapsu cuiusuis temporis, vel ratio-
ne euidentissimæ læsionis, vel ob palpabilem errorem circa onerum distributionem, siue exactionem, *Dec. cons. 335. Crau. cons. 95. num. 4. & cons. 972. lib. 5.* Et terminaliter decidit *Thesaur. decis. 239.* non obstante longeua obseruantia, à qua non facile est recedendum re-
5 bus sic stantibus; vt subijcit Thesaur. loco cita-
to. Quia pro rata commodi, onera sustineri oportet *Crau. cons. 553. in fine lib. 4. Franc. Marc. decis. 805. par. p.*

Hanc sententiam comprobat *Costa de ratione ratæ qu. 158. num. 3. dicens ex Nunzano cons. 66. num. 47. & cons. 67. num. 14.* onera deberi ab eo, qui
6 percipit fructus, non obstante præscriptione,
quando ÆQVITAS dictet reductionem ad ÆQVALITATEM ob euidentissimam læsionem, aut palpabilem errorem *iuxtà l. si pendentes §. si quod cloacar. ff. de vsur. & l. sicut ff. locati, & dixit Alex. ad Bar. in l. rescripta §. fin. ff. de muner. & bonor.*

Qui Costa loco cit. pluribus modis diuidit onera, siue munera, iuxta *l. munus ff. de verb. signif.* Mu-
7 nerum namque alia sunt personalia, quæ tri-
bus modis considerantur per *Bal. cons. 408. lib. 5. quem sequuntur Ladercb. cons. 38. Caroc. decis.*
8 *97. num. 4. cum seq.* videlicet alia sunt realia,
siue patrimonialia, alia personalia, & alia mixta *l. munerum ff. de muner. & bonor. Rimin.*

Iun.

Iun. conf. 589. num. 20. lib. 5. & latiss. tradit
Gail. obser. 52. lib. 2. & Bertazol. tr. de clauf.
21. glof. 5. cum sex seq. Realia sunt, quæ de-
9 bentur, siue imponuntur personis pro rebus
Egid. Tomatus tr. de toll. tr. 2. num. 12. fol. 35.
in opusculo paruo, & fol. 193. à t. in vol. 12. tract.
Personalia sunt, quæ personis tantum imponun-
10 tur, vt onus salis, Guastatorum, & huiusmodi,
de quibus copiosissimè Galia conf. 59. num. 5. &
47. Item Angariæ, & perangariæ, sub aduen-
tu Principis impositæ, & excubiæ Innoc. & Butr.
in cap. non minus de Immun. Ecclesia Natta conf.
157. num. 409. Vbi etiam affertur decisio
11 circa colonos personarum priuilegiatarum
Caroc. de locato par. 2. tit. de colonis priuil. quos
sequitur Costa all. qu. 158. num. 5. & Tomatus
loco rel. num. 19. cum seq. plur.

Rursus onera subdiuiduntur in ordinaria, & ex-
12 traordinaria, ordinaria namque ea dicuntur,
quę a lege inducuntur, siue Senatus Consulto,
aut Principis constitutione. Etiamsi certam,
& perpetuam non habeant præstationem, ve-
13 luti est onus mensualis in hoc Dominio, quam-
uis Galia cit. conf. 59. num. 67. cum duobus seq.
14 Extraordinarium illud esse concludat, et idem
probat Raud. conf. 54. num. 6. Verum cum Costa
15 loco relato num. 7. Ordinarium esse puto, dum
iam per spatium centum annorum, & vltrà
certam, & vniformem continens summam,
idest aureorum annorũ tercentũ mille exigitur,
16 illud que impositũ fuit anno 1541. Gubernante
hoc Mediolani Dominium pro Cæsarea Mae-
state Carolo V., Excell. DD. Ferrando Gon-
zaga, vt in indiuiduo exprimitur in Iuris alle-
gationibus per nos factis pro D. Carolo Monte-
merlo contra Communem Salarum, de quibus
supra in cap. 136. nu. 56. cum seq. lib. 2. & la-
tissime tradit Raudens. cit. conf. 54. num. 61. cum
seq. lib. 2. Vbi distinctionem hanc onerum, tàm
ordinariorum, quàm extraordinariorum, tru-
tinat, & nouissimè prosequitur D. Garon. ad
Nou. Constit. tit. de oneribus cap. 2. per totum.

Prout onus taxarum equorum, & ipsum ordina-
17 rium esse docet experientia, ab antiquis Duci-
bus Mediolani impositum, Galia d. conf. 59. nu.
57. Reliqua vero proprie, Et simpliciter ex-
traordinaria nuncupantur Bar. in l. p. C. de
agric. & cens. lib. 11. & in l. 4. C. de annn. &
tributis lib. 10. Felin. conf. 46. num. 7. & 8. Osasc.
decis. 95. num 43. cum seq. qui subijcit extraor-
dinaria onera, quæ ratione publicæ vtilitatis,
18 & necessitatis imponuntur, æquiparari ordina-
rijs, & mere realibus, Et pro rata bonorum
ferri Bertazol. cit. clauf. 21. glof. 10. cum seq. de
quo actum eque fuit supra in cit. cap. 136. num.
45. cum seq. plur. lib. 2.

Hinc onera belli dicuntur super indicta, & sunt
19 patrimonialia, potissimum onus recipiendi
milites in domo reputatur reale Natta conf.
158. & cauetur per Nou. Constit. huius Dominij
Mediolani in tit. de oneribus §. oneribus, & licet
subijciat Costa all. qu. 158. num. 8. quod hospi-
20 tates milites non teneantur tradere vtensilia;
neque esculenta, & poculenta, neque in
subsidium iuxta l. vnica C. de sal. ramo hospicio
non præstando lib. 12. cum emendatione damni,
Rol. conf. 66. lib. p. Id in concusse obseruabatur
per Romanos, in tantum, vt cum quidam agri-
colæ accusassent Dadibrenum Theodorem co-
21 ram Andronico Commeno apud se diuertisse,
& eum omnia tàm sibi, tùm seruitijs, iumentisq;
necessaria liberaliter accepisse, nihil soluto
decessisset; Imperator fustè in hominẽ animad-
uertit, Et ex Fisco alterum tantum agricolis
solui iubet; Quia militibus stipendia non solue-
bantur (vt fit) tributaque in eam rem Impera-
tor exigebat, vt inquit Pe. Erod. lib. 8. rerum
Iudic. cap. 12. tit. de vi publica, de quo hospi-
tandi onere copiosè Galia pleno conf. p. & conf.
59. num. 73. Contrarium tamen obseruatur, his
22 præsertim temporibus, quibus militum auidi-
tas in imensum creuit, vt vix ferri possit, quod
23 onus hospitationis mixtum, & extraord. nun-
cupat Galia rel. conf. 59. num. 72. & 73., & di-
ctum fuit in cit. cap. 136. num. 65. lib. 2.

Ab his vero hospitalitatibus exempti seruãtur Do-
14 ctores legum, & Medici etiam actu non legentes,
sed tantum tenentur contribuere in collectis,
hanc ob causam impositis, vt longa serie tuetur;
Thesaur. qu. famil. 93. lib. 2. & ita pluries Cen-
suit Sen. Excell. præsertim id mandauit die 11.
Settembris 1617. iubendo D. Commissario ge-
nerali exercitus, vt portio militum spectantium
bonis I.C. & Catafractorum transmitteretur ad
domos eorum colonorum, & fictabilium, non
25 vero ad proprias eorum domus, & deficienti-
bus Colonis, vel alijs ad hospitium, expensis
eorundem, de qua re luculenter D. Garronus
ad Nou. Const. tit. de oneribus art. 8. num. 6.
cum seq.

Quilibet namque sustinere debet onera pro bonis
suis, contribuendo pro rata, & debita portio-
26 ne, & non transferre sarcinam suam ad infe-
riores l. p. C. de Cens. & Censitis lib. 10. vt sæpe
euenit, dum potentiores oprimere conantur
debiliores, quamuis ex vigilantia Excellentiss.
Moderatoris, & Supremorum Tribunalium,
his conatibus resistatur.

Prout neque etiam particulares homines detineri
27 possunt, & cogi ad soluendum in solidum id,
quod Communitates debent ratione onerum;
Sed quilibet pro sua rata, vt diximus supra
in cap. 49. per totum lib. p. per tex. in l. vnica C.
28 de Vicar. lib. 11. tametsi capi ille possit, cui da-
tum est onus exigendi, si fuit negligens, & po-
stea ipse exigit ab alijs Alex. in l. 4. num. 14. ff.
de re iud. quem sequitur Costa recensita qu. 158.
num. 9.

Coloni etiam compelluntur pro rata suæ negotia-
29 tionis, & industriæ, ac laborum, atque pro
rata fructuum, deductis impensis, ad Collectas,
vt inquit Thesaur. decis. 116. num. 10. & hæc
onera, quæ ex corpore fructuum pendun-
30 tur, dicuntur realia, vt determinat Menoch.

conf.

conf. 76. num. p. cum seq. & seq. Costa sapius all. qu. 158. num. 12. Quod si Colonus, siue conductor præter portionem fructuum soluit onera, impensum repetita Domino prædij, qui tenetur ad collectas, *Caroc. de loca. p. par. p. tit. de coll. Ias. conf. 109. col. fi. lib. p. Osasch. decis. 83. Natta conf. 409. num. 7. Vincent. de Franch. decis. 107.*
32 *& nouissimè Peregr. de fideicom. art. 50. num. 18.*
nisi contrarium ex pacto fuisset conuentum *Farin. conf. 40. num. 19.* Quemadmodum mercatores quoque obnoxios esse solutioni onerum
33 pro rata suarum negotiationum probat *Natta*
conf. 423. & Alba conf. 38. cum duobus seq. & ample tradit Costa conf. p. in qua causa scripsit etiam *Menoch. cons. 1144.*

Si verò bona censita reincidant in primeuam
34 causam, veluti cùm bona emphiteotica Ecclesiæ reuerterentur ob non solutum Canonem, vel ob lineam finitam, aut ob alienationem factam irequisito Domino, vel ob aliam causam, cessare quoque debent onerum exactiones, cum assumant priorem naturam *Bar. in l. cum in diem ff. de aqua plur. arc. Natta conf. 328. Alba conf. 223. in fin. lib. 2.* Id, quod belli causa valde practicatur in hoc Dominio, præsertim causa pastorum, tam per hostes, quam per milites nostros, ad illius recuperationem permulta bona inculta remansere.

SVMMARIA.

Sententia lata contra principalem non exequitur contra fideiussorem non citatum num. 1.
Conclusio procedit tàm contra fideiussorem contractus, quam de iudicatum soluendo num. 2.
Fideiussor iudicatum solui appellare potest ab executione concessa contra ipsum num. 3.
Contrarium verius est num. 4.
Sententia odio principalis lata non mittitur executioni circa fideiussionem absque nouo processu num. 5.
Occurrendum est infinitati num. 10.
Fideiussor ante transitum sententia in iudicatum potest proponere exceptiones principali competentes num. 11.
Fideiussor de iudicatum soluendo tenetur ex ficta confessione principalis num. 12.
Statutum obligans patrem pro condemnatione filij declaratur num. 13.
Differentia maxima est inter fideiussorem contractus, & fideiussorem iudicatum solui num. 6.
Fideiussor de iudicatum soluendo conuenitur sine nouo processu num. 7.
Fideiussori de iudicatum soluendo succurritur mediante summaria cognitione, qua recipitur in executione sententia num. 8. & 9.
Pater obligatus pro filio condemnato, quando vel virtute statuti, vel aliter, aquiparatur fideiussori de iudicatum soluendo num. 14. & 15.

Fideiussor de iudicatum soluendo non potest appellare à sententia contra eius principalem lata, sed tantum admittitur ad propinandum exceptiones, quæ in executione sententiæ admitti solent.

CAP. CCXXX.



1 MARTIANVS I. C. *in l. à Sententia ff. de appell.* prouidit, ne Sententia contra Principalem lata executioni mittatur contra fideiussorem non citatum, & sic absque nouo processu, vt exponit ibidem *Bar. nu.* Et tradit idem *Bart. in l. p. ff. Iudicatum solui*, quem omnes sequuntur, vt refert Suarez in declamatione *legum fori tit. de los emplacamientos num. 20. Bursa. conf. 203. num. 12.*

Et hanc conclusionem procedere tàm in fideiussore contractus, quam in fideiussore de Iudicatum
2 soluendo, qui potest pro suo interesse appellare, probat *Castr. in l. fin. ad finem C. de vsu rei Iudic.* per glosam ibidem in verbo fideiussorem, quam sententiam amplectitur *Silua. cons 85. num. 6. per tex. Et post Bar. in d. l. à Sententia ff. de appell. Canale. decis. 10. de Iudi. sub num. 6. par. p. Ancbar. qu. 19 lib. 2.* vbi plus voluit d. fideiussorem posse appellare ab executione, quæ contra
3 ipsum fieret *Petr. Ant. Angui. conf. 15. num. 3, lib. 3.*

Attamen de ÆQVITATE contrarium verius est
4 in fideiussore de Iudicatum soluendo, cum *tex. in d. l. à sententia* loquatur de fideiussore contractus, quæ sententia odio principalis lata non mittitur executioni absque nouo processu, non
5 autem de fideiussore iudicatum solui, inter quos maxima est differentia, vt distinguendo
6 hos terminos probat *Bosi. in tit. de carcer. fideiuss. comitt. nu. 60.* Dicens fideiussorem de Iudicatum
7 soluendo conueniri sinè nouo processu, & ideo non posse appellare a sententia lata contra principalem, quæ transitum fecit in iudicatum; quia; si vellet huiusmodi fideiussor proponere aliquod pro suo interesse post sententiam, & in eius executione; Ei succuritur per viam cuius-
8 dam summariæ cognitionis, in qua adhibetur ea causæ cognitio, quæ recipitur in executione sententiæ, iuxta tradita *in l. A diuo Pio §. si super rebus ff. de re iud. & declarat. Angel. in d. l. p. ff. Iudicatum solui. & tradit ibidem Bar. & Bar. in §. in fideiussorem*, & amplè scribit *Suarez loco citato nu. 11.*

Hanc sententiam vti ÆQVISSIMAM sequitur
9 *Moret. conf. 21. nu. 7. & 9.* concludendo, quod si concederetur appellatio fideiussori Iudicij à senten-

ſententia lata contra principalem, res iret in infinitum, & fideiuſſio præſtita in Iudicio ad fauorem actoris retorqueretur in odium, ſiquidem obtenta ſententia contra principalem, cogeretur adhuc actor reſpondere huic fideiuſſori, & nouum Iuditium cum eo ſuſtinere, in quo forte opus eſſet noua cautione, & ſic res in infinitum
10 abiret, vt inquit *Bart. in d. l. num. 2. ff. iudicatum ſolui.*

Bene poteſt fideiuſſor ante tranſitum ſententiæ in Iudicatum proponere exceptiones ipſi principali competentes, & præcipue compenſatio-
11 nem, vt ſubijcit *Morot. cit. conſ. 21. ſub num.* 10. ſed poſt tranſitum ſententiæ in iudicatum non poteſt vlterius opponere, vt ibidem inquit *Morot.*

Quæ firmata concluſio locum habet, etiamſi principalis in contumatiam paſſus eſſet ſententiam in Iudicatum tranſitum facere; Quia nihilominus ad eam exequendam tenetur fideiuſſor de Iudicatum ſoluendo, & ſic ex ficta confeſſione
12 principalis, ob quam fuit ille condemnatus, *tex. in l. cum querebatur ff. Iudicatum ſolui, Bero. conſ. 202. nu. 31. & ſeq. lib. 3. quem ſequitur Morot. cit. conſ. 21. nu. 11. &* 12. vbi pro dilucidatione fictæ confeſſionis reſultantis ex contumatia tradit
13 diſtinctionem, quando ſtatutum diſponit, vt pater teneatur pro filio delinquente, vel iubet, vt pater teneatur ad condemnationem factam contra filium, quia primo caſu veritatem delicti requiri, & ſic veram illius probationem, concludit, non autem fictam confeſſionem, ex contumatia reſultantem, ſecundo autem caſu teneri
14 patrem pro filio, ſiue præſente, ſiue in contumatiam condemnato, quia eo caſu pater æqui-
15 paratur fideiuſſori de Iudicatum ſoluendo *ex Bart. in l. cum filius famil. ff. de verb. oblig. vbi Alex. nu. 6. Iaſ. nu. 13. & repetit Bar. conſ. 116. Ad rem Valent. Franch. tr. de fideiuſſ. cap. 6. num. 145. cum plur. ſeq.*

Alia multa dici poſſunt de hac materia fideiuſſoris, ſed quia abundè de ea actum fuit ſupra in *cap. 139. per totum, & in cap. 156. num. 19. lib.* 2. non repetuntur hic, ne quod actum eſt iterum agatur.

S V M M A R I A.

Pacta ſeruanda ſunt inter partes nu. 1.

Scienti, & conſentienti non fit dolus, aut iniuria n. 2.

Promiſſio ſoluendi in certis locis, vel vbique locorum, non poteſt extendi ad loca remotiora ſpecificata num. 3.

Clauſula generalis non continet maiora expreſſis num. 4. & 5.

Obligatio ad plus non extenditur, quam contrahentium mens fuit nu. 6.

Creditor cum debitoris iactura locupletari non debet num. 7.

Promittens ſoluere in pluribus locis ſpecificè copulatis, intelligitur promiſiſſe ſoluere partem in quolibet loco ad ratam nu. 8.

Copula natura eſt aequaliter diſtribuere copulata n. 9.

Solutio diuidua non admittitur inuito creditore nu. 10.

Declaratur nu. 11.

Electio locorum, vbi ſolui debet pecunia promiſſa in pluribus locis, ſpectat ad creditorem nu. 12.

Limitatur, vbi à debitore fuerit praeuentus nu. 13.

Alternatiua exigendi eſt in electione creditoris, alternatiua verò ſoluendi in facultate debitoris n. 14.

Limitatur, quando vnum fuit poſitum in obligatione, & aliud ad cautelam nu. 16.

Electio in alternatiuis eſt eius, cuius fauore alternatio appoſita fuit nu. 15.

Mora incurritur per debitorem ex lapſu diei, quo ſoluere tenebatur nu. 17.

Excommunicatio non incurritur per lapſum diei, quo penſio erat ſoluenda, niſi facta interpellatione num. 18. 19.

Penſionarius, ſi declarat ſe velle incurriſſe excõmunicationem ſoluentem penſionem, fit retrotractio ad diem morae incurſae nu. 20.

Excõmunicatus ob penſiones non ſolutas non auditur, niſi effectualiter, & integraliter eas ſoluat nu. 21.

Nullitas penſionis deducta vi ex ventre litterarum expeditarum, non releuat in materia penſionis, declarata excommunicatione nu. 22.

Contrarium verius nu. 23.

Excõmunicatio contra moroſum debitorem penſionis locum non habet, niſi conſtet de praeſentia penſionarij, cui ſolui debebat, vel eius procuratoris num. 24.

Moroſus debitor penſionis, qui nõn habet probabilem excuſationem, poteſt priuari beneficio nu. 25.

Abſolutio ab excõmunicatione ratione penſionis non ſoluta poteſt fieri per ordinarium, niſi reſeruata fuerit S. Sedi Apoſtolicae nu. 26.

Promittens ſoluere in pluribus locis ſpecificatis, addita clauſula, & vbique locorum, conueniri non poteſt in loco remotiori expreſſis.

CAP. CCXXXI.



Aſſim deuenire ſolent partes ad pactum ſoluendi debitum Venetijs, Romæ, Neapolis, cum clauſula, & vbique locorum; creditor vero aduento die ſolutionis prætendit eam fieri Antuerpiæ, ſiue Coloniæ, aut Madriti; Dubitatur, an iuſta ſit petitio creditoris, cum enim debitor ſe obligauerit ſoluere in quouis loco, ſine creditoris iniuria ſolutionem denegare vi-
1 detur; Pacta etenim ſeruanda eſſe habetur *in l. p. ff. de pactis, & l. ſi creditor §. illud ff. de diſtract. pignoris.*

Præterea non fit dolus, aut iniuria ſcienti, & conſentienti *cap. ſcient. de reg. iur. in 6. Abonde Aſin. de execut. §. 7. cap. 167.* vbi decem refert caſus, in

quibus

quibus recipitur particularis solutio; Clausula
autem illa, & vbique locorum, ampla, & gene-
ralis est, continens quæcumque loca, ac si dictum
esset, vbicumque *l. in lege fundi 37. ff. de act. empti*
& ibi glo. & l. quod nisi 20. ff. de operis libertorum.
Ergo in quocumque Mundi loco fieri debere
solutionem dicendum est.

Hanc sententiam sequitur *Imola in cap. p. sub num.*
31. vers. & per hoc, & ibidem Ripa num. 71. de Iu-
dic. cum quibus conuenit *Alex. in l. si conuenerit*
nu. 12. vers. quid si promitto ff. de Iurisd. omn. Iud.

De ÆQVITATE tamen contrarium verius est,
3 vt scilicet solutio fiat in locis æque distantibus,
non in remotioribus à locis specificatis *arg. l. 3.*
§. si quis ita ff. de eo quod certo loco; quia intelli-
gitur actum de locis similibus expresis; tum quia
clausula generalis sub se maiora expressis non
4 comprehendit *cap. sedes de rescript. & Clem. non*
potest de procurat. Tum quia generalitas per spe-
cificata declaratur *l. vlt. §. cui dulcia ff. de trit.*
vino & oleo lega.

Quam conclusionem amplectitur *Roma. cons. 180.*
si admittimus sub nu. 9. vers. nec præmissis, & Ripa
in all. cap. p. de Iudic. nu. 71. dum fatetur hanc
esse communem opinionem, Idem probat *Ias.*
5 *in d. l. si conuenerit num. 44. vers. secundo intellige*
Capol. cautela 70. Sæpissime in Instrumentis & So-
cin. Iun. in cap. dilecti in §. qu. princip. nu. 30. vers.
vnde quood, quos sequitur Rendin. in eius propria
tic. de solutionibus nu. 3. vers. Diuersa tamen; ÆE-
QVITAS namque non patitur, vt qui expræsse
promisit soluere in locis distantibus per centum
miliaria, vel in quodcumque loco, &c. cogatur
soluere in loco valdè remotiori cum maximo
eius incommodo, ne obligatio ad plus extenda-
6 tur, quam contrahentium mentem fuisse vide-
tur, contra *l. fideiussor Magistr. §. pro Aurelio ff. de*
fideius. & post alios probat Gratia. lib. 4. discept.
forens. cap. 716. nu. 5. & 6. ac diximus supra in cap.
193. nu. 46. lib. 2.

Hoc etenim pacto creditor cum debitoris iactura
locupletior fieret contra ÆQVITATIS nor-
7 mam, de qua *in l. curabit ff. de action. empti, &* di-
ximus supra *in cap. 40. nu. 2. & cap. 45. nu. 10. lib.*
p. ac in cap. 107. nu. 16 lib. 2.

Et huic sententiæ consonat dispositio *d. l. 3. §. si quis*
ita ff. de eo quod certo loco, de qua Costa de ratione
8 *rata qu. 69. nu. p.* dum concludit promittentem
soluere in pluribus locis specificè copulatis in-
telligitur promisisse partem soluere in quolibet
loco ad ratam locorum, cum natura copulæ sit
9 æqualiter distribuere copulata *vulg. l. reos §. cum*
in tabulis ff. de duobus reis Alber. in l. fundus ille ff.
de contrah. empt. Non refragrante, quod solutio
diuidua, & particularis afferat plurima incom-
moda, quæ idcirco non admittitur inuito cre-
10 ditore *l. plane ff. famil. ercisc.* quia hoc locum
non habet in obligato soluere pluribus in locis,
11 vt perpendit *Ias. in l. quidam existimauerunt nu.*
2. 5. & 7. vers. octauo limita ff. si certum petatur,
quem sequitur Costa cit. quæst. 69. num. 3. de port.
rata.

Quando verò promissum esset soluere in pluribus
locis specificatis alternatiue, vt scilicet in ciui-
tate Romæ, vel Venetijs, aut Bononiæ, tunc
electio loci, in quo fienda est solutio, spectat ad
12 creditorem, vbi petat; Nisi præuentus fuerit à
debitore promissore, & vigilantiore, cum ante
litis contestationem electio sit debitoris, vbi sol-
13 uat *d. l. 3. §. si quis ita ff. de & quod certo loco, & l.*
plerumq; ff. de iure dotium, Afflict. Decis. 397. nu. 4. &
latissime Ripa in cap. p. nu. 69. de Iudicijs, & post
alios *Ias. in §. si quis agens vers. Plus autem nu. 28.*
Instit. de action.

Alternatiua etenim exigendi est in electione credi-
toris, sed alternatiua soluendi est in electione
14 debitoris, vt notatur *in l. Lucio ff. de lega. 2. & in*
l. si ita distrahatur ff. de contrah. emptione, & in l.
hac edictali §. mobilium C. de secundis nuptijs. Re-
gulare est ergo, quod in alternatiuis electio
semper est eius, cuius fauore alternatio appo-
15 nitur, vt post Guliel. de Cuneo probat *Affl. d.*
Decis. 397. nu. 5. qui nu. 6. limitat conclusionem,
quando vnum est positum in obligatione, &
aliud ad cautelam, & sic pro cautione, quem se-
16 quitur *Costa de port. rata qu. 69. nu. 7. & 8.*

Et si autem per lapsū diei ab destinato loco solutio-
17 nis incurrat in moram debitor; Hoc tamen
locum non habet, si creditor ab fuerit; & sic eius
culpa solutio facta non esset *Bart. & Castr. in*
l. item illa num. 9. & 11. ff. de constit. pec. Cuius
respectu *Gigas tr. de pens. qu 77. cum seq. & Fla-*
min. Paris. tr. de resignat. beneff. lib. 6. qu. 2. num.
137. cum seq. concludunt non posse deueniri
18 contra morosum ad excommunicationis gla-
dium stringendum, neq; ad pœnam priuationis
beneffitij. Nisi liqueat de præsentia pensiona-
rij, aut de dimissione procuratoris sui in loco
destinatæ solutionis, Quam sententiam sequi-
tur *Cassad. decis. 4. de loca. quos refert Costa cit.*
19 *qu. 69. num. 10. cum duobus seq.* Addens vlte-
rius, quod pensionarius declaret se velle, vt sit
incursa excommunicatio cum beneffitij priua-
tione; Qua facta declaratione, fit retrotractio
20 ad initium, quo cæpit esse in mora *Lessius tr. de*
Iust. & iure lib. 2. cap. 35. dubit. 27. num. 152. &
Zeeb. tr. de beneff. cap. 11. num. 8.

Neque auditur excōmunicatus ob pensionem non
solutam, nisi prius effectualiter, & integrè de-
21 cursas pensiones soluat, *Rota decis. 301. num.*
2. par. p. 12. nouiss. quam conclusionem locum
habere declarauit Rota, etiamsi obijciatur nul-
22 litas ex ventre litterarum scatens, vel Domi-
nus sit in quasi possessione exigendi, dummodo
litteræ sint expeditæ, Id quod non sine difficul-
23 tate transire arbitror, cum nullitas ex ventre
litterarum scatens videatur tollere omnem
vim ipsarum litterarum, iuxta traditionem
Alba in cons. 609. num. p. Natta cons. 120. num.
14. Osasch. decis. 142. num. 30. quos sequitur Se-
nato Bell. de his quæ incont. fiunt cap. 10. num. 5.
lib. primo.

Quo casu solutionis pensionis deueniri non po-
test, ad excommunicationem contra Morosum

24 debitorem, neque ad pænam priuationis be-
neffitij; nisi prius liqueat de præsentia pensio-
narij, aut de dimissione procuratoris sui in loco
destinatæ solutionis, vt probat *Gigas de pension. qu. 77. & seq. & Flamin. Paris. tr. de Resigna-
tione benef. lib. 6. qu. 2. num. 137. cum seq. quos
sequitur Costa de port. rata cit. qu. 69. num. 12.*
Qui in fine quæstionis probat etiam huiusmo-
di debitorem Morosum in solutione pensionis,
25 qui probabilem non habet excusationem, vltra
excõmunicationem posse priuari beneffitio, &
posse interim beneffitium conferri alteri ex
Rota decis. 167. num. 2. lib. 3. in nouiss. Cuius
respectu consulit auctor ipse, vt quanto citius
26 impetretur absolutio per excommunicatum,
quam posse impartiri ordinarium scribit, quan-
do non fuit reseruata Apostolicæ Sedi.

S V M M A R I A.

*Professores publici præseruantur immunes ab oneri-
bus, tàm ordinarijs, quam extraordinarijs num. 1.*
*Ticinense Gymnasium fuit institutum ab Imperatore
Carolo Magno num. 2.*
*Parisiensis vniuersitas fuit instituta ab eodem Impe-
ratore Carolo Magoo num. 3.*
*Immunitas Professorum non dicitur gratuita, sed est
pars honorarij num. 4.*
*Onerosa dicitur concessio, qua fit pro seruitiorum mer-
cede num. 5. & 6.*
*Salaria, qua docentibus soluuntur, sunt eadem anti-
qua num. 7.*
*Salaria debentur integra Professoribus initio anni
num. 8. & 9.*
*Immunitas concessa Professoribus dicitur Principis
beneffitium, quod latè est interpratandum nu. 10.*
Priuilegia strictè interpretanda num. 11.
*Immunitas concessa in priuilegio, si est indefinita, &
praiudicat tantum concedenti, latè est interpra-
tanda, num. 12.*

Professores Publici gaudent immu-nitate ab oneribus, præser-tim attento augmen-to sumptuum.

CAP. CCXXXII.


Vam optimè Imperator Constanti-
nus existimauerit honoribus, &
prærogatiuis esse decorandos publi-
cos legum professores, apertè ha-
betur *in l. Medicos eum l. fin. vbi
glos. & Bart. & Io. de Platea C. de
profess. & Med. lib. 10.* quibus locis statuit Im-
1 perator eos esse præseruandos immunes a qui-
buscumque oneribus, tam ordinarijs, quam ex-
traordinarijs *glos. in l. his oneribus. vers. angaria-
rum, & in l. sunt munera vers. principalis ff. de mu-
ner. & honoribus*, de qua immunitate copiosè
Guido Papa decis. 388. & Natta cons. p. nu. 65.
Amplissimè post alios *Bimius cons. 402. num. 7.
cum seq. plur. lib. 4. & cons. 403. num. 66. cum
seq. plur. & num. 61. & Raudens. cons. 47. num.
35. lib. p.*
Idcircò illi præseruandi veniunt ab omnibus one-
ribus, vt magis attente, & assiduè incombe-
re valeant lectionibus, & Scholarium, siue
studiosorum eruditioni, Cuius respectu plura,
& plura concessa fuerunt priuilegia lectoribus
vniuersitatum, tàm per Summos Pontifices,
quàm per Imperatores, de quibus abunde
Costa de portione rata qu. 236. per totum vbi num.
2 *p.* scribit Gimnasium ipsum Ticinense fuisse in-
stitutum ab Imperatore Carolo Magno, anno
3 Domini 740. a quo Imperatore Vniuersitas
Parisiensis etiam habuit sua incunabula, vt post
alios testatur *Cassan. in Catalogo gloria Mundi
par. 10. considerat. 32.*
Huiusmodi verò immunitas non dicitur gratuita,
4 sed dicitur pars honorarij, mercedisque lecturæ
*Osasch. decis. 39. & Barzius decis. 117. num. 7.
ac scribit Bimius cons. 325. num. 11.* dicens one-
5 rosam esse concessionem, quæ fit pro seruitio-
rum mercede, vel retributione, & è republica
6 sit, vt omnibus præseruetur, ne dum reuoce-
tur, aut minuatur *Cephal. cons. 58. num. 38. &
Fab. Turrattus cons. 33. num. 74. lib. p.*
Maximè, cum salaria, quæ de præsenti decernun-
tur docentibus, non sunt variata etiam mutato
7 temporum statu cursu annorum centum, ex quo
impensa valdè creuerit, & in dies crescit, Proin-
de ad ratam sumptuum ipsa ÆQVITAS sua-
det, vt publici professores potiantur d. immu-
nitate cum salarij accessione, ità post *Thesaur.
decis. 214. num. 2. tradit Costa cit. qu. 236. num.
12. in fine, & num. 13.*
Et licet Ticinensis Gymnasij professoribus sala-
8 rium impẽdatur ad ratam singulis tribus mensi-
bus, quarterias vocant, De iure tamen commu-
ni salaria publica solui debent virtute præditis
9 integra in principio anni, Vel saltem post in-
choatam administrationem, seu post cæptos
labores *l. vlt. C. de adu. diuers. Iud.* & tradit Acu-
tissimus Massin. *in tr. de distinction. cent. p. di-
stinct. 90 num. 5.* quem sequitur Costa loco cita-
to *num. 12.*
Hæc autem immunitas dicitur potius Principis
beneffcium, quod latissimam suscipit inter-
10 prætationem, sicuti interprætatur immunitas
competens per viam tituli onerosi, e contra
11 vero, si ex priuilegio, quod stricte est intelli-
gendum *l. beneffitium ff. de const. pecun. Cephal.
d. cons. 58. num. 38. Turret. cons. 99. num. p. &
29. cum seq. Canagu. ad decreta Montisfar. qu.
12. num. 13. & Fab. de Anna cons. 61. num. 26.*
Qui subijcit, quod si indefinita est immunitas
12 in priuilegio, & præiudicat tantum conceden-
ti, latissime est illud interprætandum ad instar
beneffitij, etiamsi tendat in graue incommo-
dum concedentis, quem sequitur *Costa all. qu.
236. num. 17. cum seq.*
Per quam immunitatem tanquam ex causa publi-
cæ

cæ vtilitatis concessa, accrescit alijs onera ferentibus, non autem cedit commodo Principis, sed aliorum *Abb. in cap. accedentes num. 8. vers. tertio casu de præsumpt. Castr. cons. 187. col. p. lib. 2. Natta cons. 160. num. 37. & cons. 397. num. 12. Boss. in tit. de Principe num. 164. & post alios Surd. de alim. tit. 8. Priuil. 18. num. 13.*

SVMMARIA.

Onerum solutio spectat ad vsufructuarium fructus percipientem, num. 1. & 2.
Limitatur, quando fructus sunt tenues num. 6. 7. 12.
Onera soluunt intuitu fructuum num. 3.
Onera realia sequuntur fundum num. 4.
Vsufructarius tenetur soluere legata annua num. 5.
Testator præsumitur voluisse, vt vsufructus non sit inutilis, adeo quod pro oneribus, vel annuis legatis vendatur pars proprietatis, si fructus sint tenues, nec sufficiant pro victu vsufructuarij num. 8.
Legatum in dubio interpretandum est, ne sit inutile num. 9. idest in totum inutile num. 10.
Vsufructuarius potest ad libitum dimittere vsufructum num. 11.
Vsufructuarius quotæ partis hæreditatis non tenetur ad solutionem æris num. 13. Limitatur num. 14.
Vsufructuarius potest recuperare solutum ex causa æris alieni hæreditarij finito vsufructu n. 15. & 16.
Vsufructuarius conductoris gabellarum potest exigere gabellam, sed finito vsufructu tenetur ad illius restitutionem num. 17. & 21.
Fructus percipiuntur ab vsufructuario præstita cautione num. 18.
Vsufructuario debentur fructus instrumentorum rogatorum per testatorem num. 19. sed finito vsufructu illos restituere tenetur proprietario num. 20.
Vsufructuarius, qui percipit fructus rei conductæ per testatorem, tenetur ad dictorum solutionem num. 21. & 22.
Vsufructuarius vniuersalis tenetur alere filios testatoris num. 23.
Limitatur, si nullum commodum sibi remaneret n. 24.
Et in dubio potius alimentantur filij num. 25.
Pater non potest priuare filios alimentis num. 26.
Fructus diuiduntur inter vsufructuarium, & filios testatoris, si insufficientes sunt pro eorum alimentis num. 27. & 28.
Vsufructuarius non tenetur ad expensas funeris, neque infirmitatis, num. 29.
Hæres tenetur primo satisfacere ex pecunijs hæreditatis credit. hæred., & ijs deficientibus, vendere iura, & actiones, ac nomina debitorum num. 30.
Vsufructuarius tenetur patientiam præstare, vt proprietarius vendat bona pro satisfactione æris alieni, num. 31.
Vsufructuarius tenetur ad expensas reparationis num. 32. 33. & 34. maxime si facta est protestatio n. 35.
Vsufructus finitur, si destructa fuit Domus, vel alia proprietas, cuius vsufructuarius fuerit legatus, etiam si illa fuisset deinde à proprietario reædificata num. 36.

Proprietarius tenetur ad onerum solutionem, quando vsufructus alias remaneret inutilis.

CAP. CCXXXIII.


Nerum solutionem spectare ad
1 vsumfructuarium fructus percipientem disponit tex. *in l. quero ff. de vsufr. legato l. hactenus, & l. si prædantes §. si quid cloacarij ff. de vsufr. atq; in l. neq; stipēdiū ff. de imp. in reb. & tradit Bart. in l. his verbis §. idem testator ff. de lega 3. & in l. hactenus, & scribit Surd. tr. de alim. tit. 4. qu. 16. num. 12. & cons. 419. num. 31. post Roma. singul. 157. & Ferettum cons. 199.* Idem probat *Canalc. tr. de vsufr. Mul. relicto sub num. 162. vers. nam onus, & Peregr. cons. 64. num. p. cum seq. lib. 6.*
Cum enim vsufructuarius gaudeat commodo
2 fructuum, ÆQVVM est, vt onera etiam soluat,
3 quæ ratione fructuum debentur, & imponuntur, tex. *in l. si pendentes §. si quid ff. de vsufr. & l. si fine §. Lucius ff. de admin. tut. Roma. in l. Inter quos §. damni ff. de damno infecto Thomat. de coll. pag. 326. num. 6.* Quia onera realia sequuntur
4 fundum, & dantur contra possessorem *l. si fundus §. in venditione ff. de pignor. Bimius cons. 392. num. 6. lib. 4.*
Ad vsumfructuarium etenim spectat soluere an-
5 nua legata, siue annuas præstationes, & expensas leues reparationum *d. l. hactenus ff. de vsufr.* & latissime tradit *Pinellus in 2. parte l. p. num. 71. vers. distinctio autem C. de bonis mater. f. 119. cum seq. plur. Garzia de expens. & melior. cap. 11. nu. 45. cum seq. plur. Molina de primog. lib. p. cap. 27. num. 8. Valas. de Iure emphit. qu. 17. Canalc. de vsufr. sub num. 160. vers. Hinc est, & decis. 44. num. 54. cum. seq. par. p. Cafal. cons. 290. num. 2. cum seq. Alba cons. 745. num. 10. Rim. Iun. cons. 172. num. 22. & 23. Caroc. de locato qu. 16. de vsufr. per totum, quos sequitur Castil. de vsufr. cap. 56. num. 14. & Pedroch. cons. 2. num. 73. cum seq. plur. & post eos Costa remed. subsid. 92. num. 2. & Gratian. lib. 4. discep. forens. cap. 656. num. 20. cum seq.*
Si tamen fructus sunt tenues, itaut ex onerum
6 solutione illi omnino extinguantur, ne inutilis reddatur vsusfructus, ad eam de ÆQVITATE tenetur Proprietarius, vti in subsidium *d. l. hactenus ff. de vsufr., & l. quero ff. de vsufr. legato glos. in si pendentes §. si quid in verbo pertinebant ff. de vsufr. Castrens. & Corn. in l. prædia C. de fideicom. Pinel. in l. p. par. 2. num. 72. C. de bonis maternis Menoch. cons. 692. num. 33. & cons. 997. num. 24. & 31. cum plur. seq. Cran. cons. 187. Natta cons. 7. Rol. cons. 8. num. 2. & seq. lib. 2. Conarru. var. resol. lib. 2. cap. 2. num. 7. Gail. obser. 146. lib. 2. quos sequitur Costa remed.*

subsid. 92. numero primo, & secundo.
Hanc sententiam comprobat Io. del Castil. *tr. de vsufr. d. cap. 56. num. 18. cum seq.* ne inutile prorsus reddatur vsusfructus, vt considerat idem Auctor, & perpendit *Canalc. d. tr. de vsufr. sub nu. 162. vers. neq. obstaret,* Quam sententiam amplectitur *Surd. cons. 493. num. 4. & sequitur Garzia de expens. cap. 11. num. 61.* con-
8 cludendo, quod talem præsumitur fuisse mentem testatoris. In dubio etenim legatum ità in-
9 terpretandum est, ne sit inutile *l. si res obligata ff. de lega. p. Menoch. cons. 539. num. 11. & dixi in singulari in dubia 602.*
Quæ tamen conclusio intelligenda est, si in totum esset inutilis vsufructus, non autem si vnius tantum anni incommodum sentiret, in quo nihil
10 esset perceptum, vt amplè scribit Io. del Castil. *dicto cap. 56. num. 18. & 19. quem sequitur. Costa cit. remed. subsid. d. 92. num. p.* qui tradit, quod in dubio sic censetur relictus vsufructus; Quia est in facultate vsufructuarij vsumfructum
11 dimittere, si cupit ab onere releuari *l. cum fructuarius ff. de vsufr. Surd. cons. 493. num. 45.* Idem ante eos probat *Canalc. de vsufr. cit. num. 162. vers. nec obstat.*
Et hac ratione vsufructuarius non agnoscit æs
12 alienum, nec annua soluit legata, quando alioquin vsusfructus legatum inutile prorsus, vel damnosum redderetur *Castr. & Corn. in l. prædia C. de fide com. Pinel. in l. p. par. 2. nu. 72. C. de bonis mater. Menoch. cons. 692. nu. 33. & cons. 997. num. 24. 31. cum seq. plur. Natta cons. 7. Crau. cons. 187. Rol. cons. 8. nu. 27. cum seq. lib. 2. Gail. obseru. 146. lib. 2. Franc. Marcb. qu. 835. & 842. par. p.* & post eos *Castil. de vsufr. pleno cap. seq. præsertim nu. 9. & 12. cum seq.* vbi probat, quod vsufructuarius
13 quotæ partis hereditatis non tenetur ad solutionem æris alieni.
Quamuis regulariter vsufructuarius tertiæ, vel quartæ partis, & similium, hæreditatis, tenetur ad æs alienum hæreditarium pro ea parte, idest
14 ad ratam *Bar. in l. vlt. nu. 2. ff. de vsufr. legato,* & post multos alios scribit *Garzia de expens. cap. 11. nu. 62. & seq. Castil. cit. cap. 59. nu. 5.* sed finito vsufructu poterit huiusmodi vsufructus recupe-
15 rare solutos à Proprietario *Bar. in l. vlt. nu. 2. ff. de vsufr. legato Bened. in cap. Rainutius num. 43. de testam in verbo cætera bona Franc. Marcb. Decis. 835. nu. p.* & hanc opinionem esse ÆQVITATI
16 proximam dicit *Couar. lib. 2. var. resol. cap. 2. nu. 2. & tradit Parlador. lib. 3. rerum quotid. cap. fi. par. 4. §. 2. nu. 6. fol. 197. quos sequitur Costa citato cap. 59. nu. 7. in fi.* quos sequitur *Surd. cons. 575. num. 2.* vbi vxor vsufructuaria bonorum mariti, qui conduxerat gabellam, seu vectigal, potest exi-
17 gere datium, sed in fine vsusfructus restituere debet quidquid exegit, cum vsusfructus emolumentum consistat in vsu pecuniarum, qui durauit medio tempore, Idcirco percipiũtur fructus
18 præstita cautione hæredi *Caroc. de locato par. 2. tit. de fructibus nu. 20. parua editionis.*
Qua attenta ratione, debetur vxori vniuersali vsufructuariæ vsufructus pecuniæ perceptæ ex
19 Instrumentorum, seu prothocolorum exemplatione *Bar. & Bal. in l. diuortio §. si vir ff. sol. matr. Bar. cons. 50. in fine Franc. Marcb. Decis. 856. par. p.* sed finito vsufructu, pecuniæ ipsæ proprieta-
20 rio restitui debent, quia, vt probat *Marc. d. loco nu. 2.* prouentus, qui debentur Testatori, non sunt in fructu ex *Bald. in l. p. C. de fructibus, & litium expensis Costa all. remed. subsid. 92. nu. 3.*
Hac etiam ratione diffinitum est, vt vsufructuaria omnium bonorum, & sic generaliter, cui quoque in bonis per testatorem conductis deberi
21 vsufructum concludit *Alba cons. 619. lib. 4.* teneatur interim ex fructibus ad fictorũ solutionẽ
22 *Pedroch. cons. 7. nu. 162. cum seq. quem sequitur Costa all. remed. subsid. 92. num. 3. & Castil. cit. cap. 56. nu.*
Quæ vniuersalis vsufructuaria tenetur testatoris
23 filios alere; si tamen alendo eos nullum ex vsufructu sibi resultaret commodum, cessaret obligatio alendi, cum ipsi vsufructuariæ assistat te-
24 statoris voluntas *Surd. cons. 493. nu. 3. & latiss. in tr. de alim. tit. 2. qu. 13. Maluas. cons. 49. Menoch. præsumpt. 149. lib. 4. Gabriel tit. de vsufr. conclus. 2. Gail. obseru. 144.* In dubio autem prius detra-
23 huntur expensæ pro alimentis filiorum, & de residuo, si superest, vxori alimenta præstantur, vt inquit *Costa loco relato sub num. 4. qui subijcit* eius esse sententiam, vt pater non posit priuare filios alimentorum subsidio, per vsumfructum
26 vxori relictum, etiam in casu insufficientiæ fructuum ad filiorum alimenta ex *Barbatia cons. 63. lib. 2. Socin. Iun. cons. 97. nu. 24. lib. 2. & Ioseph Ludon. Decis. Perus. 46. nu. 11. & 12. par. p.*
Quo circa in casu insufficientiæ fructuum diuidi debere inter filios, & vsumfructuarium Æ-
27 QVALIBVS partibus fructus, habetur in *l. vlt. §. Lucius ff. de lega. 2. Bar. in l. Lucius ff. ad Trebell. Socin. Sen. cons. 108. lib. 3. Ripa in l. reconiuncti nu. 111. ff. de lega. §. 3. quos sequitur Costa citato loco num. 5.*
Hoc enim pacto vnusquisque ex filijs, & vsufructuario, si non pinguia, saltem tenuia, & fere necessaria consequetur alimenta, quod sanè ÆQVITATI conuenit, ne vnus ex alimentan-
28 dis pinguia consequatur alimenta, cæteri verò fame pereant.
Cæterum vsufructuarius neque tenetur ad expensas funeris, & infirmitatis, ad quas teneri hære-
29 dem post *Franc. Marc. & Rol.* probat *Canalcb. de vsufr. sub nu. 217. vers. secundo casu quando debitum pag. 425. & latiss. Reciardus in §. constitutus nu. 25. Instit. de vsufr. fol. 139. ac plenius Castil. cit. cap. 59. nu. 25.* qui auctor *nu. 19.* scribit, quod hæres pro solutione æris alieni testatoris tenetur
30 primò satisfacere ex pecunijs hæreditarijs, & eis defficientibus, iura, & actiones, & nomina debitorum vendere, deindè bona mobilia, & tandem immobilia minus fructuosa, & damnosa; quod si hæres non habeat bona defuncti pænes se, sed ea tradiderit vsufructuario, vel fructuarius ipse ex voluntate testatoris possessio-

nem propria auctoritate consequutus fuerit, tunc
tenebitur ipse vsufructuarius patientiam præ-
31 stare, vt bona venundari possint ab hærede
pro ære alieno soluendo, vel præstare cautio-
nem de soluendo, vel de conseruando hæredem
indemnem a creditoribus in casu molestiæ, late
*Conern.lib.2.var.resol.cap.2.num.4.& 6.lib.2.Go-
zad.cons.94.num.21.Bello.cons.7.num.p. Menoch.
Præsumpt.143.nu.8. cum seq.& num.13.cum seq.
lib.4. Geil. obseru. 146. per totum lib. 2. quos seq.
Castil.all.cap.59.num.19.post medium*, qui auctor
in cap. 56. latissime tradit, ad quas expensas in
32 reparationibus, vel edificijs teneatur vsufru-
ctuarius, & quas finito vsufructu possit ab hære-
de recuperare, ad quem remittitur lector, ne
quod actum est, iterum agatur.
Illud tantum subijcitur, quod vbi vsufructuarius
expensas fecit vtilitatem temporalem respicien-
tes, vt puta biennium, vel triennium, & sic veri-
similiter huiusmodi expensa fiat propter fructus
consequendos, vt sarta tecta habere, purgare
fossata, & alia similia, tales expensæ pertinent
33 indistinctè ad vsufructuarium; si vero concer-
nunt vtilitatem multorum annorum, puta de-
cem, & vltra, si vixerit per tot annos vsufru-
ctuarius, eas non recuperat, secus, si per paucio-
34 res annos vixerit, quia tunc illius hæres expen-
sas ad ratam recuperat; Præsertim si facta fuis-
35 set protestatio ab vsufructuario eas expensas
facere animo illas recuperandi ab hærede, idest
a proprietarijs *Alba cons. 363. nu. 8. quem sequi-
tur Castil. cit. cap. 56. sub num. 12. vers. Ideo con-
sulnit.*
Vsufructus verò finitus dicitur, quotiescunque Do-
mus, vel proprietas, quorum vsufructus fuit le-
gatus, ad nihilum fuisset reducta, etiamsi expen-
sa proprietarij deinde fuisset reedificata do-
mus, vel molendinum, cuius nuda area reman-
36 serat *l.quod tamen §. p. & penult. ff. quibus modis
vsufr.amitt.vsufruct.* & latè probat *Caphal. cons.
30.nu.17.*

S V M M A R I A.

Alueo mutato fluminis impetu, vetus alueum ad vicinos spectat nu. 1. ad ratem predij cuiuscumque num. 2. & 10.

Declaratur, si perfectè relictus fuit alueus nu. 3.

Forma mutata perimit substantiæ num. 4.

Alueus perfectè derelictus dicitur, si hiberno tempore vlterius non fluit aqua nu. 5. & 6.

Lex generalis loquens, generaliter etiam intelligenda venit nu. 7.

Differentia non fit inter natum, vel edificatum in flumine nu. 8. & 9.

Alueo mutato opera, & impense vnius cum Principis licentia, sibi acquiritur alueus derelictus nu. 11. 14. 17. 23. & 24. etiamsi cum aliquo vicinorum incomodo factum esset nu. 27.

Alueus factus in fundo priuati restituitur Domino, si impetu fluminis recesserunt aqua nu. 12. 13.

Qui opera mutauit alueum, agit de damno euitando, vicini vero de lucro faciendo nu. 15.

Spetialis ratio attenditur ad limitationem alterius generalis nu. 16.

Princeps potest tollere ius nundum quæsitum tertio num. 18.

Duæ causæ lucratiuæ concurrere non debent in eadem re nu. 19.

Qui impendit in re, commodum ex ea consequi debet num. 20.

Seruitus non potest augeri in præiudicium illius, qui seruitutem patitur, nu. 21. & 22.

Suum quis facere non potest id, quod non iure, aut legitimè operando assecutus est nu. 25.

Factum naturale longè differt ab accidentale nu. 26.

Aluei mutatio, eo quia aqua restagnarent, proficit vicinis nu. 28.

Vicini inferiores tenentur recipere aquas superiorum, si solitum versum habeat aqua nu. 29.

Alueus sui natura derelictus spectat ad vicinorum prædiorum dominos nu. 30.

Traianus Thesauros à Decebalo absconditos inuenit opere serui Biculi nu. 31. & 32.

Alueus derelictus naturaliter pertinet ad uicinos, si verò accidentaliter, pertinet ad eum, qui habebat iurisdictionem in flumine, vel ad eum, cuius impensa, & opera fuit auersum flumen.

CAP. CCXXXIV.

Vtato alueo fluminis impetu cer-
tum est ad vicina prædia possi-
dentes spectare spatium illud al-
1 uei derelicti, per regulam l. *adeo
§. præterea vers. quod si toto, & l.
ergo §. Celsus ff. de acquir. rerum
domin. & §. Præterea cum §. sed Instit. de rerum
diuis. Aymus de alluuio. cap. 13. num. p. lib. p.* Pro
2 mensura, & portione latitudinis cuiuscumque
prædij, vt probat *Natta cons. 55. sub num. 2. Cur.
Sen. cons. 72. nu. 12. Alcia. cons. 69. lib. 5. & vinius
Decis. 498. nu. 14. cum seq.* quam conclusionem
3 procedere scribit *Aymus cap. 13. nu. 3.* si perfe-
ctè relictus fuit à flumine, non autem si adhuc
fluminis reliquiæ remanerent, quia mutata for-
4 ma perimit substantiam, & status rei *l. Iulianus
scribit §. si quis rem ff. ad exhib. de quo Aymus loco
relato nu. 5. dicens n. 7.* quod alueus perfectè reli-
5 ctus dicitur, si hyberno tempore vlterius non
fluit aqua; cum regulariter eo tempore non so-
lum naturaliter alueum flumina operiant; ve-
6 rum etiam ruptis aggeribus arua late de popu-
lari consueuerint.
Difficultas videtur, (& dubia quæstio) quando
accidentaliter fit mutatio aluei, & si impensa
alterius; Et quia citatæ leges generaliter lo-
quuntur, nulla facta distinctione, an naturaliter
flumen,

flumen, vel hominis industria antiquum alueum
7 mutauerit, generaliter, & indistinctè etiam in-
telligendæ sunt, *vult. l. de pratio ff. de publ. Castr.*
cons. 176. nu. 2. lib. p. Corn. cons. 191. lib. 3. Ias. cons.
146. lib. 2. & Curt. Sen. cons. 56.

Pro hanc sententia facit *l. penult. §. fin. ff. de acquir.*
8 *rerum dominio*, vbi non fit differentia inter na-
tum, & ædificatum in flumine, quoad id, vt vi-
cinis accolis aquiratur, & tamen ædifitium est
manufactum, & non a natura productum; qua
motus ratione scribit *Bar. in tr. de Insula in verbo*
in flumine circa finem non esse constituendam
differentiam inter insulam natam casu, vel di-
9 uina potestate, & illam, quæ manu hominis fa-
cta esset, quoad dominij acquisitionem, quam
conclusionem repetit *in l. quominus qu. 10. & 18.*
ff. de flumin. vbi Ias. & Ripa; Socin. Sen. cons. 79.
nu. 5. lib. 31. cum itaque opus manufactum in flu-
mine publico non diferat a naturali mutatio-
ne, quoad acquisitionem dominij, dicendum est
alueum derelictum spectare possessoribus vici-
10 norum prædiorum, etiamsi mutatio facta fue-
rit ex industria, & sumptibus alicuius.

Hanc conclusionem sequitur *Caßadorus decis. vni-*
ca in tit. de acquir. rerum dominio, vbi loquitur
de alueo fluminis Padi derelicto impensa Ducis
Mediolani in Papiensi solo, quod vicinis aquiri
scribit, non autem ei, cui Princeps concesserat
facultatem diuertendi alueum, qui vicina prędia
non haberent *Ruin. cons. 95. num. 3. & 4. lib. p.*

Tamen de ÆQVITATE contrarium verius est, si
11 nouus alueus opera, & impensa alicuius factus
est cum Principis licentia; Quia vetus alueus
derelictus ad illum spectat, non ad vicinos, vt
in specie cauetur *in cit. l. ergo §. alluuio ff. de*
acquir. rer. dominio, vbi alueus factus ex fundo
12 meo fluminis impetu restituitur Domino, si
alio impetu flumen recessit, & illum dimisit;
Quia sicuti factus erat publicus impetus flumi-
nis, Ità illum dimissum, & factum priuatum
suadet ÆQVITAS; vt eius sit, cuius antea
13 erat, & tunc flumen dicetur fungi vice censito-
ris *Ias. cons. 126. num. 2. lib. 4.* & hoc fieri ex
ÆQVITATE interpraetatur *glo. ibidem in ver-*
bo pristinum.

Si enim flumen à seipso, & vi sua alueum mutat,
nullius impensa hoc fit; Idcirco non mirum, si
tali casu præferri debent vicini; Secus si im-
pensa alterius facta fuit aluei mutatio; Quia
14 tunc præferri deber vicinis is, qui operam, &
impensam adhibuit pro aluei mutatione, Ipse
enim agit de expensarum recuperatione, & sic
15 de damno euitando, vicini vero de lucro cap-
tando, absque aliquo eorum facto, & labore
l. fin. C. de iure codicil. arg. l. Proculus ff. de damno
infecto l. si is cui §. eius ff. de fur. Quæ ratio,
16 tamquam specialis attendi debet ad limitatio-
nem alterius generalis, per quam alueum vete-
rem vicinis aquiri dictum fuit.

Hanc sententiam in terminis sequitur *Alcia. d.*
cons. 69 num. 3. lib. 5. vbi alias similes adducit
rationes, prout eandem rationem lucri, & dam-
ni affert *Natta all. cons. 55. sub num. 2. quos in*
terminis sequitur Morot. cons. 10. sub num. 2. vers.
primo considero vsq; ad finem consilij subijciens
num. 7. quod omnis ÆQVITAS suadet, quod
17 alueus derelictus impensa, & opere alterius
cum Principis licentia, illi applicetur pro re-
compensatione sumptuum, & laborum, ex reg.
l. secundum naturam ff. de reg. iur. Quam com-
pensationis ÆQVITATEM simpliciter consi-
derauit *Alcia. All. cons. 69. vers. tertio lib. 5.*
Quia sicuti potest Princeps ius alluuionis tol-
lere prædijs fluminis proximis, & sic eorum
18 Dominio, tanquam ius nundum quæsitum
arg. l. fin. C. de acquir. possess. Innoc. in cap. p. de
donat. & ample probat Aymo de allun. cap. 10.
num. p. cum seq. & num. 6. lib. p. Ità multo for-
tius potest alueum impensa alterius derelictum
alteri concedere.

Vbi namque aliter diceremus, sequeretur, quod
illi vicini, qui nihil posuerunt de suo in fluminis
auersione, duplex commodum sentirent, auer-
sionis scilicet aquarum fluminis, à quibus dam-
9 na quotidie pati poterant, & ocupationis aluei
derelicti, & consequenter duæ causæ lucratiuæ
in ipsos concurrerēt pro eadem re, quod lex non
admittat *§. si aliena res Instit. de leg.* Et alij, qui
operam, & pecuniam posuissent, nihil conse-
20 querentur contra ÆQVITATIS præcepta, vt
de se patet, & tradit *Morot. cit. num. 7. vers.*
siquidem per tex. l. fin. ff. de allun. & l. pen. C. de
omni agro deserto lib. 11. Qui autor *num. 13.*
respondet ad doctrinam Cassadori, *& in fin.* con-
cludit hanc opinionem esse communem, &
ÆQVITATI consonam.

Confert etiam tex. *in l. Rutilia Polla ff. de contr.*
21 *empt. & ibi Alber.* vbi querit, an habens ius au-
riendi aquā ex fundo vicini, Si vicinus sumptu,
& diligentia sua aliam aquam inuenerit in fun-
do illo, possit habens seruitutem aquam ibidem
22 hauriendi, etiam haurire ex alia aqua, industria
vicini inuenta, Et negatiuè concludit, ea ratio-
ne quod sumptibus, & labore vicini aqua sit
23 reperta, & sic hominis facto; secus, si natura-
liter acreuisset aqua alteri aquæ in ipso fundo
coniungendo *tex. in l. p. §. Item queritur, & in l.*
hoc iure ff. de aqua quotid. estiua, Et sic apparet,
quoad iuris acquisitionem discrimen fieri, an
naturaliter, an vero hominis facto, aliquid fiat
in prædijs, & in iure aquarum, quam Alberi-
ci doctrinam amplectitur *Veg. cons. p. num 81.*

Quam sententiam sequitur Aymo *de Alun. a. lib.*
p. cap. 9. §. p. num. 4. licet contrarium verius
24 esset, si Principis licentia non interuenisset,
Quia tunc, licet opera alterius aquæ fluminis
alio diuertissent, & fluminis primus alueus
exsicatus esset, Ille tamen ad vicinorum agro-
rum possessores spectaret; Non enim conuenit,
25 vt suum faciat, quod non iure, aut legitimè
operando assecutus est *arg. l. fin. C. de rebus cred.*
scrib. in l. Fluminum ff. de damno infecto Cassad.
cit. decis. vnica num. 3. & latissime defendit Costa
de facti scient. & ignor. Insp. 18. per totum præ-
sertim

ser:im num. 3. dum probat differentiam ma-
26 gnam extare inter factum naturale, & acciden-
tale; Afferens vlterius locum habere firmatam
conclusionem, etiamsi nouus alueus factus esset
27 cum aliquo vicinorum incommodo, quod ma-
gis est, *Beron. cons.* 139. *&* 140. *num.* 17.

Allegatam conclusionem locũ habere etiã defen-
dit *n.* 5. *&* 6. si mutatio aluei facta esset, eo quia
28 aquæ ipsæ restagnarent, Vnde inferioribus vi-
cinis graue detrimentum ingrueret, iuxta *l. in
summa §. apud Namasam ff. de aqua plu. arcenda
ex Laderco cons.* 146. *num.* 3. *& Marchobr. cons.*
49. & ibi abondè tradit, quando vicini inferio-
29 res teneantur recipere aquas, vel construere
aggeres ad illas diuertendas, aut cogere supe-
riores, vt curent, vt aquæ solitum cursum te-
neant, de qua materia etiam *Morot. cons.* 8. *per
totum.*

Si vero alueus derelictus est, eo quia flumen sui na-
tura alio fluere cæperit, vel potius defecerit,
30 & nusquam fluat, quod sæpe accidisse legitur,
præsertim apud Dionem in vita Traiani, dicen-
tem quod ab immani atrocique teremotu vi flu-
uij quidam penitus defuisse, vt commemorat
Aymus cit. cap. 13. *num.* 10. Et tunc ad vicino-
rum prædiorum dominos spectat alueus, vt su-
31 pra dictum fuit, qui *Aymus sub num.* 9. narrat
etiam ex Dione illud factum Traiani, qui The-
sauros a Decebalo Dacorum Rege, quem ipse
Traianus bello prosequebatur, subtus vada Sar-
getis amnis, captiuorum manibus alio deriuati
occultatos, occisis omnibus, qui facti conscij
erant, ne res in lucem proderet, vnus tantum
32 Biculus nomine ex captiuis, qui euaserat, Tra-
iano rem gestam indicauit, qui Thesauros inue-
niri iussit, & eos potitus est.

S V M M A R I A.

Priuilegia alijs obnoxia strictè sunt interpratanda num. 1.

Alienatis bonis immunibus cessat priuilegium immunitatis num. 2.

Contrarium verum, si ex prætio bonorum alienatorum alia empta fuerunt, num. 4. 5. *&* 7. *Limitatur n.* 30.

Extinctum quod semel est, amplius reuiuiscere nequit num. 3.

Subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur, etiam ex hominis dispositione num. 6. *&* 8.

Priuilegium immunitatis concessum personæ pro bonis possessis tempore concessionis, est quid vniuersale num. 9.

Prætium succedit loco rei in vniuersalibus num. 10.

Bona empta per immunia incurum alienatorum gaudent eadem immunitate, si alienauit animo emendi alia bona loco eorum num. 11. *id quod ex breuitate temporis elicitur num.* 12. *&* 13.

Inconsitaenti emendo declaratur animus emptoris num. 14.

Protestatio declarat mentem protestatoris num. 15.

Emptio rei loco alterius vendita, si ità est conuentum, facit locum subrogationi, num. 16.

Fideicommissaria bona esse dicuntur, quæ ex pecunia fideicommissi empta fuerunt num. 17.

Fideicommissaria res dicitur, quæ fuit permutata, cum fideicommittentis re, n. 18.

Obligatus ad excubias arcis, si ista fuit destructa, & alia reedificata, tenetur ad excubias nouæ arcis subrogatæ loco primæ num. 20.

Subrogationis regula locum habet etiam in materia exorbitanti num. 22.

Priuilegium concessum fauore etiam familiarium extenditur ad nouos familiares num. 21.

Cessionarius dicitur subrogatus loco cedentis n. 23. 25

Priuilegium Principis contra illum amplè interpratatur num. 24.

Ampliatio, siue extensio in correctorijs, & exorbitantibus, non est prohibita ex identitate rationis, num. 26. *Quia tunc dicitur fieri declaratio, non autem extensio num.* 27. *&* 28.

Auctoris responsio in ea materia num. 29.

Immunitas bonorum situm in vno territorio non habet locum, si bona immunia vendantur, & alia in alio territorio emantur, si sub diuerso Principe subsunt num. 31.

Immunitas ex priuilegio concessa personæ pro omnibus bonis possessis, extenditur ad bona subrogata, empta ex prætio bonorum immunium venditorum.
CAP. CCXXXV.

1 PRiuilegia alijs obnoxia stricte
interprætanda esse habetur *in l.
p. §. fin. l. semper §. Immunia tan-
tum ff. de iure Immun. & l. p. C. de
Immun. nemini conced. lib.* 10.
præsertim cum ea concessa sint
in præiuditium vniuersitatis, quæ attento pri-
uilegio colectare nequit bona immunia decla-
rata in priuilegio, *facit l. vacuatis C. de decur.
lib.* 10. *l. forma §. quamquam ff. de cens. & l. sor-
didorum vbi glos. C. de excus. mun. lib.* 10. *Rimin.
Ian. cons.* 28. *num.* 12. Idcircò cum immunitas
restricta fuerit ab bona possessa, illis alienatis,
2 censeri debet extinctum priuilegium *glo. in cap.
Priuilegium de reg. iur. in 6. vers. & quod dicitur
hic*, quod propterea amplius reuiuiscere nequit;
3 Quia res semel extincta non reuiuiscit *l. cum cau-
sa in fine, & l. fin. C. de remiss. pignor.*

De ÆQVITATE tamen attenta subrogatione,
& implicatione prætij bonorum venditorum
4 paulo, & facta, in emptionem aliorum bono-
rum; Immunitas compræhendit bona subroga-
ta, & sic extinctam non esse immunitatem di-
cendum est; Emendo enim ex prætio rerum
venditarum alia bona, diminuisse immunitatem
5 primis bonis venditis non videtur, vt concludit
Morot.

Morot. conſ. 20. num. 17. cum ſeq. vſque ad finem.
Regula namque ſubrogationis, quod ſcilicet ſubro-
gatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſu-
brogatur, *vul. l. ſi cum §. iniuriarum ff. ſi quis caut.*
l. ſi donatores §. ſi ſponſus de donat. inter virum,
6 *& vxorem* locum habet etiam in diſpoſitione
hominis, quando res ſubrogata nititur eadem
ÆQVITATE, vt ſcribit *Henr. Boic. in cap. Ec-*
cleſia num. p. vt lite pendente, & poſt eum in
terminis priuilegij tradit *Sociu. Sen. conſ. 93. in*
fine lib. 3. Cum ergo ſuadeat ÆQVITAS, vt ad
bona empta loco aliorum extendatur priuile-
gium, dum vniuerſitas, in cuius territorio ſita
ſunt bona immunia, nihil amittat ex huiuſmodi
ſubrogatione, & eadem militet ÆQVITAS in
vno, & altero caſu, cum eadẽ militet ratio, affir-
mãdum eſt priuilegium porrigi ad bona ſubro-
gata, vt inquit *Morot. loco cit. n. 17. in fine. qui au-*
7 *ctor n. 18.* reſpondet ad ea, quę in contrarium de-
duci poſſunt, nempe quod extinctis bonis, ad quę
priuilegium erat reſtrictum, æquè extinctum
cenſeri debeat priuilegium *per gloſ. in cap. pri-*
uilegium de reg. iur. in 6. verſ. & quod dicitur,
Quia ſtante ſubrogatione, & implicatione præ-
tij, paulo poſt facta in emptionem aliorum bo-
8 norum, poſſumus audacter inficiari extincta
non eſſe bona immunia; Emendo enim ex præ-
tio rerum venditorum alia bona, non videtur
diminuiſſe bona ipſa, quæ priuilegio immuni-
tatis gaudebant *tex. in d. l. Imperator §. fin. ff. de*
leg. 1. ſecundo.
Inſuper priuilegium immunitatis, quod eſt con-
ceſſum perſonæ pro omnibus bonis poſſeſſis per
Stichum tempore conceſſionis, eſt quid vniuer-
ſale, compræhendens omnia bona, quæ erant
9 in patrimonio Sticho *l. bonorum appellatione*
208. ff. de verb. ſignif. Bar. in rubr. ff. de peculio
in principio, & ſic vniuerſalitatem arguit *Capic.*
deciſ. 194. ſub num. 18. verſ. nos ſumus; Et in
10 vniuerſalibus ſtat regula, quod prætium ſucce-
dit loco rei *d. l. Imperator §. fin. cum l. ſeq. ff. de*
lega. 2. l. ſi, & rem. & pratium ff. de petit. hared.
Itaut res empta ex prætio redacto ex alia re
11 ſuccedat in locum prioris, & eius naturam aſ-
ſumat *Bal. conſ. 112. num. 5. lib. pr.* qui in termi-
nis Immunitatis inquit priuilegium extendi ad
bona ſubrogata loco aliorum, quæ erant Im-
munia.
Eandem amplectitur ſententiam Boſſius ſequens
Baldum in tit. de Principe, & priuileg. eius num.
154. Tiraquel. de retr. linager. §. 32. gloſ. vnica
num. 12. in fine, & num. 21. Conſtito tamen,
quod bona diſtraxit immunis, vt alia eorum
12 loco emeret; Quæ probatio ex temporis breui-
tate, quæ inter contractus venditionis, & em-
ptionis interceſſit, reſultaret, Quia tunc præ-
ſumendum eſt ex prætio bonorum venditorum
13 empta fuiſſe alia, & voluiſſe Immunem ea ſub-
ſtituere loco aliorum, emendo incontinenti *l. ſi*
ventri §. fin. ff. de priuil. cred. Bal. conſ. 493. num.
14 *4. lib. 4. Tiraquel. loco citato num. 24.* licet de
hoc hæſitet *Menoch. conſ. 213. num. 68.* de qua
re ampliſſimus Senator Paulus Bell. *tr. de his quæ*
incont. fiunt. cap. p. num. 7. cum ſeq. lib. p.
Et omni in caſu animi, & voluntatis declaratio
facta per Immunem, ſe ſcilicet vendere bona
vt alia eorum loco acquireret, & ſubrogaret,
multum opitulatur ſic proteſtanti, quia ea
15 inſpici ſolet ad finem, vt ſubrogatio bonorum
dicatur fieri ex pecunia redacta per venditio-
nem aliorum bonorum, vt tradit ibidem *Tira-*
quell. all. loco num. 23. In tantum, vt etiam in
particularibus empta ex pecunia alterius, ſub-
rogetur loco prioris, quando ea lege emitur,
16 vt prætium in emptionem alterius conuerta-
tur, ſecundum *Tiraquell. relato loco num. 25. in*
fine, Molina de Primog. hiſp. lib. 4. cap. 4. ſub
num. 31.
Hinc dicimus bona illa eſſe fideicommiſſaria, quæ
17 empta fuerunt ex pecunia redacta ex bonis fi-
deicommiſſo ſuppoſitis *Pariſ. conſ. 25. num. 45.*
lib. 3. Capic. deciſ. 194. num. 16. Menoch. plenè
conſ. 213. vbi locupletiſſime declarat, quomo-
do id procedat, *Decian. conſ. 27. num. 7. lib. p.*
vbi ſeq. num. idem dicit de vna re permutata
18 cum alia fideicommiſſaria, quod æque fidei-
commiſſaria efficiatur, vti ſubrogata loco alte-
rius, poſt *Iaſ. conſ. 231. col. p. lib. 2.* Et de re per-
19 mutata cum re dotali, quod efficiatur *dotalis*,
vti ſubrogata illius loco, tradit *Affl. deciſ. 336.*
quem ſequitur *Decian. d. conſ. 27. num. 8.*
Idem dicitur de eo, qui habet arcem in certo loco,
cui tenebantur ſubditi excubias facere; ſi arex
20 fuerit dirupta, & inibi propè alia de nouo con-
ſtructa, Eadem cuſtodia illi debebitur per ſub-
ditos, quia cenſetur ſubrogata loco alterius,
cuius priuilegia ob id conſequitur *Alber. in l. ſi*
vſufructus ff. quibus modis vſufr. amittatur Bocr.
deciſ. 212. num. 14. Similiter ſi Abbas, aut
21 Monaſterium habeat priuilegium, quo poſſint
admittere familiares ad diuina offitia; Priuile-
gium illud extendetur ad omnes familiares, qui
loco aliorum deficientium erunt ſubrogati,
Alex conſ. 178. num. 12. lib. 2. Brun. in tr. de
augumento concluſ. 9. in princip.
Quæ ſubrogationis regula procedit etiam in ma-
22 teria exorbitanti, & correctoria, vt pote ſi ſta-
tutum permittit capturam, vel ſequeſtrum de-
bitoris fauore creditoris, quod eſt contra iuris
regulas, locum etiam habebit fauore ceſſionarij
23 creditoris, quia ex ceſſione dicitur ſubrogatus
loco creditoris *Bal. in l. per diuerſus qu. 10. C. man-*
dati Alex. in l. p. nu. 47. & Roma. nu. 21. ff. ſi cer-
tum petatur, cum multis alijs ſimilibus, de qui-
bus abundè *Natta conſ. 436. nu. 3.*
Propterea ſi in materia correctoria, & exorbitan-
ti locum habet priuilegium ſubrogationis; For-
tius locum habere debet in priuilegio Princi-
24 pis, quod ſicuti in dubio non reuocatur pro bo-
nis poſſeſſis tempore priuilegij, & proindè ius
tertij non lædit ex ſubrogatione fienda de alijs
bonis loco antiquorum, quo caſu dicimus latiſ-
25 ſime interpretari, & benignè cum ea agi *l. fin.*
ff. de conſtit. Principum l. 2. C. de bonis vacant.
lib. 10.

His

His additur, quod extensio etiam in correctorijs 26 non est prohibita ex identitate rationis *l. à Titio vbi scrib. ff. de verb. oblig. l. illud ff. ad legem aquil. & l. non possunt ff. de legibus*; Quinimò ex ratio- 27 nis identitate non dicitur fieri extensio, sed potius declarari comprehendi casum sub ratione expressa *l. his solis C. de reu. donat. l. si quis in graui §. bi quoq; ff. ad Sillan. Bal. in Auth. quas actiones qu. 3. C. de Sacros. Eccl. Fulgos. cons. 108. nu. 3. in fi.* dicens identitatem rationis non tam similes ca- 28 sus efficere, quam eosdem, *Oldra. cons. 185. in fine*, quem refert, & sequitur *Morot. cit. cons. 20.* 29 *nu. 14.* Et ita respondi superioribus diebus, dum per fratres Scagliosos immunes ratione duodecim liberorum tradita fuerant nonnulla bona D. Francisco Rampino pariter exempto ex eadem causa duodecim liberorum, dum a Ciuitate Derthonæ reuocabatur in dubium huiusmodi immunitas, ne ab vna persona immuni bona transirent in aliam licet immunem.

Dubium tantum facit, an Immunitas locum obtineat, quando bona subrogata loco priorum sita sunt in alio territorio, licet sub eodem Principe; Et sanè nulli dubium est, quod immunitas afficeret illam vniuersitatem, in qua bona empta fuere, quæ alias nullum incommodum sentiebat, & idcirco tamquam nouum damnum afferentem illi vniuersitati esse denegandam 30 huiusmodi immunitatem ratione bonorum subrogatorum, & in alio territorio sitorum, dicendum videtur ex traditis per *Morot. all. cons. 20. sub nu. 27. vers. quia vt iam dixi Ciuitas Astensis nihil amittit ex subrogatione ista*; verum si vtraque vniuersitas subiacet iurisdictioni eiusdem 31 Principis; Tutius est affirmare, quod immunitas locum habeat etiam in bonis subrogatis; Ea præcipuè ratione, quod sicuti immunitatem obseruare teneretur vniuersitas, si ab initio bona sita essent in eius territorio; Ita tenetur patientiam præstare, vt eadem gaudeat immunitate immunis pro bonis subrogatis loco aliorum, in eadem Principis iurisdictione sitorum, & ita obseruarem, si casus contingeret.

SUMMARIA.

Fideicommissum strictè intelligendum nu. 1.
Substitutio non extenditur ex rationis identitate, quando ea limitata est nu. 2.
Contrarium verius, si persona, ad quam fit extensio, habet pro se verisimilem mentem Testatoris nu. 3. & 4. præsertim locum habet ad agnationem conseruandam nu. 5.
Menti potius, quam verbis testatoris tribuitur num. 6. & 7.
Testatoris mens, & voluntas semper attenditur n. 8. 9.
Mentem Testatoris sequitur lex, sicut venator leporem nu. 10.
Testatoris voluntas tacita, sicut expressa, seruari debet nu. 11.
Qualitas deferendi insignia Testatoris non potest verificari in Xenodochio, & similibus nu. 12. & 13.
Pater filiorum vocatorum ad fideicommissum, licet filios non habeat, dicitur habere ius succedendi in spe nu. 14.
Spes nasciturorum filiorum dicitur fauorabilis nu. 15.
Spei probabilis semper habenda est ratio nu. 16.
Spes habetur pro veritate nu. 17.
Actio, & ius agendi datur ex spe nu. 18.
Ex spe probabili mittitur quis in possessionem bonorum nu. 19.
Decisio Senatus Taurinensis in ea materia nu. 20.
Hæres continuatur in possessione, quam habebat defunctus nu. 21.
Fideicommissarius, qui ingressus est possessionem sine vitio, continuatur in ea nu. 22.
Contrarium nu. 24. 25. 26. 27. & 29.
Legitimus contradictor dicitur ille, qui citatus est, vel specialiter, vel per edictum nu. 23.
Testamenti validitas in dubium posita non impedit continuationem hæredis nu. 28.
Conuentio facta per fideicommissarios non impedit continuationem eorum hæredum, nu. 29.
Decio Senatus in ea materia nu. 30. & 31.
Continuatio possessionis defuncti locum habet etiam in legatario vsufructus cum facultate illum accipiendi propria auctoritate nu. 32. 33. 34. & 38.
Decisio Senatus nu. 39.
Vsufructuarius habens facultatem capiendi propria auctoritate vsufructum, dicitur habere veram, & realem possessionem nu. 35. & 37.
Veritas semper præfertur, concurrente veritate, & fictione, nu. 36.
Appellatio non datur à continuatione possessionis defuncti nu. 40.
Continuatione concessa alicui, non potest ille remoueri à possessione per alium aquè continuatum, nisi eo citato nu. 41.
Decisio Senatus in ea materia nu. 42.

Extensio licet regulariter non fiat in substitutionibus, & fideicommissis de persona ad personam, tamen admittitur extensio, quando persona habet pro se verisimilem testatoris mentem. CAP. CCXXXVI.



Ideicommissa, & substitutiones strictè esse recipiendas, neque vllo modo ampliandas tradunt scri- 1 bentes, præsertim *Ias. Ripa, & Dec. in l. comodiss., & in l. Gallus §. & quis si tantum ff. de lib. & posth. Idem Dec. cons. 211. & cons. 287. num. 8. 9. cons. 314. & cons. 377. nu. 3. Eugen. cons. 99. num. 5. cum seq. vsq. ad nu. 12. Crau. cons. 161. num. 6. Zucard. cons. 78. num. 144. Lauar. cons. 60. num. 5. copiosiss. Peregr. de fideicom. art. 29. sub num. 33. vers. Non tamen*, & post eum *Costa de facti scient. & ignor. distinct.*

distinct.8.nu.20.cum seq.plur. cent.2.
Præsertim vero locum hoc habet, quando substi-
2 tutio limitata est; quia tunc neque ex rationis
identitate extenditur, si personæ variantur, am-
plè *Surd.cons.394.nu. 18.& 19.lib.3. quem sequi-
tur Costa all.distinct.8.num.28.& Peregr.cons.53.
nu.p.lib.5.& Alex. Galua.cons.14.post nu.27.*
De ÆQVITATE tamen extensio fit in substitu-
tionibus, & fideicommissis de persona ad perso-
3 nam, quando persona, ad quam fit extensio, ha-
bet pro se verisimilem mentem testatoris, qui si
fuisset interogatus, idem disposuisset fauore
personæ, ad quam facienda esset extensio, *An-
gelus in l. Gallus §. & quod si tantum ff. de lib. &
posth. quem sequitur, & comprobat Puris.cons.50.
nu.55.cum seq.plur.lib.p.vbi nu.60.* testatur hanc
opinionem esse humaniorem, & ÆQVIOREM,
Idem repetit *in cons.66.nu.68.cum seq.eodem lib.
p.Crau.cons.5.posito inter cons. Marzarij num.55.
Cephal.cons. 114.nu. 30.& cons.252. nu.25.Card.
Mant.de coniect.vlt.volunt.lib.3.tit.19.nu.9.* Vbi
post multos alios per eum citatos testatur hanc
opinionem esse humaniorem, veriorem, & Æ-
4 QVIOREM, contra Aretini sententiam, & sic
perinde habetur, ac si testator expresse hoc sta-
tuisset *arg.glo.in l. tale pactum ff. de pactis, & de-
terminat Morot.cit.cons.50. sub nu.22. in fine, atq;
probat Peregr.cit.art.29.num.32.* Præcipuè verò
procedit conclusio ratione agnationis conser-
5 uandæ, quia tunc fit extensio de casu ad casum,
vt amplè probat idem *Peregr. cons. 31. num.12.
lib.6.* & hanc conclusionem locum habere etiam
tradit *Galua.cit.cons.14.nu.27.& nu.200.* vbi vo-
luntati, etiam præsumptæ testatoris conueniat,
ne plus verbis, quam menti disponentis tribua-
6 tur, cui significandæ solæ etiam coniecturæ,
modo legitimæ sint, & ex tenore dispositionis
aliqua ratione argui possint, optimè sufficere
creduntur, quamuis de fideicommisso inducen-
do, & de casu ad casum extendendo ageretur,
7 vt ex *Card.Mant.d.tr.lib.7. tit.p.& lib.8.tit.p. sub
nu.23.cum seq.plur. scribit Caluanus rel.num.200.
& sequitur Ludouis. Decis.338.num.14.& probat
Eugen.cons.66.nu.10.& cons.74. nu.10.19.& 41.
atq; cons.99.nu.6.cum plur.seq.& Franc. de Ponte
cons.4.nu.44.*
Quia voluntas testatoris, & eiusdem mens, semper
attenditur in substitutionibus, quæ vti Regina
8 dominatur, vt *per l. in conditionibus ff. de condit.
& demonstr.& l.ex facto la secunda §.rerum ff. de
hæred.instit.probat Preius de interpretat. vlt.vo-
lunt.lib.2.Dubit.p.col.2.nu.5.fol.80.dicens in vers.
quia semper*, quod vestigia voluntatis testato-
9 rum semper sequimur, & ex Baldo quod lex va-
dit post mentem testatoris, sicut venator post le-
10 porem, & tam tacita, siue expressa testatoris
11 voluntas seruari debet *Giragu. cons.54. num.19.
lib. p.* In tantum, vt si Testator disposuisset hæ-
redem decedentem sine filijs masculis nomina-
re posse alium hæredem substitutum de eius fa-
milia, vel extraneum ad illius libitum, modo
talis nominatus assumeret insignia, & cogno-
men familiæ Testatoris, si huiusmodi hæres con-
tempsit præceptum testatoris, & nominasset
hospitale, siue Xenodochium, in quo verificari
non potest testatoris voluntas, assumendo co-
gnomen, & insignia familiæ, & consequenter
incapax, tunc censentur ad hæreditatem vo-
12 cati venientes ab intestato, quia talem creditur
fuisse mentem testatoris, *Bar.in l. pater famil.nu.
7.ff.de h... instit. Castr.cons.241. circa finem
vers. Idem ego lib. 2. Card. Mant. de coniect. vlt.
vol.lib. 8.tit. 17. num. 8. quos sequitur Morot. cit.
cons.50.sub nu. 17.vers. quinta nunc.*
Diciturque Testatorem constituisse fideicommis-
sum generale, & perpetuum fauore agnationis,
& familiæ, si in qualibet parte testamenti ra-
tionem habuit agnationis, & masculos vocauit
in infinitum, adiecta clausula, quia mens sua est,
quod bona sua conseruentur perpetuo in des-
cendentibus masculis eius familiæ, siue agnatio-
nis, & eis defficientibus, siue extincta linea sub-
13 stitutorum, teneretur vltimus moriens sine
filijs masculis instituere hæredem, qui deferret
insignia domus, & cognomen familiæ, ipsius
fideicõmittentis, quia hæc omnia plane arguunt
enixam mentem testatoris circa agnationis
conseruationem, & manutentionem, & conse-
quenter fideicommissum perpetuum fauore
agnationis *l.p.§. penult. ff.de ventre inspic.l.facta
§.si in danda ff.ad Trebel.Dec.cons.227.sub num.6.
Ias.cons.168. col.2. circa finem vers. Et sic cum te-
stator lib.4. Paris.cons.197.num. 33.lib.2.& cons.
66.nu.33.cum seq.lib.3.Marzur.cons.4.nu.2. Mo-
rot.cit.cons.50.nu.17.in fine cum seq.plur.*
Hoc etiam perpendi debet, quod pater filiorum
vocatorum ad fideicommissum, licet filios non
habeat, attamen dicitur habere ius succedendi
14 in spe, illudque probabile, & fauorabile, cum
spes nasciturorum filiorum sit fauorabilis, sicut
15 spes, quod quis ab hostibus sit reuersurus *Castr.
cons.247.sub nu.3.lib.p. Cephal.cons. 318.num.69.*
Cuius probabilis spei habenda semper est ratio
16 *l.spem C.de donat.l.spem C.qui potiori in pign.hab.
Rota Decis. 21. de preb. num. 4.in nouis Crau.cons.
749.nu.9.* Qua ratione tradit *Bar.in d.l. Gallus §.
17 nunc videndum nu.2.ff.de liber.& posth.* spem ha-
beri pro veritate; quippe ex spe dari etiam
18 actionem, & ius agendi scribit *Cephal. cons.112.
nu. 9.* Prout ex spe probabili quem mitti in pos-
19 sessionem bonorum habetur *in l. si filio famil. ff.
quibus ex causis in possess. eatur, & ibi Ang. &
tradit Decian.cons.17.num.42. lib.2.quem sequitur
Morot.cit.cons.50.num.25.*vbi in fine tradit. Ita
20 fuisse Iudicatum per Senatum Taurinensem,
decernendo, quod Camillus Portis, cuius filij
masculi nondum nati fuerant, substituti à Te-
statore primo hæredi, continuaretur in posses-
sione bonorum per ipsum adepta ad præiudi-
tium Venerandi Hospitalis Maioris Mediolani
hæredis scripti à primo hærede grauati.
Et si enim ex *disposit.l.fin.C.de edicto D.Adr.tol.* hæ-
21 res continuari debeat in possessione, quam ha-
bebat defunctus, de qua te latissimè *Menoch. re-
med.3.*

med. 3. retin. num. 59. Polid. Ripa obſeru. 206. & Gratia. lib. 4. diſcept. forenſ. cap. 332. num. 24. cum ſeq. & c. 749. nu. 20. Plo. in l. ſi quando num. 84. cum ſeq. Nihilominus limitatur diſpoſitio d. legis,
22 quotieſcumque fideicommiſſarius ingreſſus eſt
poſſeſſionem ſine vitio, ideſt vacantem, *Bor. in l. filiam fratribus, vbi cæteri ſcrib. ff. ad Trebell. Zucard. in d. l. fin. nu. 423. Alcia. conſ. 43. nu. 16. lib. 5. Menoch. remed. 4. adipiſcendæ nu. 35. Gabriel. tit. de fideicom. concluſ. 5. nu. 2. Rol. conſ. 78. lib. 3. Ioſeph. Ludon. Deciſ. Peruſ. 47. quos ſequitur Mozot. rel. conſ. 50. nu. 7. qui nu. p. &* 2. ſcribit, quod legiti-
23 mus contradictor dicitur ille, qui citatus eſt, vel
ſpecialiter, vel per edictum eum, qui aliquid
prætenderet in re, ſecus ſi ea continuata fuiſſet
in hærede, quia tunc non poſſet fideicommiſſa-
24 rius ſine vitio poſſeſſionem acquirere *Iaſ. conſ. 146. lib. p. Deciſ. conſ. 467. nu. 61. Pe. Anton. Anguiſſola conſ. 58. & 61. lib. p. Marerc. lib. p. var. reſol. cap. p. nu. 29.*

Quæ tamen concluſio locum non haberet in hoc
25 Dominio Mediolani, in quo virtute *Nou. Conſtit. tit. de continuanda poſſeſſione defuncti*, conti-
nuatus cenſetur hæres in poſſeſſione defuncti;
Itaut vacans nunquam ea dicatur, de qua co-
pioſiſſimè citati *Menoch. & Ripa, atque Plotus locis ſupra citatis*, & conſequenter vitioſa ſem-
26 per diceretur occupatio facta per fideicommiſ-
ſarium, etiamſi hæres notoriè eſſet incapax,
27 quod magis eſt, quia nihilominus continuatio
poſſeſſionis defuncti in eo ſequta dicitur virtute
d. Nou. Conſtit. In tantum, vt etiam pendente
dubio ſuper validitate teſtamenti ſcriptus hæres
interim mitti debeat in poſſeſſionem, vt declarat
28 *Menoch. remed. 4. adipiſc. qu. 83. nu. 698.* & vbi
alius imiſſus eſſet ſub prætextu teſtamenti nulli,
ſiue inſtitutionis nullæ, & ſic ab inteſtato, re-
tractanda eſt imiſſio, & ſcriptus hæres imitten-
dus, vt concludit *Menoch. loco citato num. 891. & conſ. 176. nu. 9. verſ. quocirca, cum ex ſal. a quem ſequitur Gratia. lib. 3. diſcept. forenſ. cap. 558. num. 17. cum ſeq. & Peregr. conſ. 24. nu. 8. cum ſeq. lib. 4.*

Et quæ conſtitutionis diſpoſitio locum habet
etiamſi defunctus teſtator poſſediſſet virtute
29 conuentionis initæ cum anteceſſoribus fidei-
commiſſarijs, a quibus recognita fuerant bona
fideicommiſſo vinculata, quod magis eſt, cum
tunc videatur locum habere illam iuris regu-
lam, qua diſponitur, quod dolo petit, quod
ſtatim reſtituturus eſt, cum eo caſu conſtet de
fideicommiſſo, & de bonorum identitate, &
30 nihilominus contrarium ſæpiſſimè iudicauit Se-
natus non eſſe impediendam continuationem
hæredis, vt in ſpetie tradit *Prattus de Interpret. vlt. volunt. lib. 5. dub. p. interpretat. 2. num. 123. Simius conſ. 276. & Raudenſ. conſ. 12. lib. p.*

Et ita præcipue cenſuit Sen. die 4. Decembris
31 1624. fauore Comitiſſæ Olimpiæ Pallauicinæ
hæredis ſcriptæ per Com. Georgium Triultium
eius virum, ad præiudicium Excellentiſſimi tunc
Principis, nunc Eminentiſſ. D. Card. Theodori
Triultij, referente Illuſtriſſimo D. Sen. Octa-
uiano Picenardo, poſtea Præſide Excellentiſſ.
Senatus.

Hanc conſtitutionis diſpoſitionem locum etiam
32 habere in legatario vſufructus, cum facultate
illud capiendi propria auctoritate dicendum
eſt; Cum enim decretum ipſum de continuan-
da poſſeſſione defuncti emanauerit præcipuè
ad coercendas inuaſiones, & occupationes bo-
norum hæreditariorum, quæ reſiſtunt volun-
33 tati teſtatoris, vt inquit *Curt. Iun. conſ. 127. lib. 2. Milanenſ. deciſ. 3. num. 220. & num. 44. Caſſan. conſ. 62. num. 27.*, & voluntati ipſi faueat de-
cretum, non eſt hæſitandum, quin locum habeat
in vſufructuario, dum teſtator facultatem illi
dedit, vt propria auctoritate vſumfructum ca-
pere poſſet legatarius, *Caſtil. de vſufr. cap. 6. num. 17. cum ſeq. & Peregr. de fidicomm. art. 47.* Quia tunc ſublatus dicitur per teſtatorem
34 effectus regulæ; quod vſufructuarius capiat
vſumfructum de manu hæredis, vt declarat *Caſtil. loco citato.*

Vſufructuarius quę habens facultatem à teſtatore
35 capiendi propria auctoritate vſufructum, dici-
tur habere veram, & naturalem poſſeſſionem,
quam corpore, & animo acquiſiuit iuſtè ex te-
ſtatoris voluntate, *Rimin. Iun. conſ. 585. lib. 5.*
36 Vbi enim concurrit veritas, & fictio, præfer-
tur ſemper veritas *l. filio qui pater, & ibi Bar. & cæteri ff. de liber. & poſth.* & ſic vſufructuaria
vere poſſidens præfertur hæredi, in quo fingitur
continuata poſſeſſio *Paſeth. conſ. 140. ex Imola conſ. 16. & Alba conſ. 58. Pariſ. conſ. p. lib. pr. Afflic. deciſ. 167. Curt. Iun. conſ. 108. lib. pr. Rui. conſ. 27. lib. 5. Gabriel. conſ. 36. num. 13. Laur. de Pinu conſ. 95. num. 18.*

Sententiam hanc in proprijs terminis ſequitur
37 *Polid. Ripa ſingul. obſeruat. 206.* vbi multis me-
dijs probat Conſtitutionis diſpoſitionem non
reſiſtere poſſeſſioni legati vſufructus, ſi vſufru-
38 ctuarius propria auctoritate ex teſtatoris vo-
luntate capere poteſt; Quidquid in contrarium
dixerit *Imol. conſ. 16. & Iaſ. conſ. 147. lib. 2. in ſecundo dubio.*

Et ita cenſuit Sen. Excell. menſe Septembris 1623.
39 fauore D. Margaritæ Campegiæ, cui maritus
legauerat vſumfructum totius eius hæreditatis,
quæ propria auctoritate capere poſſet inſtitutis
hæredibus DD. Sororibus Beccarijs, referente
Ampliſſimo D. Senatore Picenardo.

A qua continuationis declaratione appellationem
40 non dari probat *Cotta in eius memoriali in verbo decreto Mediolani cautum eſt, quod poſſeſſio in fine fol. 161.*

Conceſſa autem continuatione alicui non poteſt
41 ille remoueri à poſſeſſione per alium æquè con-
tinuatum, niſi eo citato, ad euitanda præcipue
ſcandala, & ita cenſuit Sen. Excell. die 9. Sep-
42 tembris 1597. fauore Polidori, & fratris de
Calchis, quod decretum regiſtratum eſt in *vlt. addit. ad Nou. Conſt. fol. 38. à tergo.*

SVMMARIA.

Exceptio doli, vel rei non traditæ, aut non numeratæ pecuniæ, admittitur semper de Iure Canonico, non obstante lapsu temporis à Iure communi statuti.

CAP. CCXXXVII.



REI non traditæ, vel pecuniæ
1 non numeratæ, siue doli exceptionem, intra biennium proponendam esse statuitur *in l. fin. C. de dolo*, Quæ dispositio locum obtinet, etiamsi cum iuramento quis affirmasset receptionem, Quia nihilominus lex præsumit durante biennio confessionem factam fuisse sub spe futuræ numerationis, Idcircò intra biennium exceptionem istam concedit lex, non obstanto statuto prohibente
2 omnes exceptiones, quod non compræhendere hanc pecuniæ non numeratæ, siue rei non traditæ, concludunt scribentes *Cin. in l. in contractibus C. de non numerata pecunia Ias. in l. qui pecuniam num. 7. ff. si certum petatur, & scribit Serafin. de priuil. iuram. priuil. 60. num. 18.* Vbi
3 probat, quod est obtinenda absolutio à iuramento, & sic alioquin opus non esse huiusmodi absolutione testatur *Carolus de Grassis tr. de exceptione 43. except. quæ est vltima.*

Quia absurdum est, vt post lapsum maioris tem-
4 poris, expectata forte contrahentis morte, huiusmodi proponatur exceptio; quam remouero quodamodo sit impossibile hæredibus minime de negotio edoctis, Et hanc sententiam amplectitur *Facbin. lib. 2. controu. iuris cap. 83. vers. Ego posteriori sententia*, vbi si mala fides
5 absit, concludit post lapsum bienij nullo modo esse admittendam huiusmodi exceptionem, quam conclusionem amplectitur *Specul. tit. de restit. in integrum §. p. num. 2. Bal. in l. cum quis num. 22. C. de Iuris, & facti ignor. & Rimin. Iun. cons. 272. num. 20.*

De ÆQVITATE tamen canonica semper admit-
6 titur exceptio doli, vel rei non traditæ, siue non numeratæ pecuniæ; tum ne quis cum
7 aliena iactura locupletetur *Din. in cap. locupletari de reg. iur. in 6. Felin. & alij in cap. si cautio ff. de fide instr.* tum quia nulla præscriptio currit
8 cum mala fide *cap. vlt. de præscript.* quæ mala fides concurrit in creditore, si pecuniam non numerauit *Facbin. lib. 2. controu. iur. cap. 83. vers. tamen damnatum est.*

Præsertim vero procedit conclusio in chirografa-
9 ria obligatione ex causa mutui, vel dotis, in qua non attenditur lapsus biennij, neque longissimi temporis, etiam immemorabilis, vt probat *Rebuff. ad const. Regri tit. de chirogr. & sched. recogn. art. 2. num. 48.* attenta mala fide ab ini-
10 tio, quæ omni tempore maior fit *Mascard. de probat. conclus. 361. num. 31. cum seq. Costa remed. subsid. 14. num. 6.*

Ad remouendam autem peccatorum obstinationem in vsurpandis alienis rebus, vel iuribus, prouidit Summus Pontifex Innocentius III. *in cap. nouit de Iudicijs, & ex Diuo Augustino in cap. si peccauerit 2. qu. p.* vt Euangelica de nontiatio-
11 ne arctentur huiusmodi vsurpatores, quod esse remedium subsidiarium defficientibus omnibus
12 alijs iuris remedijs affirmat *Costa cit. remed. 14. num. p. & 7.* Et quod ex ore Saluatoris Nostri Iesu Christi prouenisse habetur *Mathæi cap. 18. & Lucæ cap. 17.* vt refert *Bar. in extrauag. ad reprimendum vers. denontiationem num. 5. cum seq. Nauar. in Man. confess. cap. 24. de correct. frater. num. 13. cum duobus seq. Scaccia. tr. crim. par. p. cap. 54. num. 4. & 5.*

Quod remedium etiam completa præscriptione
13 validè proponitur, si læsio euidens sit, *Innocen. in cap. Cura pastoralis col. 2. de iure patron. Abb. in d. capit. nouit. nu. 20. & Canalc. decis. 16. par. 1.*

Nisi

14 Nisi praescriptio processisset ex bona fide, Quo-
niam contrà eum, qui non peccat, nequaquam
competit Euangelica denontiatio glos. & Abb.
in d. cap. vlt. de praescript. & post multos alios de
magis communi testatur Ceual. commun. contra
commun. qu. 347. num. 3. & 4. Caroc. decis. 131.
num. 18.

Antequam autem deueniatur ad concessionem
huiusmodi remedij, praecedere debent duae cha-
ritatiuae monitiones iuxta dictum Euangelij, ibi
si peccauerit in te frater tuus, deinde, ibi, si non
15 resipuerit à peccato, vt inquit Costa loco relato
num. 7. subiciens, quòd si res sit cum persona cer-
ta, quia contra vniuersitatem tamquam non
16 habentem animā non procedit hoc remedium
Corn. cons. 22. col. vlt. lib. 3. relatus per Seraf. de
iur. priuil. 83. num. 30. Et quod peccatum non
sit occultum, Quia tunc cum testibus fieri non
17 debet correctio Barbat. in d. cap. nouit num. 37.
& Cephal. qu. 574. & Graff. decis. par. p. lib. 2.
cap. 69. num. 11.

Cuius Euangelicae donontiationis loco his tempo-
18 ribus fere abolitae succedit monitorium gene-
rale, vt inquit Costa num. 8. post Franc. Marcum
decis. 853. par. 2. Quod obtinetur praesertim ad
detegendam simulationem contractus, vel sub-
sistentiam crediti, quod ad formam statuti de-
19 beret probari per publicum Instrumentum, de
quibus abundè Asin. in eius praxi Iud. §. 19. cap.
6. lim. 21. & §. 32. cap. 34. num. 8. & cap. 37.
& Dec. in cap. 2. num. 110. de probation. Valasc.
de Iure emphit. qu. 7. num. 22. & post eus Costa
cit. remed. subsid. 14. num. 12.

Ommisso vero hoc denonciationis remedio, non
inutile erit agere, in quibus casibus excluda-
tur, nec ne, exceptio rei non traditae, siue non
numeratae pecuniae, quae materia frequens val-
de est; Et sanè, si res vendita esset in praesentia
partium tempore contractus, tunc liberatus di-
20 citur promissor, & cessat exceptio rei non
traditae Roma. cons. 509. num 23. Alex. cons. 28.
lib. 2. Natta cons. 360. post Papiensem in forma
lib. in causa vendit. vers. vendidit. num. 4. Ber-
tazol. claus. 16. glos. 3. Crass. except. 13. num. 9.
& 10. de except. Mascard. de probat. conclus.
1184. num. 12. cum seq. Cornaz. decis. 69. quos
sequitur Costa de claus. conuent. claus. 2. num. 2.
& 4.

Aequè cessat exceptio rei non traditae, vel non
21 numeratae pecuniae, quando confessio est de
praeterito, videlicet, quod confitens affirmat se
recepisse pecuniam, vel rem ante contractum
glo. in l. In contrarium in verbu aba res C. de non
numer. pecun. Alber. in l. generaliter num. 6. C.
de non numer. pecunia, Paucirol. cons. 57. num.
17. Cras. except. 43. num. 2. de except. & post eos
Costa claus. 21. num. 2.

Contrarium tamen probat Cyn. in d. l. Generaliter,
22 & Aret. in §. Idem iuris num. 23. Instit. de ex-
cept. & Aut. Gom. var. resol. tit. de contr. mutui
23 cap. 6. num. 4. & hanc postremam sontentiam
veriorem esse existimat Fachin. d. lib. 2. contron.
iur. cap. 84. vers. quibus rationibus adductus, vbi
eandem rationem exceptionis militare tradit
24 fauore illius, qui fassus est pecuniam antea
recepisse, cum eadem facilitate, & sub eadem
spe ad huiusmodi confessionem deuenerit, quam
si presentialiter pecuniam recepisse affirmasset.

Declarat tamen auctor ipse conclusionem, distin-
guendo, vt priori casu, si pecuniam, vel mu-
25 tuo, vel indepositum datam fuisse longe antea
fateatur debitor, Inquiritur, an vere causa
26 praecesserit, non autem, an pecunia numerata
sit. Quia, constito de causa, numeratio realiter
facta praesumitur, ei contrarium dicenti incum-
bit onus probandi, secus si de causa minime
constaret, vt concludit in fine capituli Auctor
ipse.

Exceptio vero de re non existente reiecta non-
27 quam censetur, & sic proponi potest quocum-
que tempore Crass. except. 30. de except. & tra-
dit Costa de re integra distinct. 37. num. 6. In qua
distinctione plenè examinat materiam, quando
ex inspectione occulari, & sic per euidentiam
rei, res deffiniri debeat, de qua materia etiam
agit. in remed. subsid. 101.

SVMMARIA.

*Vsufructus bonorum aduentitiorum filij spectat ad pa-
trem num. 1.*

*Fructus bonorum aduentitiorum filij, tanquam patris
proprij obnoxij, debentur creditoribus patris num.
2. & 4. exceptis alimentis amborum num. 6.*

*In obligatione generali veniunt tàm bona praesentia,
quàm futura num. 3.*

*Vsufructus bonorum castrensium filij, vel quasi, non
debetur patri nu. 5.*

*Alimenta patris, & filij prius deducuntur ex fructi-
bus bonorum aduentitiorum filij, antequam credi-
toribus adiudicentur num. 6. & 7. & 9.*

Alimenta debentur filijs in subsidium nu. 8. 10. & 11.

*Filius alere tenetur patrem, in quantum facere potest
num. 12.*

*Pater repudiando vsufructus bonorum filij excludit
creditores num. 13.*

*Ius quaerendum, si conexum est Iuri quasito, non ad-
mittitur illius renontiatio in creditorum praeiudiciū
num. 14.*

*Vsufructus aquiritur etiam ignoranti, & absenti, &
inuito ministerio serui, vel filij num. 15. sed non
irreuocabiliter num. 16.*

*Acceptato vsufructu, dicitur ius quasitum creditori-
bus, num. 17. quod ab illis inuitis auferri non potest
num. 18.*

*In obligatione generali non venit ius agnoscendi lega-
tum, vel adeundi haereditatem num. 19 & 20.*

Renuntiare, & repudiare, inter se valde diferunt n. 22.

*Praelatus potest non acquirere Ecclesiae repudiando,
vel negligendo num. 23.*

Ecclesia laesa ex Praelati culpa agit contra illum n. 24.

Negligentes odiosi legibus num. 25.

*Ecclesiae competit restitutio in integrum aduersus
ommissa, & neglecta per Praelatum, si ille non est
soluendo,*

soluendo, vel hæredes non habuit num. 26.

Pater in multis casibus non habat vsufructum bonorum aduentitiorum filij num. 27. & 28.

Pater non habet vsufructum beneficij filij clerici num. 29. item ex bonis filij emancipati num. 30.

Patria potestas non inducitur, nisi natura, vel adoptione num. 31.

Nepos ex filio spurio institutus admittitur quoad proprietatem, & quo ad vsufructum, ad patris beneficium num. 32. & 33.

Ex vsufructu bonorum aduentitiorum filio spectantiũ detrahuntur alimenta sibi, & filio debita, priusquam creditores patris illum consequantur.

CAP. CCXXXVIII.



1 Sufructus bonorum aduentitiorum filij ad patrem spectare cauetur *per tex. in l. vlt. C. de bonis quæ lib. & tradit Ascan. clem. in tr. de patr. potest. effectu* 12. Propterea illius fructus tanquam inter patris bona obnoxij in totum de-
2 bentur creditoribus patris *Asca. Clemens de patr. potest. cap. 6. effectu 12. post Couarru. var. resol. lib. p. cap. 8. num. 7. Honded. cons. 19. per totum præsertim num. 17. cum seq. lib. 2.*

Sicuti enim creditores patris obligata habent omnia eiusdem bona, illorum appellatione venire etiam vsufructum bonorum aduentitiorum filij dicendum est; cum in generali obligatione ve-
3 niant tam bona præsentia, quàm futura *l. nomen C. quæ res pignor. obl. pos. l. grege §. & in superfitiarijs, vbi glos. ff. de pignor. Neguf. de pignor. & hypot. par. 2. membro 3. num. 5. & num. 33. Menoch. cons. 77. num. p. cum seq. & tradit Gratian. lib. 2. discept. forens. cap. 271. num. 33.*

Et consequenter ad creditores patris spectare integraliter fructus bonorum aduentitiorum
4 filij patet *l. p. C. de bonis maternis §. p. Instit. per quas personas nobis acquiritur, Menoch. cons. 685. num. Gratian. cap. 433. num. 11. & cap. 519. num. 12. lib. 3.* Qui vsufructus excluditur in bonis Castrensibus, vel quasi, vt sunt redditus præ-
5 bendæ, dignitatis, benefficiorum, & pensionum *Pinel. in l. p. par. 2. num. 29. C. de bon. mater. quem sequitur Gratian. discept. forens. 365. num. 6. & 7. lib. 2.*

De ÆQVITATE tamen deduci debent alimenta
6 patris, & filij ex d. fructibus, & hoc pati debent creditores patris, quia hac via consulitur vtrique parti, scilicet filio, & creditoribus, qui, si hanc HVMANITATEM abboreant, contra propria laborant commoda; nam subtractus alimentis necare dicuntur vsufructuarium patrem, cui quanto citius, atque miserri-
7 mè cum vsufructus iactura moriendum est, & sic finitur vsufructus *§. vlt. Instit. de vsufr. & scribit Io. del Castil. de vsufr. cap. 61. ac in terminis tradit Costa remed. subsid. 4. nu. 6.*

In subsidium namque debentur alimenta filijs, vt
8 inquit *Boer. Decis. 7.* Faciunt tradita per *Surdum cons. 367. nu. 30.* dum scribit, quod licet ex substantia filij non sit soluendum æs alienum patris; attamen ita prouidendum est patri, vt illo
9 alimentetur ex fructibus bonorum filij, si aliunde non habet alimenta, quod ÆQVVM valdè esse suadet naturalis ratio, dum pater alere te-
10 netur filium, vt concludit *Surd. de alim. tit. 8. priuil. 48. nu. 6.* saltem in quantum facere potest
11 *l. maritum 13. & l. maritus, 55. ff. sol. matrim. & inquit Surd. de alim. tit. p. qu. 78. num. 13. cum seq.* quem sequitur *Gratia. lib. p. discept. forens. cap. 107. nu. 9.* & consequenter iuxta regulam corre-
12 latiuorum filius etiam tenetur alere patrem in quantum facere potest.

Et eo casu Pater æris mole grauatus, adhibita in consilium ratione, creditorum auiditatem, & ingluuiem poterit excludere, si vsufructum repudiauerit, antequam illum acceptauerit, Præsertim quando huiusmodi renontiatio facta vi-
13 detur sub aliqua honesta causa, veluti in præmium emancipationis, non autem in odium creditorum, vt perpendit *Roland. de lucro dotis qu. 40. nu. 12. & sequitur Card. Mant. de tac. & ambigu. lib. 13. tit. 38. nu. 14. & post eos tradit Gratia. cap. 271. nu. 34. lib. 2. vbi seq. nu.* scribit, quod si ius quærendum esset conexum quæsito, non da-
14 retur renuntiatio iuris quærendi *ex Rebuff. tr. de priuil. scolar. priuil. 106. nu. 18.* vbi materiam conexitatis mirificè explicat, subijciendo *Gratia. nu. 37. cum seq.* quod licet non videatur posse repudiari per patrem, siue dominum vsufru-
15 ctum, cum illi acquiratur etiam ignoranti, & inuito, ministerio serui, vel filij *famil. §. Item nobis Instit. per quas personas nobis acquir. Doct. in l. p. C. qui admitti.* Hoc tamen intelligitur quoad
16 commutabilem, seu reuocabilem acquisitionem, sed non acquiritur irreuocabiliter, seu incommutabiliter, *Surd. cons. 116. num. 78. post Cagnol. in l. inuito nu. 13. ff. de reg. iur.* Alias quia post acceptationem dicitur creditoribus ius quæsi-
17 tùm, quod ab eis inuitis aufferri non posset,
18 tanquam re non integra *glo. 12. l. si pater, & ibi Bart. C. de inoff. donat. & in puncto Castr. cons. 135. lib. p. Anchar. cons. 106. nu. 4. Surd. cons. 116. num. 82. post Portium in §. p. nu. 8. Instit. per quas personas nobis acquir. & Bero. cons. 43. lib. p. quos sequitur Costa cu. remed. 4. nu. 7.*

Quoniam ius adeundi hæreditatem, vel agnoscendi legatum, non venit in generali obligatione
19 bonorum, neque titulus *ff. quæ in frau. cred.* venit in repudiante hæreditatem, vel legatum, aut
20 legitimam, siue trebellianicam, & falcidiam, vel quidpiam aliud non acceptante, cum aliud sit damnum pati, & aliud lucrum amittere
21 *Surd. Decis. 140. num. 8. cum seq. Vincent. de Fran-*


chis Decis. 101.*par.p.Ripa in l.si vnquam nu.* 21.*C. de reu.donat.* vbi tradit differentiam inter renon-
32 tiare, & repudiare, quidquid scripserit per quinque fundamenta quoad legitimam *Menoch. cons.* 77. cuius sententiam confirmat *Peregr. cons.* 46.*nu.* 14.*cum seq. vsque ad finem lib.* 3.
Vt dicitur de Prelato, qui potest non acquirere
33 Ecclesiæ, repudiando, vel negligendo *Crau. cons.* 152.*nu.*9.*& Surd. cons.*501.*lib.*4. *Vincent. de Franchis Decis.* 14. quamuis indè Ecclesia læsa ex
34 Prælati culpa aduersus illum, vel eius hæredes possit agere pro damni reparatione *Vasq. contron. Illus. lib.*3.*cap.*105.*nu.*40 *cum seq. per tex. in cap. placuit il* 2.16.*qu.*3. In odium negligentis, vt
35 scribit *Sebast. Medic. tr. de casibus fortuitis qu.* 9. Et in subsidium, quando Prælatus non est soluendo, vel nullos haberet hæredes, conceditur Ecclesiæ restitutio in integrum aduersus omissa,
36 & neglecta per Prælatum *Abb. in cap. dilectus num.*10.*de maior. & obed. Gail. obseru.* 70.*lib.p.& post eos Costa cit. remed. subsid.*4.*in fine.*
Plures verò deducuntur casus per *Bal. cons.* 324. *vol.*2. in quibus in patre non habet locum com-
37 modum vsufructus aduentitiorum bonorum filij, neque illorum administratio, *per glo. & Bar. in Auth. Idem est C. de bonis quæ lib.* Inter quos refertur ille, quando vnus ex filijs est cleri-
38 cus simpliciter, quia tunc pater non est vsufructuarius bonorum maternorum filij clerici, vt probat *Rol. cons.* 16. *lib.*4. *& luculentissimè Marsha tr. de Iurisd. cent. p. par.*4.*casu* 22. Et sic multò minus pater habet vsufructum beneficiorum
39 ecclesiasticorum filij *Crau. cons.* 218.*nu.*3.*Valasc. Decis.*87.*nu.*5. *& Gratia. cit. cap.*271. Idem dici-
40 tur de bonis filij emancipati, vt inquit *Costa de ratione rata qu.* 211.*num.*4. *&* 5. etiamsi deindè renuntiatum esset emancipationi, cum patria potestas nequeat induci, nisi natura, vel adop-
41 tione *l. qui liberatus ff. de adopt. Corn. cons.* 228. *num.* 6. *lib.*4. *quos sequitur Costa cit. qu.* 221. Vbi alium tradit casum in nepote ex spurio instituto ab auo, qui admittitur respectu proprietatis, & quoad vsumfructum respectu patris pro rata
42 alimentorum residuo vsufructus acrescente nepoti; Quia in dubio institutio nepotum ex spu-
43 rio non præsumitur facta contemplatione patris, vt inquit *Costa loco relato*, vbi auctoritatem omnem, quam habet pater in bonis filiorum, explicat.

SVMMARIA.

Hæreditas stare non potest in suspenso num. 1. *limitatur nu.* 4.
Dominia rerum in suspenso stare nequeunt nu. 2. *&* 3.
Purificata conditione, sub qua quis hæres fuerit institutus, aditio hæreditatis fingitur, quod ab initio locum habuerit nu. 5.
Spurius deindè legitimatus, atque institutus sub conditione, quando legitimabitur, *habetur, ac si ab initio legitimatus esset nu.* 6.
Hæreditati iacenti ob non purificatam adhuc conditionem, sub qua fuit institutus hæres, datur Curator nu. 7. *&* 14.
Conditione deficiente, sub qua quis hæres fuit institutus, admittitur hæres ab intestato nu. 8.
Hæreditas ad captiuum spectans adiri per alium non potest durante captiuitate nu. 9.
Hæreditas Monachi locum non habet, nisi emissa professione nu. 10.
Hæreditas ex successorio edicto non defertur ad sequentem in gradu, nisi prior exclusus sit nu. 11.
Priuatio iuris sui locum non habet, nisi expressè lex, siue statutum hoc disponat nu. 12.
Spes donec durat, suspenditur potius hæreditas quam admittatur illius priuatio nu. 13.
Testatoris dispositio, quando in suspenso stat nu. 15. *quod intelligitur ad ipsius voluntatis essentiam, non quoad eius executionem nu.* 16.
Dominia rerum nunquam in suspenso stare dicuntur, dum, si non est penes vnum, intelligitur esse penes alium nu. 17.
Hæreditas à patre repudiata adiri non potest per filium ex disposit. Non. Constitut. secus de iure communi nu. 18. *Conclusio hæc intelligitur viuente patre nu.* 19. *&* 20.
Declaratur constitut. vt intelligatur de actuali aditione, non autem intelligitur de spe nu. 21.
Substitutus adire non potest viuente instituto nu. 22.
Decisio Senatoris Poli nu. 23.
Semel exclusus, quando non semper exclusus dicatur num. 24.
Quia rebus sic stantibus locum habet nu. 25.
Suspensio aditionis differt ab exclusione nu. 26.
Dominium hæredis nunquam dicitur stare in suspenso, quia donec ab hærede adeatur, manere dicitur apud defunctum, cuius personam repræsentat ipsa iacens hæreditas nu. 27.
Hæreditas vacans ad filium pertinet nu. 28.

Hæreditates sæpe in suspenso stare contingi ob conditionem casualem, non potestatiuam.

CAP. CCXXXIX.



Egulariter hæreditas non potest stare in suspenso, siue in pendenti,
1 maximè respectu aditionis *l. actus legitimi ff. de reg. iuris, & l. fin. ff. commun. prædiorum de qua Dinus.* In aere enim staret hæreditas, quod non admittunt iura allegata, de qua re *Menoch. cons.* 473. *nu.* 5. *& nu.* 19. *cum seq.* cui conclusioni confert alia regula, ne scilicet dominia rerum semper
2 in incerto sint *l.p.ff de vsucap. §.p. Inst. eodem tit. & l. cum notiss. C. de præscript.* 30. *annorum Menoch. cons.* 1050. *In Decis. Rota Roma. ibidem registrata nu.* 2. quod dominium in aere stare nequit
3 *l. si ex duobus §. sed & Marcellus ff. de in diem adiect. glo. & Doc. in l. fin ff. commun. prædiorum, & tradit Idem Menoch. cons.* 413.*nu.*24. *& cons.* 568. *nu.* 13.

nu. 13. atq; conſ. 821. num. 23. & nu. 35.
Verum limitatur De ÆQVITATE regula ipſa, vt
4 hæreditas ſtet in ſuſpenſo, quando pendet condi-
tio caſualis, non poteſtatiua, vt ſi fuerit inſtitu-
tus is, qui adhuc natus non eſt, cum deffectus ſit
talis, qui ceſſare probabiliter ſperatur, & tunc
purificata conditione, retro fingitur aditio,
5 quod ſcilicet ab initio hæres is fuerit, vt expreſ-
ſis verbis habetur *in l. hær. 1 quandoq; ff. de acquir. hæred. Item probat l. addicitur ff. de inulit. teſt. & abondè tradit Caſtr. conſ. 242. nu. 3. lib. p. Menoch. conſ. 473. nu. 19. Surd. conſ. 439. num. 29. cum ſeq. quos ſequitur Coſta de facti ſcient. & ignor. diſtinct. 100. num. 37. cent. p. & tradit Gratia lib. 3. diſcept. forenſ. cap. 540. nu. 34. & 35.*
Idem verificatur in ſpurio hærede inſtituto ſub
6 conditione, *ſi, vel quando legitimabitur*, quo caſu
venientes ab inteſtato, etiam ante impletam
conditionem legitimationis, excluduntur; &
hæreditate in ſuſpenſo remanente, poteſt dari
curator hæreditati iacenti, quod ſi deficit con-
7 ditio, *vel ex non poſſe, vel ex non velle*, omnia
reddi opportet venientibus ab inteſtato *Bal. &*
8 *alij multi in l. ſi quis inſtituatur ff. de hæred. Inſtit. Angel. in l. in tempus ff. de hæred. inſtit. Natta conſ. 246. nu. 7. lib. 2. & Menoch. cit. conſ. 273. nu. 6. nu. 19. verſ. & ad rem.* ſic in hæreditate ad captiuum
ſpectante, quæ per alium adiri non poteſt, pen-
9 dente captiuitate *l. illa inſtitutio §. p. ff. de hæred. inſtit. Viuius Deciſ. 43. num. 2. lib. p. Coſta de facti ſcient. & ignor. diſtinct. 100. nu. 34. cent. p.* Itidem
10 in hæreditate eius, qui ingrediendo monaſte-
rium diſpoſuit ante profeſſionem, quia, donec
fiat profeſſio, hæreditas ipſa ſtat in ſuſpenſo
Vincent. de Franchis Deciſ. 14. nu. 27. & Coſta cit. diſtinct. 100. num. 35. cent. 2. de facti ſcient. & ignor.
Præterea hæreditas ex ſucceſſorio edicto nun-
11 quam defertur ad ſequentem in gradu, niſi
prior ſit excluſus, vel morte, vel renontiatio-
ne, vel ſit priuatus *§. placebat Inſtit. de leg. adg. ſucceſs. & l. defunctus C. de legit. hæred. Gabriel. conſ. 27. nu. 2. & conſ. 133. nu. 4. lib. 2.* Priuatio au-
12 tem iuris ſui nec præſumitur, neque ei ſit lo-
cus, niſi lex expreſsè hoc dicat. *Ripa reſp. 5. & 6. de ſecundis nupt. par. 2. Oſaſch. Deciſ. 147. nu. 4. & poſt eos Coſta cit. diſtinct. 100. nu. 37. in fine, & nu.*
13 *38. & 39.* Potiuſque arguitur ſuſpenſio, donec
durat impedimentum, aut ſubſit ſpes, quam
præſumatur excluſio, quæ perpetuo operetur
ſine culpa vocati ad hæreditatem, vt explicat
Surd. cit. conſ. 439. nu. 31. quos ſequitur Coſta vbi ſupra nu. 40.
Eo que caſu interim datur curator ipſi hæreditati
14 iacenti, vt reſpondit *Dec. conſ. 509. num. p.* vel
datur bonorum poſſeſſio ipſi inſtituto, ſub con-
ditione *l. ſi quis inſtituatur ff. de hæred. inſtit. l. 2. §. ſi ſub conditione, & l. ij demum ff. de bon. poſſeſſ. ſecundum Tabul. & l. filius fam. ff. vnde liberi Menoch. all. conſ. 473. ſub n. 19. verſ. & interim.*
Non repugnante diſpoſit. citatæ *l. vlt. ff. commun.*
15 *prædiorum*, Teſtatoris ſcilicet voluntatem, &
diſpoſitionem ſtare non poſſe in ſuſpenſo, Quia
declaratur hoc procedere ad ipſius voluntatis
16 eſſentiam; non autem quoad eius executio-
nem, vt poſt *Galianolam in l. centurio num. 200. vbi, Ripa num. 34. ff. de vul. & pupil. ſubſt. probat Menoch. all. conſ. 473. num. 20.*
Prout dominium rerum nunquam ſtat in ſuſpenſo,
17 dum, ſi non eſt pænes vnum, intelligitur eſſe
pænes alium, vt determinat *Zanch. in l. hæredes mei §. cum ità num. 1298. ff. ad Trebell. quem ſequitur Menoch. cit. conſ. 473. num. 21.*
Et quia Nouis Conſtitutionibus in hoc Mediolani
Dominio tit. de acquir. hæred. diſponitur, quod
filius non poſſit adire hæreditatem a patre re-
18 pudiatam, quidquid in contrarium a Iure com-
muni caueatur, *vt in l. ex repudiatione C. de fideicom. & l. 2. C. de rep. bon. poſſeſſ. atq; l. renitente C. de Iure delib.* cum diſtinctionibus deductis per
eruditiſſimum *Maſſinium in l. p. num. 298. cum ſeq. C. qui admitti.* Quæritur, an huiuſmodi
prohibitio ſit perpetua, an vero durante tan-
19 tum patris vita; Et multis ſubtiliſſimiſque ar-
gumentis prohibitionem ipſam locum habere
tantum durante vita patris probat *Coſta citata diſtinct. 100. à num. 5. vſque ad finem.*
Quæ ſententia mihi arridet, perpenſis præſertim
illis verbis in Conſtit. expreſſis, (*viuente patre*)
quæ verba magnifacit *Coſta num. 42. cum ſeq.*
ſic diſtinguendo; vel quod iſte ablatiuus abſo-
lutus ſtat qualificatiuè, vel facit conditionem,
vel ponitur in vim ſuppoſitorum terminorum,
20 ex quo ſupponuntur termini præſentes, hoc eſt
quatenus, & quouſque viuit pater. *Bal. in l. p. C. quando liceat ab emptione diſced. Surd. conſ. 449. num. 98. lib. 3.*
Intelliguntur autem Conſtitutiones de actuali adi-
21 tione, non autem tollunt ſpem adeundi, quæ
habent hunc germanum ſenſum, quamdiù vi-
uit pater, qui repudiauit, tandiù non poteſt
adire filius, vt in ſimili dicitur de ſubſtituto, qui
22 non poteſt adire, viuente inſtituto, qui velit,
vel poſſit eſſe hæres cum effectu *l. quamdiu ff. de acq. hæred. faciunt tradita per Alb. conſ. 92. num. 3. & 4.*
Et ita iudicatum fuiſſe per Ampliſſ. Senatorem
23 Polum, Papiæ tunc Prætorem teſtatur *Coſta citata diſtinct. 100. num. 19.* qui per totam d. di-
ſtinct. materiam ipſam trutinauit, & clariſſi-
mam reddidit, ad quem idcirco remittitur le-
ctor, & qui *num. 15.* declarat regulam, quod
ſemel excluſus per ſtatutum remanet perpetuo
24 excluſus, deſumptam *ex cap. p. §. quaſi etiam Epiſc. vel Abbas in vſibus feudorum de qua Dec. conſ. 82. & 95. & Rim. Iun. conſ. 82.* Quam re-
gulam locum habere tantum concludit rebus
25 ſic ſe habentibus, videlicet durante excluſionis
ratione, *Gabriel. tit. de ſtatutis concluſ. 4. Malnaſ. conſ. 22. num. 114. cum ſeq. Honded. conſ. 70. nu. 36. & ſeq. lib. 2.* Præterquam quod eo in
26 caſu agitur de ſuſpenſione aditionis, non autem
de excluſione *Surd. cit. conſ. 439. num. 31.*
Declarat inſuper *Menoch. cit. conſ. 473. num. 21.*

27 quod

27 quod dominium nunquam dicitur stare in suspenso, quia, donec adeatur hæreditas ab hærede, manere dicitur apud defunctum, cuius personam rapræsentat ipsa iacens hæreditas, cui iacenti hæreditati prouideri solet de curatore, donec vel ea adeatur, vel vacans declaretur,
28 quo casu ad fiscum spectare certum est *iuxta l. p. & per totam tit. C. de bonis vacant. l. 10. & l. p. ff. de iure Fisci de qua se ample Boss. tit. de bonis vacantibus per totum.*

SVMMARIA.

Conditiones non retrotrahuntur ad constituendam hypotecam eo die, qua facta fuit obligatio n. 1. & 2.
Conditiones alia potestatiuæ, alia casuales, alia mixta, num. 3.
Hypoteca retrotrahitur in conditione casuali, & mixta, non autem in potestatiua num. 4. & 5.
Conditio casualis pendet à fortuna num. 6.
Conditio potestatiua pendet à propria voluntate n. 7.
Creditor ex conditione casuali, vel mixta, præfertur creditori posteriori puro, num. 8. & 9.
Dispositio sub conditione casuali dicitur ius quæsitum, licet conditionaliter num. 10.
Contractus initus non dicitur, quando dependet à voluntate debitoris, sed potius dicitur habitus tractatus de meundo contractu num. 11.
Hypoteca generalis posita per Notarium in fine instrumenti non refertur ad expressam superius incidenter, & initiatiuè num. 12.
Relatio in dubio fit ad id, de quo principaliter agitur num. 13.
Enuntiatiua verba dicuntur, quæ non stant per se, sed in aliud transeant, num. 14. & 18.
Dispositiua verba sunt, quæ stant per se, quia emanant principaliter propter se num. 15. & 16. Hanc definitionem impugnat Soncin. num. 17.

Conditio potestatiua non retrotrahitur ad constituendam hypothecam die susceptæ obligationis, vt permittitur in conditione casuali, siuè mixta.
CAP. CCXXXX.

CONditiones non retrohuntur ad
1 constituendam hypotecam, vt pote, si quis obligaret bona sua pro lucris percipiendis ex societate, huiusmodi hypotheca non retrotrahitur ad diem obligationis susceptæ, sed attendi debet tempore perceptorum vtilium; cum posset ipse non percipere dicta lucra, &
2 vtilia, & sic inspicitur tempus impletæ conditionis *l. qui balneum ff. qui pot. in pign. hab. Alcia. cons. 331. num. 2. lib. 8. Bursa cons. 45. num. 13.* & latissime scribit *Negusant. de pignor. in secundo membro quinta partis in Ampliat. 12. sub. n. 9.*
Distinguendo tamen conditionem potestatiuam à casuali, & mixta, *De ÆQVITATE* in casuali, & mixta, in quibus subest *ÆQVITAS*, retro-
3 trahitur hypoteca ad diem contractus, non autem in conditione potestatiua, in qua defficit *ÆQVITAS, Bart. in l. si is qui per emptorem in 5.*
4 *qu. princip. ff. de vsucapion.* Eo quia fuit in potestate promissoris eam non implere, & sic non
5 incidere in obligationem, propterea retrotractio locum non habet *tex. in cap. 51. pro se de rescriptis in 6.* & ibi declarat *Io. Andreas in glo. 4. in nouell.* qui aliam assignat differentiæ rationem, videlicet, quod conditio casualis pendet ex for-
6 tuna, & ideo contractus dicitur solidior, cum non pendeat à voluntate, seu potestate alicuius partis, secus in conditione potestatiua, quæ pendet a partis voluntate, & ideo contractus non
7 est ita solidus, vt subijcit ibidem *Io. de Lignano.*
Hanc sententiam probat *Rimin. Iun. cons. 819. num. 19. cum plur. seq.* sed præsertim *nu. 23. vbi ex Bar. Ang. & Salic. l. p. ff. qui potior. in pign. hab. & in l. qui balneum, & in l. Titius ff. quæ res pign. obl. poss.* Et hanc conclusionem sequitur *Alcia. cons. 31. nu. 4. & Bursa cons. 45. nu. 13.* concludentes, quod creditor ex conditione casuali, vel mixta, quæ
8 non dependent ex mera voluntate creditoris, præfertur creditori posteriori puro, licet illius hypoteca contracta fuerit ante purificatam conditionem prætendentis obligationis, secus
9 ex conditione potestatiua, vt per *Negusant. d. secundo membro quinta partis princip. ampliat. 12. sub num. 9.*
Præterea, vt considerat *Io. de Lignano loco rel.* quan-
10 do dispositio est sub conditione casuali, dicitur ius quæsitum, licet conditionaliter, & ideo adueniente conditione retrotrahitur, & primus præfertur secundo creditori posteriori, sed quando dependet à voluntate debitoris, non dicitur initus contractus *d. l. qui potior*, sed potius
11 dicitur habitus tractatus de ineundo contractu, & ideo non trahitur retrò *d. cap. si pro te, & concludit Negus. cit. ampliat. 12. nu. 9. quem sequitur Rimin. Iun. cit. cons. 819. nu. 25.*
Neque omittitur quod, & si ex consuetudine notariorum apponi soleat hypoteca generalis in calce instrumentorum, tamen illa non refertur ad expressam superius incidenter, & enuntiatiuè
12 *Bart. in l. fi. vers. secunda ratio ff. de rebus dubijs Rumn. cons. 503. num. 2. Alex. cons. 48. num. 8. lib. p. cons. 158. nu. 7. lib. 6. Aret. in §. Appium noc. 4. Instit. de rerum diuis. Decis. cons. 213. num. 5. Gabr. de clausulis conclus. 9. nu. 15. Ceph. cons. 543. num. 16.*
13 dicentes, quod in dubio relatio fieri debet ad id de quo principaliter agitur.
Enunciatiua vero dicuntur verba, quæ non stant
14 per se, sed in aliud transeunt, nec sunt verba principalia orationis; Dispositiua autem stant
15 per se, quia emanant principaliter propter se, Ita declarat *Bal. in l. p. C. de falsa caus. adiec. lega. col. 2. Socin cons. 228. col. p. lib. 2. Paris. cons. 77. nu. 34. lib. 3. Grat. resp. 136. nu. 7. lib. 2. Rimin. Iun. cons. 84. nu. 19. cons. 670. nu. 3. & cit. cons. 819. sub nu. 8. & nu. 30.*

Quam definitionem sic explicat *Genua de verbis enonciatiuis lib. p. qu. p. nu. 2.* Enonciatiua verba
16 sunt quoddam proœmium, siue præambulum, in quibus non sistit voluntas, sed transeunt, seu per se non stant, & non sunt ipsa dispositio, iuxtà sententiam Baldi, de qua supra *quem sequitur Rimin. Iun. cons. 23. nu. 195. & cons. 84. nu. 19. cons. 113. nu. 26. cons. 382. nu. 27. cons. 619. nu. 45. 670. nu. 2. & d. cons. 819. nu. 8. & Card. Mant. de tacit. & ambigu. lib. 2. tit. 6. nu. p.* Quam tamen diffini-
17 tionem impugnat *Soc. iun. in d. l. ex hac scriptura sub nu. p. ff. de donat. & Polid. Ripa de actis in morte articulo cap. 82. num. 2. & 3. cum seq.* quorum sententiam sequitur *Genua loco relato* Restringendo, quod verba enonciatiua propriè dicuntur, quæ non stant per se, sed ad aliud transeunt,
18 quod non est verbum principale orationis, & hanc opinionem amplectitur *Io. del Castil. quotidian. controu. cap. 26. nu. 73.* infinitos concordantes citans.

SVMMARIA.

Homicida capite plectitur nu. 1.

Mandans homicidium, vel causam illi dans, punitur capitaliter nu. 2.

Homicidium commissum vltrà decennium mitius punitur nu. 3. limitatur si bannitus fuit in contumaciam num. 4.

Homicidij pæna minuitur ob excellentiam personæ delinquentis nu. 5.

Excellentia personæ excipitur ex quibuscumque regulis num. 6.

Prouocatio excusat quem à pæna ordinaria homicidij num. 7.

Necessitas se defendendi excusat delinquentem à pæna ordinaria nu. 8.

Insultu facto per occisum probato, probata dicitur necessaria defensio nu. 9.

Decisio Senatus nu. 10.

Occisor torquetur sæpe super qualitate prouocationis, si de ea planè non constat nu. 11.

In dubio præsumitur, quod occisus prouocauerit occisorem num. 12. Decisio Senatus in ea materia num. 13. & 14.

Satellitibus exequentibus non seruata forma Nou. Const. impunè resisti potest nu. 15. etiam in executionibus pro Reg. Cam. nu. 16.

Mulieres non admittuntur loco consulis, vel testium, in exequendis præceptis executiuis nu. 17.

Testis pro Fisco examinatus etiam vnicus, planè probat pro rea nu. 18.

Testes de visu, rationes, & causas superiores redentes planè probant nu. 19.

Satellites infames dicuntur, neque probant, si præsertim læuitates deprehenduntur nu. 20. & 22.

Querelans testis officio fungi nequit nu. 21.

Testis tractans de se exonerando non probat nu. 23.

Satellites non probant, si de alio deponunt, quam de eo, quod eorum officium concernit nu. 24.

Satellitibus impunè resisti potest, si licentia pignorandi est iniusta nu. 25.

Satellites non cognoscunt de iustitia, vel iniustitia licentiæ pignorand. nu. 26.

Excessus tollit excusationem malorum ob excessum sequutorum nu. 27.

Delinquentes non tenentur ad expensas dictarum, nisi indicia sufficiant ad reatum nu. 28.

Contrarietas inter testes probat eorum falsitatem, vt testes Susanæ, nu. 29.

Testis in vno falsus, in omnibus falsus redditur nu. 30.

Testes ad inuicem contrarij se contradicunt nu. 31.

Verisimilitudinem per se habens dicitur habere casum legis nu. 32. Decisio Sen. nu. 32.

Delictum commissum præter voluntatem delinquentis mitius punitur nu. 33. & 34.

Decisio Senatus nu. 35.

Banitus capitaliter dicitur seruus pænæ, si detinetur num. 36.

Banito capto fit recognitio de eius persona, vbi non fateatur se esse talem nu. 37.

Baniti capitaliter capti iudicatur a Senatu nu. 38.

Aduersus Bannum opponi potest illius nullitas deffectu citationis, vel minor ætas Baniti, tempore patrati delicti nu. 39.

Nouæ deffensiones conceduntur intra annum tam quo ad personam, quam quoad bona, intra biennium vero quo ad personam tantum nu. 40. & 41.

Ordo S. E. M. præscribens tempus admittendi ad nouas deffensiones nu. 42.

Banitus captus non admissus ad nouas deffensiones, auditur, si velit probare eius innocentiam nu. 43.

Senatus aliquando minuit pænam circa banitum, etiam non admissum ad nouas deffensiones, si qualitas delicti hoc patiatur nu. 44.

Decisio Senatus nu. 45. & 46.

Damnatur pæna triremium, etiamsi a socio criminis tantum erat grauatus banitus postea captus nu. 47. & 48.

Aliæ Senatus Decisiones nu. 49. 50. 51. & 52.

Pæna ordinaria homicidij, quæ est capitalis, sæpè ex causa minuitur, & extra ordinariè punitur homicida.

CAP. CCXXXXI.

SAtis ample actum fuit supra *in cap. 102. & cap. 130. lib. 2.* de pæna homicidæ, sed quia multifariam, multisq; modis sæpè minuitur pæna ipsa, iuxtà casuum contingentiam, non ab re erit, Iterum materiam trutinare; & si enim *tex. in l. 2. ff. de sicarijs, & in §. Item lex Cornelia Instit. de publ. Iudicijs* disponat capite esse
1 plectendum homicidam, & non solum qui proprijs manibus occidit; Sed & qui mandauit,
2 vel causam dedit homicidio *l. nihil interest ff. eodem, & late scribit Boss. tit. de homicidio nu. p. atq; disponunt Noua Constit. in tit. de pænis cap. homicida.*

De ÆQVITATE tamen mitius punitur homicida,
3

3 da, & receditur à pœna ordinaria, quando homicidium fuisset comissum iam supra decennium *l. qui decennio ff. de pœnis Roch. de Curte tr. de consuetud. fol. 5. col. 3. circa finem, Castr. cons. 197. in fine post Bar. in extravag. quoniam nuper in verbo crescit, quos sequitur Boss. tit. quando procedatur per acc. in del. num. 18. & tit. de homicidio num. 111.*

Quæ conclusio non habet locum, sequto banno contra homicidam; Quia per lapsum etiam
4 annorum triginta non tollitur effectus banni *Nell. in tr. de bannitis in secunda parte 2. temporis qu. 63. quem sequitur Boss. tit. tit. quomodo procedar per acc. in delictis nu. 20.*

Sicuti pœna etiam diminuitur, quando homicida
5 esset excellens in aliqua arte *l. ad bestias ff. de pœnis, & l. sed vt reprobari ff. de excusatione tutorum* qua ratione dixit *Hostiens. in cap. de causis de off. Deleg.* quod vbi veniret abstinenda lingua, vel manus pro certo delicto ex lege siue statuto, si Egregius Orator, vel poeta, vel pictor tale delictum comisisset, non deberet pictori abscindi manus, neq; Poetæ, vel oratori lingua; Ex qua textus dispositione inducit conclusionem Barbatia *in rubr. de rebus Eccl. non alien. col. 3.* quod si statuto cauetur Forensem non admitti debere ad Collegium, locum non habet statutum in eo,
6 qui est eminentis scientiæ, quem sequitur *Boss. tit. de pœnis nu. 8. & 9. & citato tit. de homicidio nu. 111.*

A pœna etiam ordinaria excusatur prouocatus, qui homicidium comisit, vel ad necessariam deffen-
7 sionem illud patrauit *vol. l. vt cum ff. de iustitia, & iure Boss. tit. de homicidio nu. 82. cum seq.* vbi
8 tradit necessariam esse probationem necessitatis se deffendendi, & quod alio modo non poterat effugere iniuriam personalem, sed clarius se explicat *num. 88.* dum concludit, quod probato insultu per occisum facto occisori, probata dici-
9 tur necessaria deffensio, *Marcus Antonin. lib. p. Resol. 5. nu. 13. & lib. 3. Resol. 26. nu. p. Farin. cons. 86. nu. 16. & num. 20. quos sequitur Porrus in eius fasciculo §. homicidium pag. 108. 116. cum seq. pag. 133. qui pag. 389.* Probat Horatium Zuchelum Notarium Meleti, quo insultatus noctis tem-
10 pore a duobus armatis sclopis rotatis cum explosione sclopiorum, quorum alterum deinde statim occiderat ictu sclopi, nulla pœna esse afficiendum, tamquam ad necessariam deffensam homicidium comisisset.

Et vbi hæsitari potest, an quis vere ad deffensam necessariam occiderit, nec ne solet, Senatus iu-
11 beret vt is occisor torqueatur super qualitate prouocationis, siue necessariæ deffensionis, vt per torturam purgetur ea præsumptio contra ipsum militans, quia in dubio ex prouocatione
12 præsumitur contra occisum, Itaut occidens fecerit ad necessariam deffensionem *Cepol. cõs. 29. col. 2. & 3. quem sequitur Boss. d. tit. de homicid. num. 90.*

Et ita sæpissime censuit Sen. Ex. præsertim die 27.
13 Iunij 1652. referente Amplissimo, ac Eruditissimo D. Senatore Io. Bragherio Consobrino meo, & in rebus præsertim capitalibus versatissimo, in causa homicidij Dominici de Virgilio Tresanensis ictu sclopororum explosorum a Lazarino Prætono, & Dominico Villano, qui Lazarinus (damnato in contumatiam Villano) fassus fuerat explosionem, postquam occisus contra ipsum, & socium sclopum exonerasset, prout vere exploserat occisus, licet ignoraretur, an ante, vel post explosiones contrarias; Prudentissime etenim censuit Sen. Lazarinum torquendum esse super qualitate prouocationis, & vbi nihil emergeret, dimittendum rebus stantibus, proue dimissus fuit a me tunc à S. E. Delegato instatu, quem adhuc possidet S. R. M. in prouincia Lunensium omnimoda auctoritate, & eamet, quam habet Sua Excellentia.

Et cum in quodam grauissimo conflictu inter sa-
14 tellites, & fratres Vigos secuto, plura comisissa fuissent homicidia superioribus annis, quorum fratrum patrocinium assumpseram, non ab re hic inserere statui indicia cum deffensionibus, & Senatus Consulto superinde facto, non obstante voto contrario Curiæ assistentis coram Amplissimo Domino Senatore Bonetto causæ Delegato.

PRO

Georgio, & Francisco Fratribus de Vighis nuncupatis, li Filipponi.



AD instantiam Hieronymi, & Caroli de Vighis die 9. Iulij 1648. Egr. D. Iudex Equi accessit ad locum Pasturaghi cum Notario, & quatuor Satellitibus armatis sclopis rotatis vtriusq; mensuræ, vt assum ptis informationibus, iuxta sibi ordinata per Suam Excell. atq; per Excell. Senatum, de nouitatibus factis de facto per Georgium, & fratres de Vighis, dictos Filipponos, circa aquas controuersas, omnia in pristinum restitui faceret.

Peruentus Iudex ad locum differentiæ, omissis informationibus iuditialibus, sed oretenus intellecto ab actoribus, atq; ab eorum perito, siue Ingenierio, quod fuerat mutatus locus, per quem aquæ decurebant ad eorum bona, non monitis, neq; citatis dictis fratribus Filipponis, alium Alueum purgari iussit, & per eum aquas decurere fecit, mediante etiam appositione Canalis, & Incilis.

Hoc peracto executionem etiam relaxauit contra dictos fratres Filipponos pro expensis dicti accessus, siue visitationis, & cibariarum, quam fieri mãdauit per dictos quatuor satellites, adhibita omni modestia, itaut potius illam omitterent, quam in excessum aliquem caderent.

Verum ob Consulis absentiam dicti Satellites assumpta Anna illius vxore, versus prata, in qui-

bus pascebant vaccæ dictorum fratrum, iter acceperunt, & ibi peruenti obuiam habuerunt, dictos fratres Filipponos ferè inermes, cum Georgius nulla arma haberet, Franciscus verò badilettum, atq; Gaspar tridentem, vulgo forchettum haberent. Ortaq; inter eos rixa læthalissimis vulneribus ictibus sclopórum sauciati remanserunt dicti Franciscus, & Gaspar, qui intra triduum obijt, prout vulnerati etiam remanserunt multis percussionibus Baptista Ferrarius, appellatus il Rabiato, & Vincentius Rippa satellites, & Andreas famulus dictorum fratrum, atq; occisus percussionibus, & vulneribus Franciscus Andreas Perinus pariter satelles.

De his delictis inquisiti fuerunt dicti Franciscus, & Gaspar, atq; Andreas, cum assistentia, & ope aliorum ex eo, quod rixæ auctores fuisse dict. fratres supponitur, qui fratres sponte constituti, examinati, & rei peracti fuere, ad formam dictæ inquisitionis, damnato in contumatiam dicto Andrea in pœnam capitis, cum bonorum confiscatione.

Et si autem regulare sit, quod rixæ auctores tenentur de delictis, ab alijs etiam comissis in rixa, quando de præcisis delinquentibus minimè constat iuxta *text. in l. quoniam multa facinora Cod. ad l. Iul. de vi publica*; Si tamen huius offensiui processus continentia sedulo perpendatur, quæ valdè corroborata fuit ex depositionibus testium ad defensam examinatorum, satellites ipsos rixæ auctores fuisse, & homicidium Gasparis cómisisse, atq; vulnus datum Francisco intulisse, non autem dictos fratres, comperietur.

Constat namq; ex depositione eorumdem satellitum, atque ex narratiua inquisitionis præfat. satellites de societate Annæ vxoris Consulis accessisse ad dictum Pratum, vt bestias pignorarent, atqui cum ex dispositione N.C. in titulo, de execut., & famulis iusdicentium executiones fieri debeant ad præsentiam Antiani, siuè Consulis, & in eius absentia, præsentibus duobus testibus, sub pœna ictuum trium funis, quo casu non posse procedi contrà prohibentes huiusmodi executiones, sine Consulis, vel duorum testium præsentia factas, censuit Sen. Excellentiss. vt in addit. ad d. N.C. fol. 67. primæ addit. & fol. 14. secundæ addit. quo casu impunè resisti posse,

15 & executionem impedire habet *in l. prohibitum C. de Iure Fisci lib. 10.* & tradit *Rebuff. ad Const. Reg. tit. de litt. oblig. art. p. glo. 12. nu. 3.* & etiam in

16 præiudicium Reg. Cam: vt etiam habet ex decreto Sen. Excellentiss. diei 10. Februarij 1583. registrata in ordinibus secundæ additionis fol. 6. ter. dictæ R. C. in causa circonscriptæ condemnationis secutæ contra Aloysium Agapitum, quando ad vnguem non seruatur eorum forma. Certum est licuisse dictis fratribus impedire dictam executionem, & Annam testem prorsus inhabilem dimittere; Cum mulieres non ad-

17 mittantur ad huiusmodi acta, *Mascard. de probat. conclus. 1358. nu. 30. & seq. Hector Felic. all. 25. nu. 16.*

Si ergo licuit dictis fratribus impedire executionem, & sic rei licitæ operam dederint (quatenus impedimento fuerint dict. executioni, vt falsò deposuerunt satellites) iuris indubitati est illos non fuisse rixæ auctores, quales fuerunt satellites, qui dabant operam rei illicitæ, idest executioni sine Consule, vel duorum testium præsentia tanquam, à Nou. Const. prohibitæ.

Et eo magis, cum vltra actum executionis prædictæ non seruata solemnitate Nou. Const. attentatæ, Verè auctores fuerint dictæ rixæ satellites, dum ad primum verbum prolatum per fratres Philipponos, vt Anna Consulis vxor recederet responderunt per binas sclopórum explosiones, quarum altera a Ferrario satellite emissa læthaliter vulnerauit Franciscum, ob cuius vulnus timens Georgius vnus ex dictis fratribus ne accepta terzarola illas etiam exploderet satelles, & ipsum, vel Gasparem fratrem occideret, amplexus fuit eundem satellitem, atq; eidem sclopum rotatum arripuit, per quem actum nouum a satellite delictum committendum prohibuit; Non verò per illum rixa orta est, quam iam excitauerant satellites, mediantibus dictis explosionibus, & vulnere læthali illato d. Francisco, vt plenissimè constat ex depositione lo. Meliauacæ, in offensiuo processu pro Fisco examinati fol. 68. a ter. cum sequen. qui testis licet vnicus pro Fisco examinatus plenè probat, vt

18 tradit *Cephal. conf. 65. num. 55. quem seq. Felic. alleg. 11. nu. 35. alleg. 13. nu. 34. cum seq. alleg. 111. nu. 13. alleg. 149. num. 3. alleg. 166. nu. 7. & alleg. 169. nu. 10.*

Id quod confirmatur etiam non solum à dicto Gaspare vulnerato, & in mortis articulo constituto fol. 61. a ter. Verùm etiam ex depositione Catherinæ Bruschæ fol. 23. a ter. eiusdem offensiui processus, dum inquit, quod paulo post quam viderat satellites euntes cum Anna vxore Consulis versus dictum pratum audiuit strepitum binarum explosionum. Viditq; statim Franciscum vnum ex dictis fratribus vulneratum, & se conquerentem, quod erat mortuus, ex quibus explosionibus abundè Consul ipse fol. 11. a ter. Dum enim satellites tantum armati erant sclopis, in dicto conflictu, vt concludunt omnes testes offensiui processus; Necessariò concludi debet sclopos explosos fuisse ab eisdem satellitibus; Quæ qualitas confirmatur eo ipso, quod apud cadauer dicti Francisci Andreæ Perini satellitis reperti fuerint bini sclopi exonerati de recenti, vt ex visitatione facta per Notarium fol. 3.

Prout hoc idem testatur Andreas Scarintius, & Balthasar Magnagus testes ad defensam examinati, super primo capitulo, nempè primus fol. 26. & secundus fol. 30. cum seq. qui ambo ad factum superuenerunt, & omnia optimè viderunt, rationes & causas sufficientes reddendo,

19 quos testes plenè probare scribit *Cephal. cit. conf. 65.*

conf.65.nu.55. & tradit Horat. Lucius inter consil.
criminal.diuersorum conf.168.nu.4.lib.p. quos se-
quitur *Felic.alleg.15.nu.63.& num.103.& alleg.*
93.nu.5. Qui auctor *nu.* 109. terminaliter loqui-
tur de teste vnico ad deffensam examinato, &
qui auctor *in alleg.56. num.13.* concludit magis
credi testibus pro reo examinatis, quam testibus
actoris, etiamsi in aliquo isti excederent, quod
magis est.

Ex quibus depositionibus conuincuntur de falso
dicti satellites; qui non solum viles; pauperes
mendaces, & infames dicuntur, & sic nihil pro-
20 bant, vt post alios latè docet *Vulpel. cons.38.&*
Menoch.de arbitr.casu 112.num.12.cum seq. quos
sequitur *Felic.alleg.49.nu. 20.& Cabal.var. resol.*
casu 127.nu.7.cum seq. lib.p. Sed etiam tanquam
querelantes, vt protestati sunt fol. 126. à ter.te-
stis officio fungi nequeunt; Quia eo casu de pro-
21 prio interesse deponere dicuntur, vt delicta ab
ipsis commissa in alios reicerent *Felic. d. alleg.*
15.nu.35.alleg.25.nu.9.& alleg. 166.num.5. Qui
Satellites cum plures patiantur defectus, nec
22 suppleri, neq; supplere valent *Bursa cons. 135.*
nu.1.& 37.lib.2.& cons.326.nu. 318.lib. 3.Felic.
alleg.14.nu.28.& alleg. 25.nu.27. maximè vero,
quia tractant de se exonerando, vt subijcit idem
23 *Felic.alleg.46.num.35.alleg.49.num.24.& alleg.*
50. nu.4.

Præsertim cum dicti Satellites deponant de sequtis
præter eorum officium, quod concernebat exe-
cutionem facere, non autem sclopos explode-
24 re, & vulnerare, atq; occidere, vt post *Menoch.*
d. casu 112. num. 12. probat Cabal. cit. casu 127.
num. p.

Quæ conclusio eo fortius procedit, quando licentia
pignorandi erat iniusta; quia tunc posse impunè
25 resisti birroarijs habetur, in *l. prohibitum C. de*
iure Fisci lib.10. & l.deuotum C.de mutua epidem
lib.12. ac post alios tradit *Cabal. casu 132. nu. 6.*
cum seq.

Quidquam non releuante, quod Satellites non ha-
bent cognoscere de iustitia, vel iniustitia man-
36 dati Iudicis, vt perpendit *Clarus quæst. 29. in*
princip. quem sequitur *Farin. quæst. 32. num. 47.*
vers. Sublimita. Quandoquidem, cum ipsimet
Satellites fateantur fol. 37. & 40. sibi fuisse
iniunctum per D. Iudicē, vt blandè exequeren-
tur licentiam, & potius ab ea abstinerent, si sibi
facta fuisset oppositio; Contrarium verò obser-
uauerint, statim explodendo, & vulnerando
ferè inermes, dū dicti fratres solis verbis renue-
bant, vt executioni mitteretur dicta licentia,
dimissione dictæ Annæ mediante, modum in
exequendo sibi permissum excedentes, & sic fe-
cerint illud, quod non debebant, Satellites excu-
sari nequeunt ab huiusmodi excessu, ob quem
37 tot mala, homicidia scilicet, & vulnera, com-
missa sunt *Marsil.in l.nu.79.cum seq. ff.de sicar.&*
in l.p.nu.15.cum seq. vers. Aliud etiam ff.de quæst.
atq; in pract. crim. §. diligenter, num. 56. cum seq.
Farin.cit.quæst.32.num.29. vers.limita primo, &
num.88.vers. limita primo, & tradit Cabal. d.casu
132.nu. 8.

Huius licentiæ verò iniustitia palpabilis videtur,
dum nullis præcedentibus probationibus, quod
nouitates aliquæ ex parte dictorum fratrum
commissæ fuissent, vt cauebatur per dictum de-
cretum Suæ Excell.& per rescriptum Excellen-
tiss. Senatus; Primò, aquæ aliundè fuerunt de-
riuatæ, ac appositus Canalis cum incili, non ci-
tatis, neq; monitis dictis fratribus in maximum
eorum præiuditium. Deindè concessa etiam
fuit licentia pignorandi de eorum bonis pro ex-
pensis accessus D. Iudicis contrà stilum Curiæ,
& contrà ordines Sen. Excell. non permitten-
tes, vt processati etiam pro delictis atrocibus
cogi possint ad solutionem expensarum pro
28 dictis Iudicis, nisi indicia sufficientia sint ad rea-
tum; Quinimò in similibus facta de facto tolli
soleant, constito prius de nouitatibus commissis
expensis petentium: Mox cum cognitione cau-
sæ, & auditis reis illi cogantur ad resarciendum
expensas prædictas ab actoribus solutas.

Et quia falso etiam deposuerunt satellites fol. 7. à
ter.fol.9.à ter.& fol.18.& 52.homicidia, & vul-
nera fuisse commissa ex parte dictorum fra-
trum, qui primo loco amplexati fuerant Ferra-
rium satellitem, de quorum fratrum societate
aduenerant quatuor alij, inter quos Clericus
Belostinus de loco Casorati armatus sclopo.

Falsitas hæc conuincitur, dum Ferrarius fol. 7. à
ter. dixit dictos fratres associatos cum Clerico
Belostino fuisse armatos tridentibus; Villa verò
fol. 9. asserit Clericum Belostinum fuisse arma-
tum pistola, Ripa autem fol. 18. asserit eun-
dem Clericum Belostinum fuisse armatum sclo-
po longo rotato, sinè ignito; Quæ sane contra-
rietas euidens adeo est, vt falsitatem eorū dete-
gat, sicuti testes Susanę conuictos fuisse habetur,
29 dum alter sub ficu, alter sub pinu eam vidisse
affirmauerat, de quibus *glo.in l.testium C.de testi-*
bus, Menoch.cons. 199.nu.16. Mascard.de probat.
concl. 1030.in fine, & Felic. alleg. 134. num. 8.&
alleg.111.nu.3. Testis verò in vno falsus, in om-
30 nibus falsus redditur, *Innocent.in cap.fraternita-*
tis de hæreticis, Bal. & cæteri in l. si ex falsis C. de
transact. Crau. cons. 6.num. 14. cum seq. & Felic.
alleg.4.num.24.alleg.46. num.39.atq; alleg. 134.
num. 17.

Et omni in casu, tanquam ad inuicem contrarij d.
31 satellites se confodiunt, neq; probant *Bertazol.*
cons.8.nu.47.cons.33.nu.11. & cons.251.num.20.
lib.2.Bursa.cons.135.nu.43.lib.2.Felic.alleg.5.nu.
32.& alleg. 14.nu.27.& alleg.49. nu.19.alleg.56.
nu.10.& alleg.138.nu.11. cum seq.

His satellitum mendatijs accedit etiam aliud re-
spiciens lacerationem licentiæ, quam fecisse
Georgium simularunt satellites in contemptum
Iudicis, & quam minus veram esse docet quali-
tas lacerationis vix apparentis; Vbi etenim ad
contemptum illam lacerassent, procul dubio,
quod verisimiliter, in frustra eam fecissent, non
autem vix attigissent, quæ verisimilitudo pro
veritate habetur, cum qui habet pro se verisi-
32 militudinem, dicatur habere casum legis, *Bec.*
cons.78.

conſ.78.nu.10. & 11.Cran. conſ.73. in p.Felic.all. 9.nu.16.all.92.nu.17.& alleg.16.nu.12.ac Farin. quæſt.2.nu.16. Faciunt tradita per Menoch. conſ. 1210.nu.7.

Ex deductis itaq; plenè conſtat de impoſtura dictorum ſatellitum, qui rixæ auctores, & mandati D. Iudicis contemptores primi ſclopos exploſerunt, ac vulnerarunt, atq; occiderunt, & nihilominus diſſimulata hac patenti veritate, delicta omnia commiſſa fuiſſe per fratres Filipponos falſo teſtati ſunt, negando ſe exploſiſſe, & vulneraſſe, atq; occidiſſe.

Reliquum igitur erit, vt Senatus Excellentiſſ. perpenſis huius facti circonſtantijs, & primo nullitate actorum per D. Iudicem, qui dicitur ſpoliaſſe d. fratres eorum poſſeſſione ducendi aquas ad eorum bona, abſq; eo quod conſtaret nullo modo illos nouitates aliquas circa dictas aquas cõmiſiſſe, cum ſuper huiuſmodi nouitatibus commiſſis nullæ fuerint aſſumptæ iuditiales informationes iuxtà decretum S. E. atq; Sen. Excellentiſſ.

Secundò, nullitate conceſſionis licentiæ pignorandi bona eorumdem fratrum pro ſumptibus acceſſus D. Iudicis, non citatis, neq; monitis ipſis fratribus.

Tertiò, nullitate tentatæ executionis ſine interuentu Conſulis, vel duorum teſtium, ad formam N. C.

Quartò; initio rixæ, & conflictus affectati, & commiſſi per dictos ſatellites ob meram laſciuiam, & fortaſſis ad inſtigationem aduerſantium, vt concludunt de publica fama dicti Scarintius, & Magnaghus teſtes ad deffenſam examinati, in qua rixa vulneratus Franciſcus, & occiſus Georgius fratres remanſerunt,

Poſtremo loco, quod dictorum fratrum domus direpta penitus fuit à voracitate quadraginta ſatellitum, quibus etiam dietas per ſoluere coacti fuerunt, in ſumma lib. octocentum circiter. Reliquum, in quam, erit, vt Sen. Excell. dignetur mandare ab huiuſmodi moleſtia tandem eſſe abſoluendos dictos fratres Filipponos, & eorum indemnitati conſulendum, animaduertendo in ſatellites, qui pœnæ homicidiorum, ac vulnerum, & impoſturæ ſe ſubiecerunt. Et ita &c. ſub cenſura &c.

Mediolani die vltima anni 1649.

Et ita cenſuit Excell. Sen. die 28. Iunij 1650. refer. Ampliſſimo D. Senatore Andrea Alifero, decernendo hos fratres Vigos eſſe abſoluendos, & dimittendos.

Iulius Cæſar Caluinus.

Aliquando etiam pœnam ordinariam homicidij
temperare ſolet Senatus, quando illud comiſ-
ſum fuit præter voluntatem delinquentis, vt ſi
33 quis arundine, vel alio debili baculo, & ſimili,
Aut pugno percuteret, ex quibus elicitur ani-
mum interficiendi minime habuiſſe percuſſo-
rem, quia tunc mitius punire ſolet Senatus
huiuſmodi delinquentem, quod homicidium di-
34 citur culpoſum, quod pœna extraordinaria pu-
nitur, vt late tradit *Clar. in §. homicidium verſ.*
culpa dicitur, & ita cenſuit Senatus Excell. die 5.
35 Maij 1632. Referente Ampliſſimo Senatore
Flameno contra quendam nobilem, qui Ruſti-
cũ pugno læthaliter percuiſſerat, ob quod vul-
nus poſtea deceſſerat, damnando percuſſorem
in aureis ducentum.

Quamuis autem bannitus capitaliter captus ſit
36 ſeruus pœnæ iuxtà traditionem *Aret. in l. eius*
qui §. is r in ff. de teſtam. col. pen. Corn. conſ. 55. col.
antepen. lib. 2. Et tantum ſuperſit, vt executioni
mitatur ſententia contra illum *l. qui vltimo ff. de*
pœnis, & tradit Bar. in l. dinus ff. de cuſt. & exhib.
reorum, modo appareat captum illum eſſe, qui
in banno, ſiuè in albo bannitorum deſcriptus re-
peritur, ad quem finem Iudex facit captum con-
fiteri, quod ille eſt, de quo in banno, & tunc exe-
37 quitur ſententia ſine alio proceſſu, vt inquit
idem *Bar. in l. p. ff. de req. reis, quem ſequitur Boſs.*
tit. banniti quid amittant nu. 18.

Attamen in hoc Mediolani Dominio non fit exe-
38 cutio ſententiæ contra bannitum captum, niſi
accedente decreto Excellentiſſimi Senatus, cui
idcirco fit relatio ſtatus cauſæ per Iudices, &
expectatur Senatus Conſultum; Et quia ali-
quando vel opponitur nullitas contra ban-
39 num, vel minor ætas condemnati in contuma-
tiam tempore comiſſi delicti, vel inditiorum le-
uitas, licet ob contumatiam ſequtum fuit ban-
num, tunc non obſtante lapſu temporis potendi
nouas deffenſiones, quæ intra annum Principis
40 benignitate concedi ſolent per Senatum tam
quoad perſonam, quam quoad bona, & intra
41 biennium quoad perſonam tantum, vt *Clar. in*
qu. 44. verſ. quando reus, & diſponunt ordines à
S.R.M. dati in conuentu Tomarienſi anno 1581.
42 die 17. Aprilis *in verſ.* Intendiamo oltre di ciò
regiſtrati in ſecundis aditionibus ad Nou. Con-
ſtit. fol. 4.

Et captus bannitus, non admiſſus ad nouas deffen-
43 ſiones, non auditur, ſi vellet probare eius inno-
centiam, ſed tantum banni nullitatem ex omiſ-
ſa citatione, vel conſimili actus nullitate, quid-
quid de iure cõmuni contrariũ affirmet *Marada*
ſuper prag. Reg. nu. 18. fol. 168. & ita deciſum fuiſ-
ſe per Concil. teſtatur, vt refert *Clar. qu. 94. cap.*
eſt etiam verſ. hanc autem admiſſionem poſt Bar. in
d. l. p. ff. de requiren. reis, quem ſequitur Boſs. loco
citato nu. 20.

De ÆQVITATE tamen aliquando Senatus mi-
nuit pœnam, habita ratione qualitatis inditio-
44 rum, vel facti qualitate, aut minoris ætatis con-
demnati, tempore patrati delicti, vt innuit *Boſs.*
cit. tit. banniti quid amittant d. num. 18. in fine, &
tradit Clar. qu. 44. verſ. quæro quando reus, vbi ad
ſaturitatem dicit, quod ſi admiſſus ad nouas def-
fenſiones nihil probauit pro deffenſo, ea ratio-
ne, quod inditia eſſent leuia, aliquando extraor-
dinaria pœna affici iuſſit, cum ſatis dicatur gra-
45 uatus ex contumatiali ſententia, aliquando
vero contumatialem ſententiam exequendam
46 eſſe cenſuit; die enim 12. Ianuarij 1584. ad re-
lationem

lationem Egr. Prætoris Mediolani censuit Sena-
tus quendã de Marianis appell. l'Offelino dam-
47 natum in contumatia ad furcas, tamquam fu-
rem, & captum, atq; admissum ad nouas def-
fens. cum nihil præstitisset, remigrare debere
per quinquennium, licet nullum aliud inditium
vigeret contra ipsum, quam depositio socij cri-
48 minis, die vero 29. Nouembris 1584. ad rela-
49 tionem Vicarij Iustitiæ censuit damnandum ad
remum per quinquennium Io. de Rubeis ob ten-
tatam vim in quandam Virginem, & admissum
ad nou. deffens. quas nullas præstiterat, etiamsi
inditia esset valde leuia, sed grauaretur alijs de-
lictis; Et die 12. Ianuarij 1589. super relatio-
50 nem Prætoris Casalis Maioris iussit Sen. exe-
quendam sententiam capitalem in contuma-
tiam latam contra Andream della parte pro
multis delictis ad furcas damnatum, & admis-
sum ad nou. deffens. licet de nullo delicto esset
ille conuictus, præterquam de carcerum fractu-
ra. Nouissime vero idẽ Ex. Sen. cẽsuit die 24. Oc-
51 tobris 1652. Refer. Amplissimo D. Senatore
Casnedo Antonium filium Thomæ de Ambro-
sijs capitaliter bannitum iam supra annos octo
a Prætore Trexanæ ratione homicidij ex insi-
dijs patrati damnandum esse in pœnam tantum
remi septenalis, vt apud Egr. Secretarium Iua-
gnes, ea ratione, quia inditia erant leuissima,
quamuis contumatialem passus fuerat condem-
nationem, & ita obseruare solere Sen. Excell.
testatur *Clar. in qu. 96. cap. sed non quid vers. Benè
verum est.*
Et die 27. Martij 1653. referente Amplissimo Se-
52 natore D. Gabriele de la Hoz censuit Senatus
relegandum esse per quinquennium Cæsarem
Trechum minorem annorum decemnouem,
reum confessum, quod cum duobus socijs se
contulerat domum eius matris, quæ secundo
loco nupserat viro longe impari, vt illam, &
vitricum imparem interficeret, ad quem effe-
ctum gladium Iañuensem, & binos laqueos se-
cum detulerat, cum quibus fuit etiam captus, &
non habita ratione eius minoris ætatis anno-
rum decemnouem, & indignationis, siue iusti
doloris ob matrimonium adeo impar.

SVMMARIA.

*Appellatio non admittitur à tribus sententijs confor-
mibus nu. 1. præsertim in possessorio nu. 2. quia agi
dicitur de modico præiuditio nu. 3.*

*Ius Canonicum liberalius est iure ciuili in causis ap-
pellationis nu. 4.*

*Appellatio admittitur etiam in possessorio de iur.
Can. nu. 5.*

Notorium illud dicitur, quod ex actis apparet nu. 6.

*Causa grauaminis exprimi debet in appellatione in
causa possessorij nu. 7. 8. 9.*

*Notoria iniustitia, siuè nullitas sententiæ impedit il-
lius transitum in iudicatum nu. 10. & 11.*

*Appellatio admittitur à sententia nulla, vel notoriè
iniusta nu. 12. & 14.*

Iudicis officium potest semper implorari nu. 13.

*Notoria nullitas dicitur ea, quæ in sententia expressa
est, vel si relata generaliter nu. 15.*

*Restitutio in integrum admittitur contra rem indica-
tam, quia sublatum non videtur à Nou. Constit. in
tit. de appell. nu. 16. 17.*

*Restitutio in integrum suspendit executionem confor-
mium sententiarum nu. 19.*

*Appellatione sententiæ non venit arbitramentum,
siuè laudum nu. 20.*

Arbitratorum laudum non est propriè sententia n. 21.

*Laudi intimatio non requiritur ad hoc, vt transeat in
iudicatum, vt requiritur intimatio sententiæ num.
22. contra Bell. nu. 23.*

*Sententiæ intimatio necessaria est pro obseruatione
Nouæ Const. etiam si notitiam de ea haberet pars
num. 24.*

*Appellatio interponi debet infra quatriduum à die in-
timationis sententiæ nu. 25.*

*Sententia lata super inepto libello non parit exceptio-
nem rei iudicatæ num. 26. quia potest iterum actor
proponere actionem aptam, & datum libellum
porrigere nu. 27.*

*Sententiæ difformes dicuntur, si vna lata est super me-
ritis, & alia super ineptitudine libelli, & simul
num. 28.*

*Exceptio rei iudicatæ proponi potest, quando illud
idem fuit petitum in secunda instantia, & super eo
iudicatum nu. 29.*

*Sententia absoluens reum ab obseruatione iudicij pro-
priè non est definitiua nu. 30.*

*Appellationis causa dicitur exequutiua, si principa-
lis erat nu. 31.*

*Laudi reuisio regulatur secundum primam causam
num. 32.*

*Laudum mittitur executioni, si lapsis triginta diebus
non fuit petita reuisio nu. 33. & 34.*

*Appellatio interposita committi debet infra annum
nu. 35. immò ante anni finem, vt supersit tantum
tempus, quo possit terminari nu. 36.*

*Appellatio datur à sententia lata super desertione
appellationis num. 37. Decisio Senatus in ea mate-
ria num. 38.*

Aduersus tres sententias conformes conceditur restitutio in integrum, quando grauamen est notorium.

CAP. CCXXXXII.



IVre communi inspecto appella-
re non licet a tribus sententijs
conformibus, quarum executio
1 retardari non debet *Clem. p. de
re Iudic. & probat Gabriel. com-
muni concl. lib. 2. tit. de execut. rei
iudica. conclus. p. per totum, & tradit D. Sen. Bell.
tr. de his quæ in cont. fiunt cap. nu. p. lib. p.*
Et maxime in possessorio, in quo omnis appellatio
2 prohibita est de iure ciuili *l. fin. ff. de appell. recip.*

Quia

Quia tunc agi dicitur de modico præiudicio,
quod in iuditio petitorij reparari potest, vt per-
3 pendit *Contard. tr. de moment. possess. nu. 7. fol. 8. à ter. & tradit Ruginel. de appell. §. 2. cap. 3. nu. 638. cum plur. seq.*

Et si Ius canonicum circa appellationes interpo-
nendas liberalius fuerit iure ciuili, vt inquit
4 *Bero. quæst. 44. quem sequitur Rim. Iun. cons. 829. num. 38.*

Ex ÆQVITATE tamen canonica etiam in pos-
sessorio appellari posse ob euidentem, & iustam
causam, quæ ex actitatis appareat, scribit *Bal.*
5 *cons. 203. vol. 4. quem sequitur Tiraquel. in tr. de mort. Suison. in sexta declar. par. 6. n. 2. Salic. in l. p. C. si de moment. possess. col. 3. quos sequitur Rimin. Iun. all. cons. 829. nu. 41. cum plur. seq.* quia noto-
rium dicitur, quod ex actis apparet, *cap. vlt. de*
6 *thrabit Cleri. & in & cap. olim. de verb. signif. Socin. Sen. cons. 96. num. 16. lib. 3. & Socin. Iun. cons. 26. num. 18. lib. p. quos sequitur Menoch. cons. 320. num. 34.*

Quæ causa in appellatione exprimi debet, aliter
7 non procederet appell, vt post *Pber. in d. l. fin. nu. 394. C. di edicto Din. Adr. toll: tradit Rimin. cit. cons. 829. nu. 42. & ante eum probat idem Bal. in l. p. C. si de moment. possess. col. 2. vers. denuo quero* vbi expresse dicit appellari posse, si in appella-
8 tione exprimatur causa possessionis, idest titu-
lus, vel id, quod pro titulo habetur, sed si victus
titulum non habet, nec id quod habetur pro ti-
9 tulo, patienter ferre debet, si sibi possessio per
sententiam auferatur.

Etenim sicuti notoria iniustitia, siue nullitas sen-
tentiæ impedit illius transitum in Iudicatum, vt
10 latissime tradit *Felin. in cap. inter cæteras col. penult. vers. tertia conclus. de re iudicata Crau. cons. 373. nu. 41. Asin. in eius praxi §. 31. cap. p. num. 11. limit. Gabriel. cons. 28. num. 4. & 7. lib. 2. Surd. cons. 324. nu. 5. lib. 3.* Cum paria sint & sententiæ sint
nullæ, vel notoriè iniustæ, ad effectum, vt non
11 dicantur conformes, neq; mereantur executio-
nem *Card. Seraf. Decis. 988. nu. 5.* Ita multo ma-
12 gis admitti debet ab illis appellatio *Contard. in l. vnica limit. 9. num. 4. & 11.* vbi etiam habetur,
quod nunquam excluditur offitium Iudicis, quod
13 semper potest implorari ad impediendam exe-
cutionem trium conformium, propter euiden-
tem iniustitiam, *Scisella in l. qui Romæ §. duo fratres, nu. 9. ff. de verb. oblig. Ang. in l. fin. ff. de petit. hered. Gratia. cap. 745. nu. 5. lib. 4. discep. forens.*

Sufficitq; iudicatum fuisse contra notorium ius
14 partis, ad hoc vt non sit locus tribus conformi-
bus, siue duabus vigore statuti; aut talis noto-
rietas sit expressa in sententia, vel sit relata ge-
15 neraliter, aut spetialiter, siue indistincte, *Surd. cons. 324. nu. 4. cum quatuor seq. post Asin. in praxi § 31. cap. 2. limit. 6. Crau. cons. 373. nu. 419. & ample tradit Gratia. lib. 4. discept. forens. cap. 745. num. p.*

Et eo fortius De ÆQVITATE admittitur contra
rem iudicatam restitutio in integrum, cum re-
16 medium hoc sublatum non videatur, neq; etiam
à Nou. Constitut. *in tit. de Appellationis, dum ibi in cap. lata sententia* minimè prohibetur be-
nefitium restitutionis in integrum, vt conside-
17 rat *Oddus de restitutione in integrum qu. 15. art. 6. Honded. cons. 27. nu. lib. p. & post eos tradit Costa cons. 15. nu. 130.*

Per quam restitutionem suspenditur executio con-
formium sententiarum, vt dicit *glo. in l. vnica in*
19 *verbo restitutione, & in verbo debere C. de restitutione in integrum, vbi scrib. omnes, & tradit Specul. in tit. de executione sententiæ §. postremo nu. 2. & ample probat Oddus tr. de restit. in integrum qu. 43. art. p. per totum,* vbi multas tradit ampliatio-
nes, & limitationes, quæ hic non repetuntur,
cum apud d. Auctorem videri possint, prout
hanc sententiam amplectuntur *Fachin. contr. iuris lib. 12. cap. 18. per totum Costa in suis memor. fol. 651. & nouiss. D. Senator Bellonus tr. de his, quæ incont. fiunt. cap. 10. par. p.*

Sententiæ vero appellatione non venire arbitra-
mentum, siue laudum, probat Io. de Anania
20 *cons. 16. nu. p. & notat Abbas in cap. p. nu. 2. de arbitr. Pract. Papiens. in forma libelli quo agitur ad pœnam ex compromisso glo. p. num. 2.* Vbi expresse
inquit, quod laudum arbitratoris non est pro-
21 priè sententia, sed verius quædam transactio,
seu compositio, quem sequitur *Gallia cons. 109.*
22 *nu. 32. cum seq.* quo loci tradit non requiri inti-
mationem laudum, vt requirere sententiam
disponunt Nou. Constitutiones, ad hoc, vt in iu-
dicatum transitum faciat, & si sufficere notitiam
habere sententiæ, probare conatur idem auctor
nu. 24. cum seq. plur. quam intimationem neces-
23 sariam esse probat Senator Bell. *d. tr. de his, quæ incont. fiunt, cap. 34. in fine.*

Quæ tamen conclusio, non esse scilicet necessariam
intimationem sententiæ, passim ab omnibus re-
probatur, cum intimationem sententiæ pro for-
24 ma esse disponant Nouæ Constitutiones ad hoc
vt sententia transitum faciat in Iudicatum, vbi
intra quatriduum ab ea non sit appellatum, sic
disponentibus Nouis Constitutionibus *in d. tit. de appell. in principio*, dum expresso disponitur
appellandum esse à sententia intra terminum
quatuor dierum continuorum à die intimatio-
25 nis sententiæ, & non vltra *Plotus in l. si quando nu. 126. C. de in litem iurando, & Ruginel. de appell. §. 4. cap. p. num. 39. atq; Senator Bell. all. cap. 34. in fine.*

Si verò secunda sententia lata sit contra tenorem
primæ sententiæ, eo quia prima sententia lata
26 fuerat super inepto libello, non parit execu-
tionem rei iudicatæ ipsi appellanti contra ap-
pellatum *l. p. C. de execut. rei Iudic. & l. si cum nulla ff. de re Iud.* quia tunc perinde est, ac si pars
aduersa fuisset condemnata, & eo quia ineptam
actionem intentauerit, & ineptum libellum
porrexerit, cuius respectu per vltimam senten-
tiam pars absoluta videtur ab obseruatione Iu-
ditij, quo casu constat, quod pars condemnata
possit aptam actionem proponere, & datum li-
27 bellum porrigere, vt probat *Anania inter cons.*

Castr.

Castr.cons.272.sub nu.p. lib.p. Et eo casu appellationi iterum locus erit, quia sententiæ dicuntur
28 diformes, non conformes, & ad hoc vt excep. rei iudicatæ proponi possit, requiritur, quod illud idem petatur, quod prius petitum fuit, & super eo iudicatum est, non autem vt aliud pe-
29 tatur *l.cum queritur eum seq. & l.si quis ad totum §.generaliter atq; l.cum de hoc ff.de except.rei iud. Anania cit. cons. 272. sub num.p. vers. Hunc vero petiÿt.*

Illud etiam non omittitur, quod sententía absolnens reum conuentum ab obseruatione iuditij,
30 non est propriæ definitiua, quia non deffinit principale negotium, de quo vertitur vis inter partes *glo. in Clem. p.de sequestr. poss. & fruct. & tenet Bar.in l.Titia ff.de accusat. & in l. si firita §. forte vbi Doctores ff.de damno infecto, quem sequitur Anania all.cons.272. nu.2.lib.p.*

Quæ appellationis causa retinet naturam principalis causę in primo Iuditio propositę, qua de re si principalis causa erat executiua, Appellationis causa erit etiam executiua, vt probat *Cassa-*
31 *dorus Decis.8. in tit.de rescriptis, & tradit Fontanel. de pactis nuptial. claus. 4. glo. 11. num. 72.& 73. lib. p.*

Idem dicitur de reuisione, siue reductione ad arbitrium boni viri a laudo prolato, quia ea non re-
32 gulatur ad instar appellationis, sed secundum primam causam, vt notat *Bal.cons.169.nu.5.lib. 3.Corn.cons.177.in fine lib.2. quos sequitur Gallia. cit. cons. 109. nu.35.*

Laudum autem lapsis triginta diebus executioni mitti omnino debere, si reuisio non fuit petita,
33 disponunt Constitutiones *in tit.de arbitr.§.a quorum preceptis, & tradit Gallia relato cons. 109. nu.2.vers. verum pro respons.* & sic non petita re-
34 uisione, non retardatur laudi executio *Alex. cons.119.nu.15.lib.2.Gall. loco relato nu.42.in fin. & nu.43.*

Cæterum vbi appellatio debito tempore fuerit interposita, ea omnino committi debet infra an-
35 num *Auth. ei qui C. de temporis appell.* Quippe ante anni finem, itaut supersit tantum tempus, quo ea terminari possit, aliter deserta diceretur,
36 quæ fingit retro non appellatum, vt scribit *Ruginel.de appell. § 9. cap. 2. nu. 6. per cap. sæpe §. si vero forsan de appell. in 6.* Atq; a sententia lata super desertione appellationis datur appellatio
37 *Mis̄ger.obseru.36.cent.3.Gall. obseru.138.nu.4. & 5.lib. quos sequitur Ruginel.§. 2.cap. 3.num.*
38 *265.*& ita censuit Sen.Excell.die 10.Iulij 1619. Referente Amplissimo Domino Senatore Valerio Confalonerio, dum Iudex ordinarius appell. admiserat tantum quoad effectum deuolutiuum, sed Senatus iussit admitti debere quoad vtrumq; effectum.

SVMMARIA.

Ædificans in flumine, vel aliter, præferri debet qui opus perfecit num.1. & 2. Contrarium verius, cum præferatur qui prius opus cœpit nu. 4.5.10.11.

Ædificium qui perfecit, dicitur habere maiorem portionem nu. 3.

Præuentio in facto consistens præfertur verbali præuentioni nu.6.

Præuentio verbalis in materia retractus præfertur factu nu. 7.

In retractu præfertur is, qui habet maiorem portionem nu.8.

Opus cœptum habetur pro completo nu. 9.

Præuentiones attendendæ etiam in aperiendo litteras num. 12.

Præuentio operis ad æmulationem non attenditur nu. 13. etiam in proprio solo nu.14.

Æmulatio non præsumitur nu.15. sed coniecturis detegitur nu. 16.

Æmulatio præsumitur, si de nulla vtilitate, aut modica constat nu.16.& 17.

Æmulatio permitti non debet nu. 18.

Præueniens tàm in ædificando, vel in flumine, quam in materia retractus, præfertur.

CAP. CCXXXXIII.



Tilis valde est materia præuentionis in ædificando, vel in flumine, vel aliter, dum aliqui ex scribentibus voluerunt, vt is debeat præ-
1 ferri, qui opus perfecit, tunc enim potentius, & efficacius ius is habere dicit, quod præferri debet habenti debilius *l. contra pupillum §. qui & maius ff.de re iud.l.si duobus ff. de appell. & l. libertas §. eum simul ff. ad municipalem Roma.cons.47. sub nu p. vers.tertio hic ostenditur.* & sic cum iura non sint paria, præferendus ve-
2 nit qui opus perfecit; vt concludit *Igneus in l. dudum nu.87.C. de contrah. emptione,* Tunc enim dicitur habere maiorem portionem qui ædifi-
3 cium perfecit, & sic potentius ius, vt perpendit *Auchar. cons. 370. & sequitur Carpa ad stat. Mediolani cap. 434. nu. 138.& cap. seq.num.558.& post eum Marius Muta super consuetud. Panorm. cap. 28. nu. p.*

De ÆQVITATE tamen præfertur is, qui præue-
4 nit ædificare, quamuis alius prius perfecerit operam, *Bar.in l.quominus qu.5.princip num.10.ff. de fluminis, ad rem Bal.in l. p. qu. 43. ff. de rerum diuis. per tex. in l. cum emptore ff. de pactis, Castrens.cons.221. prope finem vers. similiter non obstat lib.p. Alex. cons.27. nu.9. & ibi Natta in addit. in verbu d. occupationis, Roma. cons. 47. lib.p. quem refert Dec.in l. quoties vtriusq; num.2.& ad istam ff.de reg. iur.*

Hanc sententiam sequitur *Cassaneus super consuetud. Burgund.rubr. 10.§. p.num.5. in fine pl.1317. Igneus in repet.l.dudum col.28. vers. Adde tamen vnum C.de contrah.empt. Marius Muta super consuetud.Panorm.cap.27.nu.28. in fine, Tiraquel. de primog.qu.17.in.12.opin.col.2.nu. 5.& 6.quos sequitur Gratia.lib.4.discept.forens.cap.745.nu.7.& 8.& nu.29.*

Quam conclusionem locum habere scribit *d.nu.29.*
licet etiam is, qui præuenit, non continuè pro-
5 sequatur ædificium, diferendo aliquo modico
tempore, quærendo magistros, operarios, &
alia præparamenta, cum sufficiat, vt in prose-
quendo non sit negligens, *argomento l. 3. si eum*
igitur. ff. de vi & vi armata l. eum antiquitas C. de
testam. Bar. in cit. l. quominus nu. 10. ff. de fluminis
quem sequitur *Tiraquel. de primog. d. qu. 17. num.*
12. opin. nu. 5. & seq. Gratia. all. cap. 745. num. 29.
in fine.

Maximè vero locum habet firmata sententia in
6 præuentione consistente in facto, incipiendo
ædificare, quæ præuentio præualet verbali
præuentioni *l. si tamen 48. §. ei qui seruum ff. de*
edil. edicto capit. lecti de appell. Bal. in l. non igno-
rat. col. p. C. qui accus. non possunt Ias. cons. 102. col.
p. lib. 4. Dec. in l. non vult hæres nu. 10. ff. de reg. iur.
Id quod tamen limitatur in materia retractus,
in quo præfertur is, qui verbaliter præuenit
7 *Alex. cons. 27. num. 9. lib 6. & late scribit Gratia.*
cit. cap. 745. nu. 12.

In qua materia retractus præferri debet qui habet
maiorem portionem, & per consequens ius po-
8 tentius *Anchal. cons. 370. Carp. ad stat. Mediolani*
434. nu. 183. & cap. 417. in verbo successerint nu.
558. Muta super Const. Panorm. cap. 28. nu. p. quos
sequitur Gratia. all. cap. 745. nu. 18.

Additur præterea, quod cæptum opus habetur
9 pro completo *l. & si non sunt §. infectis ff. de auro,*
& arg. legato. l. si Titius ff. de verb oblig. l. pluribus
ff. de procur. & l. si pluribus ff. de lega. 2. & expresse
tradit Bart. in cit. l. quominus num. 10. ff. de flumin.
vbi concludit, quod adeo est melior conditio
eius, qui prius occupauit; Vt si vnus hodie inci-
piat laborare in flumine pro aqua ducenda,
alius autem incipiat die sequenti, & prius aquā
10 ducat, quam alter, qui antea inceperat, tamen
semper iste primus dicetur præocupasse, & præ-
fertur, quamuis opus ducendæ aquæ postea
perficiat; Cum non attendatur ista perfectio
11 operis, sed satis sit laborare prius prosequendo
suum ædifitium, licet etiam non continue pro-
sequatur, diferendo per aliquot dies, vt di-
ctum fuit.

Idem procedit in similibus præocupationibus, vt
de obedientia præstanda ei, qui præoccupauit
12 scribendo epistolas, quæ prius apertæ sunt,
quam alterius, cum alijs, de quibus per *Baldum*
in d. l. adoptionem C. de adoption. Roma. cons. 47. nu.
4. Tiraquel. de primog. qu. 17 1. nu. 12. opin. nu. 5. &
6. Lucas de Penna in l. Ciues C. de incolis lib. 10. &
ita obtinuisse testatur *Gratia. rel. cap. 745. nu. 30.*
circonscriptis duabus sententijs conformibus
prius in contrarium prolatis, & concessa fuit
prælato ei, qui prius opus cæpit, licet non
perfecit.

Non tamen locum haberet principalis conclusio
prælationis in incipiendo opere, quotiescum-
que id fieret ad meram emulationem, non vero
13 ad propriam vtilitatem, vt terminaliter pro-
bat *Bero. cons. 135. num. 3. lib. 3. Cephal. cons. 130.*
nu. 15. Honded. cons. 80. nu. 8. lib. p. Menoch. de ar-
bitr. casu 156. nu. 9. Capolla de seruit. Vrb. prædio-
rum cap. 39. de solo, siue area. nu. 3. vers. idem for-
te, quos sequitur Gratia. cit. cap. 745. nu. 33. &
35. cum seq. quod procederet etiam si in proprio
solo ad emulationem vicini ædificaret Dominus
14 *Padil. in l. altius num. 22. vers. quod quidem C. de*
seruit. & aqua Alex. cons. 174. nu. 4. cum seq. lib. 2.
Ias. cons. 98. col. 2. lib. 2.

Quæ æmulatio licet regulariter non præsumatur;
15 coniecturis colligi tamen solet, & præsumitur,
16 quando apparet de nulla vtilitate, vel necessi-
tate ædificantis; *Imola in l. si in meo fundo ff. de*
aqua pluu. arcenda Alex. d. cons. 174. num. 5. lib. 2.
per. l. dolum C. de dolo Crau. cons. 35. nu. 10. & cons.
75. nu. 10. Surd. cons. 32. nu. 9.

Idem intelligitur, si modicam vtilitatem allaturus
17 est actus ipsi ædificanti, quæ emulatio permitti
18 non debet *l. spadonem ff. de excus. tutorum Roma.*
singul. 297. Surd. cit. cons. 32. nu. 8. & Ripa in l. quo-
minus nu. 29. ff. de flumin. quos sequitur Gratia. all.
cap. 745. nu. 35. cum plur. seq. vbi hanc emulatio-
nem pluribus modis exemplificat, præsertim
num. 39.

SVMMARIA.

Debitor liberatur per solutionem debiti factam à ter-
tio nu. 1. etiam inuito debitore nu. 2. & inuito etiam
creditore nu. 3.

Creditor satisfactus non cogitur cedere iura sua nu. 4.
contrarium verius nu. 5.

Quod tibi non nocet, & alteri prodest, de facili conce-
dendum est nu. 6.

Cessio creditoris necessaria non est, si nullam habebat
hypothecam nu. 7.

L. diffamari *remedio vtens probare debet iactatio-*
nem aduersarij nu. 8.

Iactatio probari dicitur ex litis sustentatione num. 9.
contrarium verius nu. 10. maximè si contradicens
protestatus est nu. 11.

Sententia in iuditio L. diffari *nulla est, si non fuit pro-*
bata iactantia n. 12.

Debitoris liberatio sequitur, si offerens soluere ter-
tius in renitentiam creditoris pecuniam deposuit
num. 13.

Hypothecata res liberatur per depositum pecunia de-
bita in renitentiam creditoris nu. 14.

Creditor secundus soluens primo creditori succedit in
eius locum, etiam absque læsione nu 15. & 16. ma-
ximè, si secundus creditor non habebat hypothecam
num. 17.

Compensatione vti potest debitor cessus, si creditor,
erat Cessionarij nu. 18.

Hæres repræsentat personam defuncti nu. 19.

Hæres potest vti compensatione aduersus creditorem
defuncti, & eius debitorem nu. 20.

Compensatio non datur contra eum, qui duas repre-
sentat personas, si creditor est ratione vnius perso-
næ, & debitor ratione alterius nu. 21. Auctoris res-
ponsum nu. 22.

Soluenti pro alio ad liberandum bona obligata fieri debet ceſſio de iuribus per creditorem ſatisfactum in præiuditium poſteriorum creditorum.

CAP. CCXXXXIV.



COncludunt Doctores *in l. nulla C. de ſolutionibus*, quod per ſolutionem creditori factam a tertio li-
1 beretur debitor, non tamen cogitur ſoluens impetrare ceſſionem ad hoc vt liberet bona obligata, quam ſententiam amplectuntur Angelus, Fulgoſ. Caſtrenſ. & *Iaſ. in l. tale pactum §. poſt diuiſionem ff. de pactis quos ſequitur Neguſ. de pignor. membro 3. §. partis princip. nu. 39.* dicens illud perpetuo menti tenendum, Id quod inuito etiam debitore fieri poſſe, & eius liberationem
2 obtinere habetur *in l. ſoluendo ff. de negotijs geſtis, & in l. ſolutionem ff. de ſolut.* etiam inuito credi-
3 tore, vt probat Chartar. *Deciſ. Ianu. 61. nu. 3. cum duobus ſequentibus.*

Prout creditor ſatisfactus non cogitur regulariter inuitus cedere iura ſua extraneo ſoluenti, vel
4 offerenti, vt habetur *in d. l. nulla C. de ſolutionibus, & ibi Bal. & notat. Caſtrenſ. in l. ſi res obligata ff. de lega. p. Chartar. d. Deciſ. 61. nu. 8. & 9.*

De ÆQVITATE tamen fieri debet ceſſio per
5 creditorem ſatisfactum ipſi ſoluenti, cum nullum damnum inferatur creditori per huiuſmodi ceſſionem, & proſit ſoluenti petenti ceſſionem,
6 id quod de facili concedendum venit *l. in creditore 38. vbi glo. in verbo quod ſine diſpendio verſ. Item nota ff. de euictionibus l. mulier ff. qui potior. in pignor. hab. l. recuſare §. Titius ff. ad Trebel. Bart. in l. 2. ff. ſol. matr. Dec. conſ. 104. col. p. verſ. tertio facit nu. 2. Franch. Deciſ. 55. num. 5. quos ſequitur Gratia. lib. 4. diſcept. forenſ. cap. 686. nu. 10. & cap. 793. ſub num. 20. verſ. & quidem* tradens maximam ſubeſſe ÆQVITATEM.

Primo enim caſu locum habet concluſio, quando
7 creditor nullam habebat hypotecam, quia eo caſu ceſſio non eſt neceſſaria, vt diſtinguunt *ſcrib.* loco citato, & tradit *Gratia. all. cap. 686. nu. 9.* qui auctor *num. 11. cum ſeq.* dicit in Iuditio *legis diffamari C. de ingen. & manumiſſis* neceſſa-
8 riam eſſe probationem iactationis eius, cui ſtatuitur tempus ad proponendum ſuam prætenſionem, aliter non probata hac qualitate ſuccumbit is, qui aduerſarium prouocauit *Bal. in l. non cogendum §. ſi procurator num. 3. ff. de procurator. & in l. 2. C. ne filius pro patre Cagnol. in d. l. diffamari nu. 6. & late ſcribit Contard. in d. l. diffamari qu. p. nu. 2. & 45. Boerius Deciſ. 255. num. 7. in fine, & Menoch. conſ. 366. nu. p. Grat. d. cap. 686. nu. 11. & 23.* quam probationem licet reſultare
9 putet *Lapus alleg. 64. in fine* ex ſuſtentatione litis, quem ſequitur *Vant. de nullit. ex deffectu proceſſus nu. 65.* Tamen reprobatur horum opinio ex communi Doctorum calculo, cum illi lo-
10 quantur in diuerſis terminis *Alex. conſ. 73. nu. p. lib. 3. & conſ. 52. num. 5. in fine lib. 2. Rui. conſ. 106. nu. 21. lib. 5. Affl. Deciſ. 394. num. 7. & 8. poſt eos Grat. all. cap. 686. nu. 20. & 21.*

Id quod maxime procedit, ſi à prouocato facta ſit proteſtatio de non conſentiendo, niſi verificatis, & ſeruatis ſeruandis, per quam proteſtationem,
11 quod ſententia lata in huiuſmodi iuditio abſq; probatione iactationis ſit nulla, eſt *tex. in cap. p. vbi glo. in verbo tacite de iuram. calumnia in 6. Pute. Deciſ. 398. nu. 2.* & ſic in Iudicatum tranſire nequit ſententia lata ſine hac probatione,
12 *Card. Seraſin. Deciſ. 1469. num. 3.* & ita deciſum fuiſſe per Rotā coram Reuerendiſs. tunc Auditore Panfilio nunc Summo Pontif. Innocentio X. die 4. Maij 1619. teſtatur *Gratia. d. cap. 686. in fine.*

Debitoris vero liberatio ſequitur, etiam eo ipſo, quod recuſante creditore receptionem pecuniæ
13 ſibi debitæ, offerens ſoluere eam deponat; Prout liberatur res hypotecata pro pecuniā debita, & ſuam in re hypotecam confirmat, ſiue
14 potius acquirit offerens, & deponens *l. p. & l. potui ff. qui potior in pignor. habe antur Neguſ. d. membro 3. quintæ partis num. 10. quem ſequitur Chartar. cit. Deciſ. 61. num. 11. vbi nu. 12. ſubijcit*, ſucceſſinè conſequi ſoluentem ſiue deponentem, quod poteſt primum creditorem etiam inuitum
15 cogere ad cedendum iura ſua, ex eodem *Neguſ. citato nu. 10.* quod ſi primus creditor nolit cedere iura ſua, ſecundus tamen creditor abſq; ceſſione in ius primi creditoris nihilominus ſuccedit *Chartar. all. Deciſ. 61. nu. 13.*

Qui auctor *nu. 14.* diſtinguit duos caſus inter creditorem, cum hypoteca debitoris, pro quo ſoluit, vel obtulit priori creditori, & inter ſecundum creditorem debitoris ſine hypoteca ſoluentem, vel offerentem priori creditori, quandoquidem
17 primo caſu talis creditor cum hypoteca ſoluens poteſt cogere priorem creditorem, cui ſoluit, vel obtulit, etiam inuitum ad ſibi cedendum iura ſua ex *Neguſ. all. membro 3. quinta partis nu. 10. & 42. & Alex. in addit. ad Bal. in d. l. nulla C. de ſolut.* quam legem ita limitant, ſiue declarant citati Doctores locis relatis, & ita iudicaſſe Rotam in eo caſu propoſito teſtatur *Chartar. nu. 14. in fine.*

Compenſatione vero vti poſſet debitor ceſſus con-
18 tra ceſſionarium agentem contra ipſum debitorem, ſi is ceſſionarius debitor eſſet ceſſi debitoris per *tex. in l. in rem ff. de compenſationibus, & tradunt Bal. Cynus, & alij in l. eius C. de compenſationibus Bar. in l. ſi quis in rem ff. de procurat. Alex. conſ. 54. nu. 7. lib. 2. Guido Papæ Deciſ. 467. nu. p. Rebuff. tr. de ceſſion. glo. 7.* quemadmodum ſi hæres ageret, licet repreſentet perſonam de-
19 functi, *vt in Auth. de iure iur. à mor. praſt.* quia

20 poteſt ei obijci compenſatio de eo, quod ab illo
debetur ex perſona propria, non ex perſona de-
functi, vt dicit *Rui. conſ. 148. lib p.*

Quamuis contrarium ſtatui videatur per Petrum de Vboldis *in tr. de duobus fratribus par. 5. num. 35. verſ. Socij habent, & per Papienſ. in forma libelli reſponſ. rei in glo. ſaluis alijs num. 15. & 16.* quos ſequitur *Caual. tr. de tutore, & curat. n. 220.*
21 a quibus firmatur, quod compenſatio nō datur
contra eum, qui repreſentat duas perſonas, vnā
ſcilicet tanquam actor, & aliam tanquam debi-
tor, vt pote, ſi eſſet creditor nomine proprio, &
debitor hæreditario nomine, quia tunc non mi-
litat exceptio compenſationis, vt probat Carol.
de Graſſis *tr. de except. tit. de compenſat. except.*
22 *16. num. 40.* Et ita reſpondi ſuperioribus diebus
in quadam cauſa, in qua actor tanquam ceſſionarius crediti hæreditarij agebat contra poſſidentem partem bonorum hæreditariorum ſibi per vxorem dicti ceſſionarij relaxatorum ex cauſa tranſactionis, quam ipſemet ceſſionarius, vti legitimus procurator, & adminiſtrator vxoris, à qua datum in dotem habuerat, impugnabat, dum hæreditatem, cuius cauſa bona in inita tranſactione relaxauerat, repudiaſſet vir, qui idcirco & vxoris perſonam repreſentabat, & propriam perſonam referebat qui ambo deinde amicabiliter ſe concordarunt.

SVMMARIA.

Dominus Nauis, ſiuè hoſpitij, tenetur pro furto famuli num. 1.

Vectigalium conductor tenetur pro furto familia num. 2. Concluſio procedit tàm ſi agatur ciuiliter, quàm criminaliter num. 3.

Pro incendio commiſſo à ſtabulario, vel coquo in hoſpitio, tenetur Dominus famuli, vel coqui num. 4.

Dominus tenetur pro famulis ob malem electionem num. 5. & 6.

Dominus non tenetur pro delicto famuli, ſi nullam vtilitatem conſequitur num. 7.

Vtilitate ceſſante non poteſt conſiderari aliqua ſcientia Domini, ſiuè illius participatio fraudis commiſſa à famulis num. 8. & 20.

Dominus exibendo famulum, & delinquentem, non tenetur ad aliud, ſi officium, ſit publicum num. 9. & 10.

Damnificatus poteſt agere pro damno contra præponentem, vel præpoſitum num 11.

Dominus non tenetur, ſi deputauit illum, qui bonus reputabatur num. 12.

Exhibitio ſerui delinquentis non ſufficit ſeruo vero num. 13. ſecus in homine libero num. 14.

Dominus tenetur tantùm ciuiliter pro homine libero, non criminaliter pro noxa num. 15.

Vnus aliquando tenetur pro alio num. 16. Contrarium num. 29.

Dominus tenetur pro delicto familia etiam criminaliter, quando delinquentem non exhibet num. 17.

Dominus non prohibeat famulo delictum dicitur de eo participare num. 18. & 19.

Dominus remouendo, vel ſuſpendendo famulum ob fraudem commiſſam excludit omnem fraudis participationem num. 21.

Prætor, qui familiam delinquentem exhibet, ad nihil aliud tenetur num. 22. & ità fuit liberatus quidam Prætor num. 23.

Officiales publici tenentur pro delictis ab eorum miniſtris commiſſis num. 24. & 25.

Prætoris familia quidquid facit, dicitur facere de illius conſenſu num. 26.

Officialis, ſiuè Magiſtratus, qui vidit aliquid iniuſtè agere, eius familia debet illi reſiſtere num. 27.

Pater non tenetur pro filij delicto num. 28. Limitatur in cauſa de carcerationis, ſi filius permiſit carceratos aufugere num. 31.

Pater tenetur pro filio delinquente in publico officio ipſo ſciente aſſumpto num. 30.

Officialis non tenetur pro delictis commiſſis per familiam extra officium num. 32.

In officijs deliquiſſe is dicitur, quando auctoritas officij eſt in cauſa, vt officialis delinquat num. 33.

Damnificatus à familia poteſt agere contra familiam, vel contra Officialem num. 34.

Officialis publicus exhibendo miniſtrum, vel famulum delinquentem non liberatur; ſecus ſi erat priuatus officialis num. 35.

Obligationes, quæ ex delicto naſcuntur, differunt ab illis, quæ ex quaſi delicto ortum habent n. 36. & 37.

Actio in factum non dicitur famoſa, nec irrogat infamiam num. 38.

Actio ex delicto extenditur ad damna, & ad pœnam, ſecus ex quaſi delicto, quia tantum ad damna extenditur num. 39.

Dominus, ſiuè conductor Gabellæ quando teneatur pro fraudibus commiſſis per eius officiales.

CAP. CCXXXXV.



VLpianus I.C. *in l. vnica ff. de furtis*
1 *aduerſus naut. Caup. & ſtabul.* diſpo-
nit, vt Dominus hoſpitij ſiuè na-
uis, teneatur pro furto, vel damno,
aut fraude commiſſa per eius offi-
ciales, ſiue ſeruos, aut famulos; Prout idem Vl-
pianus *in l. cum ſi exhibuiſſent, & etiam in l. p. ff.*
de publicanis ſcribit Dominum vectigalium con-
2 ueniri ex facto familiæ, Quam concluſionem
ſequitur *Felinus in cap. Petrus num. 12. de homi-*
cid. Aufrer. ad decis. Capel. Toloſ. 196. num. 4.
Roma. conſ. 434. in fine, vbi Mandoſ. in verbo li-
berantur Bal. conſ. 230. num. 4. lib. p. Dec. in l. 2.
num. 13. ff. quod quiſq. iuris Affl. deciſ. 82. num.
4. Decian. conſ. 25. num. 15. lib. 2.
Hanc ſententiam procedere tam ſi agatur ciuili-
3 ter, quàm criminaliter, probat *Bal. conſ. 222.*
lib. 2. Franc. Marchus deciſ. 423. ſub num. 12.
verſ. & eo caſu delinquit in officio Monticell. in
ſua pract. crim. reg. 7. num. 37. Menoch. de arbi-
tr. lib. 2.

tr. lib. 2. casu 345. num. 3. Boß. de furtis, num. 55. quos sequitur Farin. cons. 125. num. 9. lib. 2. & qu. 24. num. 50. cum seq. & ante eum tradit Mascard. de probat. conclus. 892. num. 7. vbi infert ex his, quod si incendium oriatur in domo
4 culpa stabularij, vel coqui in coquina, tenetur Dominus de tali incendio orto culpa famuli, qui deliquisse dicuntur in offitio, in quo sunt præpositi *per glo. in l. ne quid in verbo à possesso ff. de incend. ruin. & naufr.*

Et hac solida ratione obligatum esse dominum pro officiali, & famulis, concludunt scribentes,
5 quia ille tenetur de mala electione, cum bonos seruos, siue offitiales ad hoc ministerium eligere
6 teneretur, & in culpa idcirco dicatur Dominus, siue conductor Gabellæ, malos ministros eligendo *l. Item is excusus, & §. cui atq. exercitor Instit. de obligat. quæ ex quasi delicto nascuntur, facit glos. in cap. p. vers. Archid. de offitio Archid. Felin. in cap. Petrus sub num. 10. de homicid. Castrens. in l. videamus ff. locati Gabriel. commun. conclus. 8. num. 62. lib. 7. quos sequitur Farin. cit. qu. 24. num. 61. & seq.*

De ÆQVITATE tamen non tenetur Dominus,
7 siue conductor gabellæ pro fraude, siue delicto eius famuli, siue officialis, aut administratoris, quando ex tali fraude, siue delicto, nulla vtilitas aquiritur Domino, siue conductori; Vtilitate etenim cessante non potest considerari aliqua
8 scientia, & participatio Domini, neq; aliquod delictum successiuum incommodum, & vtilitatem ipsius, Vt in terminis probat *Romanus in l. de pupillo §. si quis ipsi pratori, vbi Alex. num. 24. & Ias. ff. de non. oper. nontiat. Canoniste in cap. Constitutis il p. vbi Hostien. 4. vers. si quis autem, Abbas num. 3. & Imol. num. 2. de testibus.*

Conclusionem hanc sequuntur *Calca. cons. 63. num. 9. Barbat. cons. 13. col. antepenult. lib. 3. Gramat. cons. 8. num. 3. Menoch. cons. 53. num. 15. & de arbitr. casu 345. num. Honded. cons. 97. num. 8. lib. 2: & post eos ample deffendit Gratian. lib. 4. discept. forens. cap. 625. num. 19.*

Qui auctor subijcit *num. 17.* per exhibitione of-
9 ficialis, siue administratoris factam à Domino tolli omnem suspitionem contra Dominum, siue conductorem, maxime si officium est publicum,
10 vt Publicani, non priuatum, vt in tabernario, nauta, hospite, vel similibus, in quibus non sufficit exhibitio famuli; Eo enim casu est in potestate damnum passi agere contra præpotentem,
11 seù præpositum *cit. l. vnica ff. de fur. aduersus nau. caup. & stabul. Marsil. in rubr. num. 182. ff. de fideiuss. Menoch. cons. 98. num. 83. cum seq.* qui loquitur in terminis doganarum, seu vectigalium, & tributorum, *& in d. casu 345. nu. Bero. cons. 206. num. 24. lib. 3. Rol. cons. 75. nu. 31. lib. p. Farin. cit. qu. 24. num. 60. & cons. 125. n. 15. lib. 2. & post eos Gratian. cit. cap. 625. n. 31.*

Præterea *lex cum si exhibuissent* locum non habet,
12 quando Publicanus deputasset eum, qui bonus reputabatur, vt ibidem declarat *Cuma. num. p. vers. in casu idcirco Rebuff. in tr. de hospitib. num. 13. tom. 2. quos sequitur Gratian. cit. cap. 625. num. 23. & num. 42. qui seq. num. 24. scribit. d. l.*
13 cum si exhibuissent loqui de delicto commisso per seruum publicani, & sic in homine non libero, quo casu non sufficit exhibitio, neq; liberatur Dominus sine noxæ deditione; Aliud vero est in homine libero, qui deliquit, quia tunc ad
14 nil aliud tenetur Dominus *Bart. in l. p. §. quod nouissime ff. de publ. Cuma. in d. l. cum si exhibuissent ff. eodem tit. quos sequitur Gratian. all. cap. 625. num. 24. & 40.*

Et si vero etiam in homine libero vltra exhibitionem eius personę; teneretur Dominus pro noxa famuli, tamen tenebitur tantum ciuiliter, non
15 criminaliter; prout in specie tradit *Franc. Marcus decis. 423. num. 15. par. p. Felin. in d. cap. Petrus num. 13. de homicid. Decian. cons. 25. nu. 14. lib. 2.* Quæ sententia corroboratur per *tex. in l. iure prouisum C. de fabricens. lib. 10.* Quamuis dispositio d. tex. procedat specialiter in illo casu, Quia vnus succedit alteri, Ideò ratione istius simultaneæ successionis ÆQVVM est, vt
16 vnus teneatur pro alio, vt scribit ibidem *Platea num. p.*

Quemlibet vero Dominum teneri etiam crimina-
17 liter pro delicto familiæ, quando non exhibet delinquentem Dominus, & sciuit delictum famuli, & non prohibuit, sed permisit in offitio scilicet, & sic in administratione, non extra, disponit *tex. in §. exercitor in fine Instit. de obligat. quæ ex quasi delicto nascuntur, & in l. si cum exhibuißent ff. de publ. & vectigal. ac in l. p. §. hac autem facultas ff. si famul. furtum fecisse dicatur, atq; in d. l. Iure prouisum C. de fabricens. lib. 10.* Quasi tunc illud perdiderit ex suo delicto, vt declarat *glos. in d. l. p. in verbo erit data ff. si famul. furtum fecis. dicatur, & ibi Bart. in princip. & Alber. in fine*; Tunc enim dicitur Dominum
18 participasse propter scientiam, & ob non prohibitionem, cum posset prohibere, & consequenter non obstante exhibitione famuli tenetur etiam criminaliter ipse Dominus in priuatis rebus; vt concludit *Farin. cit. qu. 24. num. 50. Gratian. & sequitur loco citato num. 32. & plur. sequentibus.* Subijcit tamen idem Auctor quod nulla ÆQVITAS suadet, vt Dominus teneatur
19 pro delicto, aut fraude famuli, si ignorauit, vel non participauit de fraude, aut delicto, nullaq; vtilitas ad eundem peruenerit, quæ maxime
20 semper consideratur; *Doctores in d. cap. constitutis il p. & ibi Alb. num. 3. Host. num. 4. & Felin. num. p. de testibus.*

Quam scientiam, & fraudis participationem excludit Dominus, si famulum, aut administra-
21 torem remouit, aut suspendit ab offitio, vt explicat *Gratian. cit. cap. 625. num. 36.*

Hinc inferunt scribentes, quod Potestas, qui offi-
22 ciales delinquentes exhibuit, ad nil aliud tenetur, cum illi cōdemnari possint pro male gestis inscio Prætore, ex ita iudicasse ad fauorem Potestatis Bergomi scribit *Alber. in l. quanta audatia num. 3. vers. & ista iura fuerunt Multum trutinata*

23 tinata ff. de publ. & vectigal. ob quam exhibitionem fuit liberatus d. Potestas per tex. in l. si post depositum C. de assessor. & l. 3. ff. de publ.

Hanc tamen quæstionem distinguendo Menoch. cit. casu 345. num. p. cum seq. & Farin. all. qu. 24. num. 53. cum seq. inter publ. officiales, &
24 priuatum Dominum, concludunt, quod Publ. officialis tenetur de delictis cõmissis per eius Ministros, & per familiam per text. in l. p. C. ad legem Iuliam repetund. vbi quod pæna illius legis tenetur qui cum in Magistratu esset, ipse, vel
25 eius minister aliquid extorsit, quod etiam cauetur per cit. l. p. §. famil. ff. de publ. vbi Bart. & Cæteri, & Dec. in l. 2. ff. quod quisq; iur. Add. ad Capel. Tolos. decis. 196. vers. Item fuit petitum num. 3. Boss. in tit. de offic. corrupto sub num. 31. subijcitq; . Quod quid quid facit familia dicitur
26 de consensu Domini, siue Prætoris fecisse, cum famulorum conditionem scire præsumatur l. fin. §. seruorum ff. nautæ caup. stabul. & l. quoniam Iudices C. de appell. vbi Bar. notat, Quod quan-
27 do Magistratus videt suos officiales aliquid iniustè agere, debet eis resistere, ne teneatur eorum causa, quem sequitur Curt. Sen. in cons. 41. super processu col. 2. & ita Iudicasse Rotam decis. 6. de offitio Vicarij in antiquis in cip. Nota vtrum, scribit Farin. all. qu. 24. sub num. 53. Subijcitq;
28 Farin num. 54. Quod Pater nõ teneatur pro delicto filij per reg. quod vnus non punitur pro delicto alterius l. Sancimas C. de pænis, & l. si quis in suo §. legis C. de inoff. testam. Attamen si deliquit filius in officijs, & muneribus publicis patre
30 sciente assumptis, tenetur Pater per l. 2. ff. ad municip. Ias. cons. 27. in fine lib. 3. & Boer. decis. 217. num. 11. in fine affirmantes, Patrem custo-
31 dem carcerum teneri, si eius filius carceratos, quos sibi custodiendos tradiderat pater, sine Iudicis mandato relaxauerit, aut aufugere permiserit, de qua custodia materia latissime Menoch. de arbitr. casu 302. num. 5. & Farin. cit. qu. 24. num. 54. in fine, & qu. 31. num. 49. cum seq.
32 Si tamen Minister, siue famulus deliquit extra offitium, tunc non tenetur officialis Franc. Marcus decis. 425. num. 7. par. p. & Farin. loco relata num. 57. vbi post Menoch. de arbitr. casu 344. Mox supra citatũ declarat casus, in quibus in offitio deliquisse Ministrum dici potest cum plur. seq. nu. concludendo sub num. 59. quod quando auctoritas officij est in causa, vt officialis de-
33 linquat, tunc delictum dicitur commissum in offitio, & eo casu datur actio damnificato contra quem velit experiri, an contrà Principalem,
34 vel contra substitutum qui deliquit, si agebatur de offitio priuato, quo casu non liberatur Do-
35 minus exhibendo famulum Farin. num. 60. præsertim si substitutus non sit soluendo, vt nu. 66. & 76. & qu. 31. num. 51.

Differentia vero magna est inter obligationes,
36 quæ ex quasi delicto nascuntur, Et eas quæ ex maleficio ortum habent. Quia ex primis com-
37 petit actio in factum parti læsæ contra Dominum, ad damnum, & interesse, vt probat tex. in cit. §. vlt. Instit. de oblig. Quæ ex quasi delicto nascuntur, Quæ actio in factum non est famosa
38 nec irrogat infamiam l. non debet in fine ff. de dolo malo, Ex alijs vero vltra actionem ad dam-
39 na, & interesse, proceditur etiam ad pænam glos. in §. penult. in verbo heredi vers. Item in actione Instit. de obligat. quæ ex quasi delicto nascuntur per tex. in l. licet. §. possumus ff. nautæ caup. stabul. & l. p. ff. de coadiu. furt.

S V M M A R I A.

Hæres minus grauatus à Testatore censetur num. 1.
Hæredis fauore in dubio fit interpratatio num. 2.
Legata restringuntur, vt minus oneretur hæres num. 3. Limitatur in legato facto consanguineo num. 4.
Testamenti verba propriè sunt intelligenda n. 5. & 6.
Legatum factum consanguineis ampliatur potius, quam restringitur num. 5. secus vero in legato facto Viduis Orfanis veris num. 6.
Testator fauore filiorum disponens de veris filijs, non fictis, intellexisse censetur num. 7.
Interpratatio lata fit in vltimis voluntatibus num. 8. maximè in materia fauorabili, vt dotis, & alimentorum num. 9. 10.
Vidua etiam dicitur, quæ habet maritum inutilem num. 11. & 16.
Orfana filia etiam illa dicitur, quæ habet Patrem tantum, sed inutilem nu. 12. & 16.
Orfanus propriè ille dicitur, qui caret vtroque Parenti num. 13. Limita num. 17. & ita obseruatur Mediolani, & sui Dominij num. 19.
Ecclesia dicitur viduata, si habet Episcopum inutilem num. 14.
Vniuersitas dicitur non habere Sindicum, si ille est inhabilis ad agendum num. 15.
Legatum factum Viduis comprehendit mulierem habentem virum inutilem num. 16.
Verba Orphanotraphium, xenodochium, & hospitale quid significent num. 18.
Testatoris verba impropriè tantum intelliguntur, quando verificari nequeant propriè num. 20. Et quando Testator erat imperitus num. 21.
Absurda sunt vitanda num. 22.
Absurdum illud dicitur, in quo neque ratio, neq; æquitas militat num. 23.

Legatum factum Viduis, siuè Orfanis, debetur etiam illi mulieri, & filiæ, quæ habet Virum, aut Patrem inutilem, qualis est damnatus ad remum perpetuum, vel ad perpetuos Carceres.

CAP. CCXXXXVI.


Æres censetur in dubio minus gra-
1 uatus l. cum quidum ità ff. de verb. oblig. Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. p. num. 27. & lib. 9. tit. 2. num. 28. qui plures alios refert. & sequitr Gratian. lib. p. discept. forens. cap. 70. num. 2.

70. num. 2. Quia hæredis fauore in dubio fit
2 Interpretatio circa disposita, & contenta in testamento, aut codicillis l. apud Iulianum §. Seio, & l. si ita relictum 43. ff. de lega. 2. & l. nummis 75. ff. de legat. 3. & notant Dec. & Cagnol. in l. in obscuris de reg. iur. Fontanel. de pactis nuptial. claus. 6. glos. 3. part. 3. num. 43. lib. 2. quos secuti fuimus in singul. 448. & singul. 453. Propterea, vt minus quàm fieri possit oneretur hæres, le-
3 gata restringi, non autem ampliari debere dicendum est, Cum verba testamenti proprie, non
4 improprie veniant Intelligenda Bart. in l. centurio col. p. vers. sed quidem ff. de vulg. & pupil. & in l. quacunq; §. mense ff. de lega. 2. Crau. cons. 214. num. 6.

Hinc limitant conclusionem Doctores in legato facto consanguineo, quem testator diligebat, quod in dubio late interpraetandum esse scribit
5 Alex. cons. 223. lib. 2. Dec. cons. 601. num. 6. Socin. Iun. cons. 98. nu. 22. lib. p. Crau. cons. 297. col. 2. vers. quare, Cephal. cons. 144. num. 24. & Menoch. cons. 279. nu. 10. quos sequti fuimus singul. 593.

Itaq; dum legauit testator Viduis, & Orfanis, de vero Viduis, & Orfanis intellexisse dicendum est, ad minus gaudendum hæredem iuribus deductis, & vt de proprijs, non improprijs viduis, & orfanis intellexisse testatorem affirmetur, cum verba testatoris proprie, non autem in proprie veniant intelligenda, etiam in pia causa, vt
6 præter Bart. & Cran. citatos probat idem Cran. in Rubr. de lega. p. nu. 131. prope finem, & cons. 294. nu. 7. quem sequitur Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 4. nu. 5. Atq; naturaliter, non fictè intelligi debent verba testatoris l. vlt. ff. de ijs qui veniam ætatis impetr. l. sancimus C. de nuptijs, vt de filijs loquendo, de filijs veris non fictis intel-
7 ligi Testatorem loqutum fuisse probat Idem Card. Mant. lib. 11. tit. 8. nu. 2.

De ÆQVITATE tamen contrarium verius videtur, quia in vltimis voluntatibus lata facienda
8 est interpraetatio, quidquid sit in contractibus l. qui duos, & l. seruus legatis ff. de legat. 3. l. si ita scriptum ff. de lega. 2. l. iusta interpretatione ff. de verb. signif. & l. si quis ita ff. de testamenta tut. & post multos per eum allegatos scribit Card. Mant. de tac. & ambig. lib. 2. tit. 4. nu. 63. in fine, & in tr. de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 18. num. 2. cum seq.

Præsertim quando sumus in materia fauorabili dotis, vel alimentorum, quorum legatum dici-
9 tur pium Rum. cons. 71. num. 15. lib. 3. Surd de alim. tit. 2. qu. 12. num. 9. & 10. & in specie de legatis
10 pijs probat Socin. Sen. cons. 247. nu. 6. lib. p. quem sequitur Tiraquel. priuil. pia causæ 23. & idem Surd. de alim. tit. 8. priuil. 25. nu. 6.

Vidua vero etiam illa dicitur, quæ habet virum inutilem, cui idcirco competere priuilegium
11 viduis concessum probat Bal. in l. fin. C. ad legem flau. de plagiar. quam sequitur Costa in eius memor. in verbo vidua, Conaru. pract. qu. cap. 7. num. 2. late Tiraquel. lege connub. 6. nu. 12. Prout orfana filia
12 etiam illa dicitur, quæ habet tantum patrem, sed inutilem, quamuis proprie orfana sit, quæ caret vtroque parente, cum vere destituta sit præsidio paterno ea, quæ habet patrem inuti-
13 lem, vt in indiuiduo concludit Perez de Lara. tr. de Aniuersarijs, & Capelanijs lib. p. cap. 21. nu. 32. cum seq. per glos. in l. fin. in verbo orbitates C. ad legem flau. de plagiar. Ias. in l. fin. num. 3. ff. de offitio eius.

Ecclesia etenim dicitur viduata, si habet Episco-
14 pum inutilem cap. inter corporalia, de transl. Epis. Lucas de Penna in l. cum scimus num. 5. C. de agricol. & cens. lib. 11. quemadmodum vniuersitas non dicitur habere sindicum, si ille sit inha-
15 bilis ad agendum l. p. §. quod nemo ff. quod cuiuscumq; vniuersitatis.

Hanc conclusionem expresso firmat Gratia. lib. 4. discept. forens. cap. 666. nu. 3. cum seq. plur. vsq; ad nu. 12. Et eandem amplectitur sententiam Fontanel. de pactis nuptial. claus. 4. glo. 11. num. 85. & menti testatoris satisfieri concludunt citati Do-
16 ctores, si legatũ factum viduis, & orfanis, comprehendere etiam mulieres habentes viros inutiles, & orfanas, tantum patrem inutilem habentes, declaretur, vt subijcit Gratia. sub num. 2. vers. quidquid tamen, & Fontanel. loco citato nu. 85. Prout eandem sententiam comprobat Petrus Gregor. lib. 9. syntag. iur. cap. 20. nu. 2. per glo. in l. fin. vers. orbatus ff. ad legem falcid. de plagiar.

Et si enim Salic. in l. Orphanotrophos 30. num. p. C. de Epis. & Cler. velit. vt talis locus sit, quando recipit pueros orbatos vtroq; parente; tamen verius est, vt etiam sufficiat, quod sint tantum sine
17 patre, vt post Spiegel. in lexicon Iuris in verbo Orphanotrophium, scribit Gratia. cit. cap. 666. num. 14. vbi num. 15. & 16. declarat, quod significent
18 verba Orphanotrophium, Xenodochium, & Hospitale; Et ita obseruatur passim hic Medio-
19 lani, & in alijs Ciuitatibus huius dominij, vbi recipiuntur orphani, patre tantum carentes, & ita Iudicatum fuisse in eo casu testatur Gratia, nu. 16. in fine.

Quamuis Card. Mant. d. tr. de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 5. nu. 5. Admittat, quod verba testatoris improprie tantum intelliguntur, quando proprie
20 verificari non possunt per l. quibus diebus §. Dominus, & ibi Socin. Sen. num. 4. ff. de condit. & demonstr. & per l. fundus qui locatus in fine ff. de fundo instromento, & quando testator erat imperitus
21 vt ibidem subijcit num. 7. idem Card. Mant. Prout improprie etiam esse intelligenda docet idem Card. Mant. eodem lib. 3. tit. 7. num. 3. vt absurdum
22 euitetur, Id quod etiam comprobat Galin. de verb. signif. lib. 3. cap. 8. nu. p. vbi tradit, quod ab-
23 surdum illud dicitur, in quo neq; ratio neq; ÆQVITAS militat, sed ex quo omne malum aptum natum est prouenire ex Euirardo in loco ab absurdo sub nu. 8.

SVMMARIA.

Cessio reportata ex internallo per soluentem confide-

iussorem

iussorem à creditore non releuat nu. 1. contrarium verius nu. 4. Distinguitur nu. 9. quoad creditorem solutione facta omnis extinguitur obligatio, secus quoad confideiussorem nu. 2.6.

Beneficium cedendarum actionum appellatur, quando quis promittit cedendi iura nu. 3.

Fideiussor ex pluribus soluens creditori, habetur quasi sit emptor nominis nu. 5. & 7.

Actio empti, quandocumque cedi potest nu. 8.

Confideiussor soluens pro sua contingenti portione, quandocunque impetrare potest cessionem à creditore nu. 9.

Soluens censetur in dubio soluere pro sua contingenti portione nu. 10. & idcirco cessio ex interuallo facta valet nu. 12.

Cessio ex interuallo obtenta valet, si ita æquitas suadet nu. 13. & 14.

Quod alicui non nocet, & alteri prodest, concedi debet nu. 15. & 27.

Soluens fisco vtitur priuilegio fisci nu. 16.

Temporis breuitas in soluendo pecuniam mutuo acceptam probat solutionem factam esse de ea pecunia nu. 17.

Cessio ex causa pecuniæ receptæ non indiget solemnitatibus à statutis requisitis in cessionibus, quæ principaliter fiunt nu. 18. & 19.

Limitatur in concursu creditorum nu. 20.

Recipiens pecuniam ex licitatione, vt anterior creditor, tenetur facere cessionem eius iurium illi, qui licitauit nu. 21.

Licitator tenetur cedere iura talia qualia, neque tenetur de euictione nu. 22.

Cessionem facere tenetur creditor fideiussori soluenti, etiam si ille promisisset soluere omni exceptione remota nu. 23.

Cessionis exceptio potest opponi etiam post sententiam num. 24.

Cessio iurium denegatur tantum personis extraneis num. 25.

Actione deficiente ad petendam cessionem, competit officium Iudicis nu. 26. 27.


Cessioni locus non est, quando creditor successit vni ex correis nu. 28.

Correus, siue confideiussor soluens totum debitum, habet actionem repetendi ab alijs correis summam pro illis solutam nu. 29.

Promittentibus multis soluere certam summam critur obligatio pro rateuio, & quilibet tenetur versus alios pro rata, nu. 30.

Creditor liberans rem hypotecatam pro certa summa mox agit circa alios creditores tertios quo residuo non possunt illi obijcere de liberatione facta alio num. 31.

Debitor etiam inuitus liberatur per solutionem ab alio factum nu. 32.



Cessio facta fideiussori soluēti etiam ex interuallo, eidem prodest, etiam si in solutione nulla facta fuerit protestatio.

CAP. CCXXXXVII.

SOluenti vno ex obligatis confideiussoribus non prodesse cessionem ex
1 interuallo reportatam cauetur in
l. Modestinus 76. vbi Bart. & alij ff. de solut. & declarauit Rota Decis. 123. num. 8. par. 2. in Nouiss. Surd. Decis. 308. num. 10.
Nam facta solutione, omnis extincta fuit obli-
2 gatio, & actio in creditore; itaut nulla superfit creditori, quam cedere possit, vt concludit D. Senator Bellon. *de his quæ incont. fiunt cap. 50. num. 2. lib. p. post Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 45. nu. 26.*
Huius autem respectu curare solent, qui pro alio soluunt, vt sibi à creditore cedantur actiones, vel saltem fiat promissio cedendi iura, quod beneficium cedendarum actionum appellatur
3 *Scrib. in l. 2. C. de fideiuss. l. nulla C. de solut. & tradit Surdus cons. 536. nu. 3. cum seq.*
De ÆQVITATE tamen cessio facta ex interuallo
4 fideiussori, post solutionem dicitur valida, & ad eam faciendam cogi posse creditorem verius est, quia hoc casu fideiussor soluens habetur
5 quasi sit emptor nominis, cui creditor quocunq; tempore postulat, ius suum tradere cogitur *tex. in l. cum 1536. ff. de fideiuss.* dicens ibi Pau-
6 lus I.C. *cum is qui & reum, & fideiussores habent, ab vno ex fideiussoribus accepta pecunia præstat actiones, poterit quidem dici nullas iam esse, cum suum perceperit, & perceptione omnes liberati sint; Sed non ita est; Non enim in solidum accepit, sed quodammodo nomen debitoris vendidit, & ideò habet actiones, quia tenetur ad ipsum, vt præstet actiones.*
Ex quo patet fideiussorem non censeri simpliciter dissoluere obligationem, sed emere, nec censeri
7 facta solutione simpliciter dissolutam esse obligationem, sed in fideiussorem soluentem quasi emptorem translatam *Bal. in d. l. Modestinus ff. de solut.* quare actionem empti ipsi competere contra creditorem, vt quandocumq; lubet, actionem quasi sibi venditam cedi petat, vt conclu-
8 dit *Valen. Franch. tr. de fideiuss. cap. 5. num. 483. cum seq. plur. etiam per glo. in d. l. cum is ff. de fideiuss. & per Cuma. in d. Modestinus vbi num. 3. inquit*, hanc sententiam esse communiter receptam.
Neq; impedimento esse, quod affertur, per solutionem extinctam dici obligationem, & actionem statim, quandoquidem licet quoad credi-
9 torem verum hoc sit; *Respectu* vero confideiussoris aliter censendum est, qui quamdiu actio cessa apud fideiussorem fuerit, (licet ex inter-

uallo

uallo a solutione facta eam impetrauerit) bo-
naru fidem agnoscere, seq; quodammodo adhuc
teneri intelligat, vt concludit *Franeb. cit. cap. 5.*
nu. 486. per glo. in l. cum alter in verbo non compe-
tit ff. de fideiuss.

Hanc sententiam amplectitur Senator Bellon. *cit.*
cap. 50. nu. 3. quando fideiussor pro sua tantum
10 obligatione soluisset, quia tunc non solum in-
continenti, sed etiam ex interuallo fieri valide
posset cessio ex *Alba cons. 738. nu. 6. & cons. seq.*
nu. 10. & 24. Gabr. cons. 63. num. 3. & 10. lib. 2. &
ante eum idem comprobat Costa de port. rata qu.
22. nu. 8. Et soluens in dubio, censetur soluere
11 pro sua portione, vt diximus *in singulari 936. &*
singul. 938. Et idcirco valebit cessio ex interual-
12 lo, vt post *Felicia. de censibus lib. 3. cap. 3. nu. 6. &*
Surd. Decis. 308. tradit Sen. Bell. cit. nu. 3. subijciens
conclusionem ipsam locum habere quotiescunq;
ÆQVITAS id suadeat, quia tunc etiam ex in-
teruallo potest implorato Iudicis offitio fieri
13 cessio ex *Surdo all. cons. 536. nu. 5. & Costa remed.*
subsid. 33. nu. 16. cum seq.

Quam conclusionem sequitur etiam *Gratia. lib. 4.*
discept. forens. cap. 793. nu. 22. cum seq. plur. vbi
ita decisum fuisse per Rotam testatur, eandemq;
14 comprobat *Thesaur. Iun. qu. famil. 39. nu. 3. cum*
seq. lib. 4. dicens nu. 4. ex ÆQVITATE omnino
faciendam esse cessionem huiusmodi, & offitio
Iudicis compellendum creditorem, quia nihil
interest creditori, & multum prodest debitori
15 soluenti *iuxta* l. *in creditore ff. de euict. post Ber-*
tazol. de claus. cap. 40. glo. 4. nu. 10.

Quinimo tantæ est potentiæ effectus solutionis, vt
soluens vtatur priuileggio, etiam personali,
quod competebat creditori, qualiter si quis sol-
16 uisset Fisco, quia tunc vtitur priuilegio, quod
Fisco creditori competebat; Ita probat *Surd.*
cons. 444. nu. 10. quem sequitur Sen. Bell. loco citato
nu. 4. tradens, quod licet soluens pecuniam mu-
tuo acceptam non expressisset eam ad hunc solu-
tionis finem accepisse mutuo pecuniam; Ta-
men ex temporis breuitate præsumeretur pe-
17 cuniam mutuatam fuisse, vt in eam causam illa
solueretur, vt post *Surd. cit. cons. 444. nu. 10. scribit*
Sen. Bell. allegato cap. 50. num. 4. & cap. p. per to-
tum lib. p.

Quæ cessio simpliciter fieri solet, neq; indiget so-
lemnitatibus, alias à statutis in cessionibus re-
quisitis, quia huiusmodi cessio dicitur accessoria,
18 quæ minime subiacet requisitis necessarijs a
cessionibus quæ principaliter fiunt vt post *Al-*
bam cons. 217. scribit Sen. Bell. cit. cap. 50. num. 5.
19 quidquid in contrarium tradiderit *Franeb. De-*
cis. 427. & ita censuisse Senatum Taurinensem
testatur *Thesaur. Iun. ull. qu. 39. num. 11. par. 4.*
dicens hanc sententiam ÆQVIOREM, & be-
nigniorem esse, quam limitat tantum non ha-
20 bere locum, quando sumus in concursu credi-
torum, & inter illos de anterioritate disputatur;
Nam tunc ille, qui in licitatione facta vult ha-
21 bere pecuniam, tenetur cedere iura, & præsta-
re se anteriorem, & promittere euictionem pro
facto suo, si vero requisitus creditor, vt pecu-
niam capiat, & bona remittat, consensitq; re-
quisitioni, non tenetur cedere iura, nisi talia
22 qualia, nec tenetur de euictione, nisi in casu,
quo pecuniam ab anteriore creditore per reuo-
catoriam auferatur, vt subijcit *Thesaur. loco ci-*
tato in fine.

Atq; ad cessionem faciendam adeo cogi potest cre-
ditor in actu solutionis debiti *per d. l. Modestinus,*
vt etiamsi fideiussor promisisset soluere omni,
23 exceptione remota, non idcirco excludi posset
à petitione cessionis *Marsil. in Rubr. de fideiuss. nu.*
271. quem sequitur Gratia. lib. 4. discept. forens.
cap. 793. nu. 16 qui seq. nu. 17. tradit hanc excep-
24 tionem cessionis posse opponi post sententiam
l. si fideiussores in fine ff. de fideiuss. Angel. in §. ap-
pellantes num. 21. Instit. de except. Id quod etiam
tradit *Thesaur. cit. quæst. famil. 39. num. 5. in fine*
lib. 4.

Qui *Gratia. d. num. 17. vers. contraria* tradit, quod
25 tantum denegatur cessionis prouisio personis
penitus extraneis, quæ eam petere prohibētur,
idest si fideiussores, vel confideiussores non sunt
per l. nulla C. de solut. Castr. in l. si res obligata ff.
de lega. p. Negus. tr. de pignor. membro 3. par. 5.
num. 42.

Quamuis, defficiente actione ad petendum cessio-
nem, competeret semper offitium Iudicis, vt
26 illa fiat, cum præsertim cedantur iura talia
qualia, Itaut in cedentem non possint retorque-
ri, quia tunc semper est facienda cessio, tanquam
nullum damnum ex ea oriatur creditori, & pro
27 sit soluenti *l. in creditore 38. vbi glo. in verbo quod*
sine dispendio vers. item nota ff. de euiction. l. mulier
ff. qui pot. in pign. hab. l. recusare §. Titius ff. ad Tre-
bell. Surd. cons. 536. num. 5. & 6. & Franeb. Decis.
55. nu. 5. quos sequitur Gratia. loco relato nu. 20.
vbi etiam num. 21. inquit magnam sub esse
ÆQVITATEM, vt obligatus non patiatur ia-
cturam, qua stante ÆQVITATE merito Iudi-
cis offitium competere concludit.

Et locum non habere petitionem cessionis, quan-
do creditor successisset vni ex correis, siue confi-
28 deiussoribus obligatis, vt notat *Castr. & Alex.*
in l. de die §. si fideiussor ff. qui satisd. coget post
Lanar. & Bertazol. ibi citatum clau. 40. glo. 4. nu.
12. probat Thesaur. cit. qu. 39. nu. 7. lib. 4.

Cæterum si plures sint correi, siue confideiussores,
in solidum obligati, & vnus soluit totum debi-
29 tum, actionem habet repetendi ab alijs correis
summam pro illis solutam, quia quando pro-
missio facta est ab omnibus, oritur inter promit-
tentes quædam naturalis obligatio, pro relo-
30 uio, cum censeantur fideiussores, & sic ex
ÆQVITATE quilibet tenetur versus alium
pro rata, idest pro sua portione *glo. fin. in l. p. vbi*
Bal. C. de duobus reis Bars. in Auth. Hoc ita nu. 67.
& in l. Reos, vbi alij Doctores C. de duobus reis,
quem sequitur Thesaur. Iun. cit. qu. 39. nu. 8. in fine
lib. 4. Vinius Decis. 152. & Bertazol. claus. 40. glo.
4. sub num. 8. vers. vt autem, & sub num. 10. vers.
cum tamen, & num. 11. de qua materia ample

Costa de port. ratæ quæst. 22. per totum præsertim nu. 3. & 6.

Et si creditor liberat aliquam rem, quam possidet,
vel super qua habet hypotecam, si postea agat
31 contra alios tertios possessores pro residuo cre-
diti, non possunt illi excipere de cessione, siue
liberatione facta *Bar. in l. Iubemus C. ad Vell. &*
ibi Bal. & Salic. atq; alij, Thesaur. loco relato nu. 9.
in fine vbi num. 10. scribit creditori etiam inuito
32 recte solui per vnum ex correis, qui dubitat,
ne alij correi efficiantur non soluendo, sicuti &
33 inuitus debitor etiam liberatur *l. manifesti C. de*
solut. l. solutione 23. ff. eodem, & l. soluendo 39. ff.
de negot. gestis, faciunt ea quæ tradita sunt supra in
cap. 244. vers. debitoris vero.

SVMMARIA.

Hypoteca pro annuo legato ad vitam legatarij minime datur nu. 1.

Contrarium verius num. 10. & responsiones omnium præstationem de anno in anno debitarum nu. 11. Decis. Senat. nu. 13.

Hæres non tenetur soluere legatum annuum, sed ad vsufructuarium hoc spectat nu. 2.

Hypotecaria pro annuo legato non retrotrahitur ad tempus facti legati in tertij præiuditium nu. 3. & 4.

Legatario competit hypoteca à die mortis Testatoris num. 5.

Legata annua dicuntur plura, & quot sunt anni, tot sunt legata, non vnum nu. 6.

Legatum annuum purum dicitur pro primo anno, per sequentes vero dicitur conditionale nu. 7.

Hypoteca tacita resultans ex annuo legato non dicitur tanta potentiæ, sicut expressa nu. 8. quod procedit in quantitate, non in spetie legata nu. 9.

Legatum annuum temporale non habet hypotecam, secus perpetuum nu. 11. & 12.

Legatum annuum soluitur de fructibus, & ad ratam fructuum num. 13. quod procedit respectu actionis personalis nu. 14.

Legatum annuum si factum fuit ad certum tempus, obligata non dicitur res, super qua impositum fuit legatum annuum nu. 15.

Hypoteca competit pro annuo legato ad vitam facto.

CAP. CCXXXXVIII.

NON leuis est controuersia inter Docto-
res, an competat hypoteca pro an-
nuo legato ad vitam legatarij facto,
In qua re negatiuam partē post alios
sustinet *Surd. plena Decis. 28.* Ea ratio-
1 ne, quod annua legata ex fructibus sint persoluē-
da, & sic nullam dari pro ijs hypotecam in bo-
nis, ex quibus fructus percipiuntur, quia eius
natura id non patitur, vt innuit *Surd. sub num. 9.*
ex Bart. in l. p. num. p. C. commun. de legatis post glo.
ibidem, quam conclusionem sequuntur Doctores in l.
p. ff. de lega. p.

Eam etiam adducit rationem *Surd. loco relato num.*
10. quod si competeret hypoteca, per indire-
ctum fideicommissarius hypotecaria conuentus
2 cogeretur soluere legatum annuum, quod solu-
tum non fuisset ab hærede grauato, & hæres
cogeretur soluere legatum annuum, licet exta-
ret vsufructuarius omnium bonorum, cuius
contrarium passim concludunt Doctores *per l.*
fin. §. sin autem C. de bonis quæ lib. vbi Bal. Fulgos.
Castr. & Salic. & post multos alios probat Piebus
in l. Titia §. Titia num. 153. ff. de lega. 2. Socin.
Iun. cons. 115. num. 10. lib. p. & Bellon. cons. 7.
num. 6.

Hanc conclusionem sequitur *Ciriacus cons. 18. &*
Hodierna ad d. decis. 29. Surdi sub num. 2. vers.
Aut vero, & num. 4. dicens, quod quamuis hy-
potecaria competat pro annuo legato; Tamen
3 huiusmodi hypoteca non retrotrahitur ad ter-
tij præiuditium, vt pote, si non essemus in
primo anno, sed in octauo, vel in decimo, &
similibus, & hæres ante annum octauum, vel
decimum, distraxisset bona; Quia tunc hypote-
ca in præiudicium tertij, in quem bona fuerant
4 distracta, nō retrotraheretur a die legati, & sic à
die mortis testatoris, à quo die regulariter com-
petit hypoteca legatario *Franch. decis. 583. &*
5 *Giurba decis. 97.* Sed à die illius anni, in quo de-
betur dictum legatum, Quia huiusmodi annua
legata plura dicuntur, & non vnum, & quot
6 sunt anni, tot sunt diuersa legata *Bar. in l. si filius*
famil. 78. ff. de verb. oblig. Pe. de Rauenna singul.
563. Cum annuum legatum pro primo anno sit
7 purum, pro sequentibus vero condicionale
tex. in l. in singulos ff. de annuis legatis, & con-
cludit Maneut. decis. 48. ex Neguf. de pignor.
membro primo quintæ partis num. 21. & Bal. no-
uel. de priuil. dotis par. 10. num. 40.

Hypoteca etenim tacita, quæ resultat ex ipso an-
8 nuo legato, non dicitur tantæ potentiæ, sicut
expressa, ad effectum, vt possit retrotrahi *tex.*
in l. p. §. serui ff. ad Sillan. & Ita tenet Costa de
retrotract. casu 31. in fine cap. 8. nu. 16. Quam-
uis hoc procedere inquit *Hodierna num.* 8. in
quantitate legata, non autem in spetie, vt in
9 fundo, vel alio simili legato sub conditione, cum
eo casu retrotrahatur conditio, prout declarat
etiam idem *Neguf. in secundo membro 5. par. nu.*
10. in fine.

De ÆQVITATE tamen contraria sententia ve-
10 rior, & ÆQVIOR est, nempè dari hypote-
cam pro annuo legato ad vitam facto *Bar. in l.*
Caius 12. prope finem ff. de annuis legatis, Natta
cons. 323. in fine Botta decis. 689. num. 4. par. 3.
diuers. Decian. resp. 3. nu. 143. lib. p. Guido Papa
decis. 432. in fine.

Quam conclusionem comprobat *Costa de ratione*
ratæ qu. 60. num. 4. vbi reprobato *Surdo* tradit
pro annuo legato competere hypotecam lega-
11 lem etiam respectu omnium præstationum, de
anno in anno debitarum *post Bero. cons. 47. lib. 2.*
Hanc eandem sententiam amplectitur *Merenda*
lib. 3. contro. iuris cap. 49. à num. p. vsq; ad nu.
7. &

7. & Gratian. lib. 2. discept. 206. num. 18. & 19. & idem Hodiernn ad citatam decisionem 28. Surdi sub num. 2. vers. Aut vero, vbi distinguit inter
12 annuum legatum perpetuum, & ad tempus, concludendo, quod prima opinio procedit in legato annuo temporali, Secunda vero in legato annuo perpetuo, quos sequitur *Carena Resol. 159. num. p.*

Et ità censuit Sen. Excell. die 1653.

13 Referente Amplissimo Domino Senatore meo Io. Bracherio fauore Marchionissæ Barbaræ Corsæ legetariæ annuorum aureorum quinquaginta, eius vita durante, contra Comitem Io. Angelum Carpanum, dum Capitaneus Ioseph Pater Carpani, cuius hæreditatem repudiauerat Filius, minime soluisset annuum legatum per plures annos d. D. Barbaræ relictum a Domino Gotardo Fideicommitente, & auo paterno ipsius Comitis, quem condemnauit Sen. ad solutionem legati per plures annos minime soluti, decernendo idcirco bona fideicommissi esse hypotecata pro d. annuo legato.

Quidquam minime releuante, quod legatum annuum soluendum sit de fructibus, & ad ratam fructuum, iuribus supra deductis, & probat *Castr. cons. 16. lib. 2.* Quia hoc procedit quoad actionem personalem; Non idcirco excluditur
14 vsus hypotecariæ, vt concludit *Natta cit. cons. 323. in fine, & sequitur Costa all. qu. 60. num. 6. de port. rata. Qui num. 7.* declarat locum non habere conclusionem, vbi legatum ad certum
15 tempus tantum fuisset factum per testatorem, Quia eo casu obligata non diceretur res, super qua impositum fuit legatum annuum ad certum tempus ex *Guido Papa decis. 432. num. 7.*

SVMMARIA.

Dos primissa filia ad patrem non reuertitur ea mortua cum filijs num. 1. secus si sinè filijs num. 2.

Contrarium verius num. 4. etiamsi filios reliquit num. 6. Declara, si illi diuites sint secus si pauperes num. 7. 11. 12. 25. 27. 38.

Dos tradita filia cum renuntiatione bonorum paternorum, & maternorum, habetur loco legitima num. 3.

Pater, qui filiam amisit, rei quoque familiaris iacturam pati non debet num. 5. à 6.

Dos alienari potest pro alimentis filiorum, etiam viuo patre num. 8. à 9.

Auus maternus in subsidium tenetur alimentare nepotes num. 10. 13. & 60.

Dos remanere debet apud Patrem effecta Vidua filia, vt eam iterum dotare valeat num. 14.

Filius diues tenetur dotare matrem indotatam nu. 15.

Quod animu viri contristationem sentiat si vxor ad secunda vota transit, pura vanitas est num. 16.

Continens nemo est sine Dei mera gratia num. 17.

Mori melius est, quàm fœdari num. 18.

Metus honoris maior est bonis viris, quàm mors n. 19.

Filia non liberatur à patria potestate per matrimonium num. 20.

Pater, qui filiam alit, gaudet fructibus eius dotis n. 73. etiamsi filia sit naturalis num. 74.

Pater potest cogere filiam ad habitandum cum ipso num. 21. nec matrimonium liberat filiam à patria potestate num. 22.

Vxor est in Viri potestate quo ad ea, quæ sunt obsequalia Viro num. 23.

Vidua habitans cum Patre reincidit in patriã potestatem, vbi ex statuto sui iuris effecta fuisset per matrimonij contractum num 24.

Actio dotis recuperandæ est communis inter Patrem, & filiam num. 28. & si plusculum habet Pater num. 29.

Actio communis inter Patrem, & filiam morte alterius consolidatur in altero num. 30.

Filia in dote profectitia non habet hæredem, quia ad Patrem reuertitur num. 31.

Filia nullam habet actionem ad conueniendum Patrem pro dotis restitutione, non obstante promissione num. 32.

Obligatio nulla, neque naturalis, neque Ciuilis cadere potest inter Patrem, & filiam num. 33.

Agens sine actione repellitur num. 34.

Dos filiæ prædefunctæ reuertitur ad Patrem iure communi num. 35.

Doctorum auctoritates intelligendæ sunt secundum leges, & rationes, quas allegat num. 36. & 37.

Bulgari opinio circa dotem filiæ ad Patrem spectantem, locum habet, si filia prædecessit Viro, non è contra, etiam si filij supersint num. 38. si verò prædecessit, Vir locum habet Martini *opinio num. 38.*

Lex corrigens aliam legem locum habet nisi in casu suo num. 39.

Casus à lege ommissus habetur pro ommisso num. 40.

Consuetudo generalis probanda est, neque sufficit, quod vnus Doctor eam alleget num. 41. & 42.

Testes deponere debent de visu actus, qui pro consuetudine allegatur num. 43.

Stipulations facta Patri dotis restituendæ corroboratur illius ius num. 44.

Sententia Martini, *quod in dote succedant filij mortua matre, locum habet solum in dote soluta num. 45.*

Consuetudo Martini *strictè interpratanda est num. 46.*

Filia mortua vlterius non soluitur dos à Patre, si ea soluta non fuit num. 47. & si soluta fuit, Patri competit actio ad illam recuperandam num. 48.

Exceptio facilius datur, quàm actio num. 49.

Filij filia prædefunctæ dotem habebant ex bonis Aui Paterni num. 50.

Dos pertinet ad filios filiæ, vti Aui hæredes, non vti matris hæredes num. 51.

Retinere verbum supponit receptionem num. 52. 53. & 55.

Soccini Iunior. *correctio num. 54.*

Remanere id dicitur, quod iam semel positum est num. 56. & 57.

Martini, & Bulgari opinio num. 58.

Distinctio inter filios diuites, vel pauperes filiæ prædefunctæ num. 59.

Paupertatis ratione dos ad filios filiæ spectat, exclusa Patre num. 60. Secus, si Nepotes, vel neptes diuites sint num. 61.

Cessante causa, vel ratione, cessat effectus num. 62.

Patris officium est dotare filiam, non ei donare nu.64.
Pater saltem vsufructum dotis debita filia Vidua, consequenter, si illam alimentas num. 66.67.73.
Nepotes ex filia ex aliena familia dicuntur num.65.
Pater minus habet in vsufructu aduentitiorum, quàm profectitiorum num. 67.
Vsufructus profectitia filia ad Patrem spectat, non extinguitur morte filia num. 68.
Vsusfructus profectitiorum, & aduentitiorum filia debetur Patri num. 70.
Pater succedit filius cum alijs filijs, habet vsumfructum etiam in aliorum filiorum portione num. 72.
Dote constituta per Patrem pro alimentis filia, illa ad Patrem spectat, si filiam aluit, quod procedit etiam in bonis relictis à filio naturali num. 73.74.
Nepotes ex filia maternam dotem repetere debent in hereditate Aui num. 75.

Dos quando prædecedente Filia redire debet ad Patrem, etiam filijs extantibus, & sic Patris Nepotibus.

CAP. CCXXXXIX.

DOtem à patre promissam, & tra-
ditam filiæ, ea moriente cum li-
1 beris ad patrem minime redire
voluit antiquus glosator *Marti-
nus, ad l. dos à patre C. soluto Ma-
trim.* Quidquid esset, si sine libe-
ris decessisset mulier; Quin eo casu ad patrem
2 redire dotem admittit *Martinus* iuxta dictam
constitutionem *l. dos à patre*.
Præsertim vero locum habet conclusio, quando
dos promissa, vel data fuit computatis iuribus
paternis, & maternis &c. & pro omni eo, quod
ipsa mulier habere, & prætendere posset, tàm
in bonis paternis, quàm maternis, quo casu di-
3 citur habere dotem loco legitimæ, & ideo effi-
citur filiæ, & eius filiorum; & sic locum non ha-
bet disposit. *d. l. dos à patre*, neq; liberi capiunt
tunc dotem ex consuetudine *Martini*; Sed ex
iure ipso communi; Ità probat *Castrens. in cons.
37. quantum ad illam partem in fine lib. p. & in
cons. 419. viso puncto in fine lib. 2. quem sequitur
Cran. cons. 84. num. 5.*
De ÆQVITATE tamen contraria sententia ve-
4 rior videtur *per tex. in d. l. dos à patre C. sol. ma-
trim.* vbi Imperator Alexander Seuerus statuit,
quod moriente filia familias, dos à patre profe-
cta ad patrem redire debet. Quam constitutio-
nem ratione, & ÆQVITATE maxima editam
fuisse tradunt scribentes, Ne scilicet pater, qui
filiam amisit, rei quoq; familiaris iacturam pa-
5 tiatur *l. iure succursum ff. de iure dotium*, Quæ
inquam constitutio intelligitur etiam quando
6 filia moritur relictis liberis, ex Sententia Azo-
nis, & Belgari *in d. l. dos à patre, qua magis re-
cepta est, vt testatur Alex. cons. 115. col. p. lib. p.
& cons. 67. num. p. lib. 7. & sequitur Bologn. in
d. l. post dotem num. 221. ff. sol. matr.* & post eos
probat *Menoch. cons. 238. num. 16. cum seq. plur.
& num. 27. & 57.* atq; ante eum defendit *Tob.
Nonius cons. 48. num. p. & Rol. cons. 87. num.
12. lib. primo.*
Quam conclusionem distinguendo declarant in-
7 terpretes locum habere, si filij defunctæ filiæ
sint diuites; Secus vero, si pauperes sint ità quod
non habeant vnde se alant; Quia eo casu pau-
pertatis ad eos transire dotem determinant
*Roma. & Benedictus de Plombino in d. l. post do-
tem num. 14. vers. putarem etiam ff. sol. matrim.*
iuxta sententiam *Martini* ea ratione, quod sicu-
8 ti ob ipsorum filiorum alimenta potest dos con-
stante matrimonio, inuito etiam patre alienari;
multo magis id licere debet post mortem ma-
tris *tex. in Instit. de lege Fusia Caninia tollenda*, &
procedere opinionem Martini eo casu conclu-
9 dit *Menoch. cit. cons. 238. num. 27.* Cum auus
maternus teneatur in subsidium alere Nepotes
10 pauperes ex filia; Etiamsi regulariter alendi
onus spectet ad patrem, & ad illius ascendentes,
non autem ad matrem, & illius ascendentes,
*l. nec filium C. de patria potest. vbi glos. & Bart.
& in l. si quis à liberis §. si mater. & l. non Quem-
admodum ff. de lib. agnosc. quem sequitur Menoch.
loco relato num. 28. cum seq.*
Et quamuis nonnulli voluerint, quod ÆQVITAS
suadet, dotem manere apud filios, vt ali possint;
11 Tamen maiorem ÆQVITATEM esse, vt sci-
licet patri filiæ præmortuæ aliqua ex parte sit
succursum, ne vna cum filia rei familiaris iactu-
ram patiatur, vt scribit *Menoch. cit. cons. 238.
sub num. 40. vers. Non etiam vrget*, qui subijcit
12 falsum teneri, dotem esse debere apud filios, vt
alantur; Quia ex bonis patris, non autem matris
ali debent, vt dictum est; & illis deficientibus
ob notoriam inopiam; quatenus teneretur in
13 subsidium Auus maternus diues iuxta tradita
per *Bal. nouellum de dote par. 6. priuil. 16. Alex.
cons. 201. num. 23. lib. 6. Turret. cons. 6. lib. 2.
quos sequitur Costa remed. subsid. 65. num. 8.* Non
idcirco dotem filiæ traditam relinquere apud
Nepotes cogi potest Pater, sed alimenta neces-
saria *illis* subministrare debet dote sibi reddita,
14 & dotare iterum filiam tenetur Pater, de qua re
actum fuit supra *in cap. 137. per totum lib. 2.*
Quinimo filius ipse diues cogitur dotare matrem
15 pauperem in subsidium ad secunda vota tran-
seuntem, vt pudicitiam seruet. Quidquid in
contrarium ex Guil. scripserit *Bal. in l. vnica in
fin. C. de inoff. num. 4.* probat *Boer. decis. 129.
num. 10. quem sequitur Costa cit. remed. subsid.
65. num. 9.* vbi reicit vanitatem illam tristi-
16 tiæ animæ defuncti per secundas nuptias, &
iniuriæ filiorum, passim à Doctoribus deductam;
quando mater est Iuuenis, & difficulter, seu
cum timore scandali potest se continere intra
castitatis claustra, cum nemo sit continens, nisi
17 Deus det, vt habetur *Sapientia* 8. Ibi Puer au-
tem eram ingeniosus, & sortitus sum animam
bonam, & cum essem magis bonus, veni ad cor-

pus

pus coinquinatum, & vt sciui, quoniam aliter non possem esse continens, nisi Deus det, & hoc ipsum erat Sapientia, scire, cuius esset hoc Donum, Adij Dominum, & depræcatus sum illum, & dixi ex totis præcordijs meis, & iuueniles calores temperare difficillimum est, de quo cõmemoratur *Costa vel. num. 9.* dicens teneri filium matri prouidere aduersus hoc periculum; æque matrẽ filio, qui cum succurrere vitæ vterq; teneatur, famæ quoq; subuenire ambo obligantur, quæ vitæ æquiparatur iuxta illud,
18 melius est mori, quam vilipendi, siue fædari *vul. l. isti quidem ff. quod metus causa Marchobr. cons. 79. num. 56.* Paulus vero I. C. *in l. isti quidem ff. quod metus causa* inquit; metum, ne stuprum in-
19 feratur, maiorem esse bonis viris, quam mortis *cap. clerici, & cap. 4. de excess. prælat.*

Et quia alias materiam hanc successionis dotis filiæ, & discrepantiam inter Martinum, & Bulgarum latissime tractauimus in causa D. March. Ambrosij Abduæ, contra D. Comitissam Filibertam eius ex filia neptem, subijciuntur allegationes ipsæ pro maiori materiæ dilucidatione.

P R O
D. Marchione Ambrosio Abdua
Contra
D. Comitissam Filibertam Madrutiam eius ex filia neptem.

Diffusè adeo, & plena manu scriptũ est in hac causa super quæstione agitata inter antiquos glosatores Bulgarum, & Martinum, an scilicet dos redeat ad partem, prædecedente filia, In qua pro Patre respondit Bulgarus, & pro genero, & eius liberis adesse consuetudinem probauit Martinus; Vt superfluus videatur quicunq; meus labor, Niehilominus, vt casum de, quo agitur, esse in tutò pro D. Marchione ostendatur.

Repetendum est Virum in hoc casu prædecessisse vxori, de quo casu non loquitur Martinus, atq; post Viri mortem Comitissam Ersiliam D. Marchionis filiam anno 1636. è Ciuitate Tridentina, in qua habitabat cum Viro, & in qua vnicam reliquerat filiam Comitissam Filibertam, reuersam esse Mediolanum ad patris domum, in qua semper habitauit vsq; quo anno 1639. ibidem vltimum diem clausit.

Hoc supposito, palam est Comitissam Ersiliam semper sub patria potestate vixisse, tam matrimonio constante, quàm eo dissoluto, dum præsertim ad paternam domum reuersa, est effecta vidua, in eaq; per tot annos habitauit, atq; demum interijt; Per contractum etenim matri-
20 monium non liberari filiam à patria potestate *est glos. in l. filia licet ff. d. colat. & §. p. in fine Instit. ad Tertil. Hoc idem probatur in l. Voluntas C. de fideicom. & tradit Cagnol. in l. cum quadam puella num. 13. ff. de iurisd. omn. Iud. & latè scribit Alex. Trentacinq. lib. p. var. resol. tit. de patr. potest. resol. p. nu. p. & 2. qui sub num. 2. ex Gramat. decis. 54. tradit* Patrem posse cogere filiam
21 effectam Viduam ad habitandum in eius domo cum eo, relicta Viri prædefuncti domo; Quam sententiam nullam habere dubitationem certũ est, cum matrimonium non liberet filiam à pa-
22 tria potestate, vt tradit Crottus *in repet. l. 2. §. quod si in patris num. p. ff. sol. matrim. & Oddonellus in l. si constante num. 70. eodem tit. Fontanell. de pactis nuptial. claus. 4. glos. 7. par. p. num. 73. & par. 3. num. 11. Peregr. decis. 93. num. 3. & decis. 139. num. 2. Franc. de Ponte cons. 19. num. 45. Carp. ad stat. 416. num. 18. & Giurba ad stat. Messana cap. 3. glos. 6. num. 10. & cap. 4. glos. 2.*
23 *par. p. num. 4.* Vbi probat vxorem esse tantum in potestate Viri, quo ad ea, quæ sunt obsequialia marito, post Tuscum *lit. P. conclus. 132. nu. 11. & Alex. Galuanum cons. 26. num. 23.*

Quam patriam potestatem etiam confirmasse Comitissam Ersiliam patet, dum ea effecta Vidua ad patris domum reuersa est, & in ea habitauit donec vixit, Per quam habitationem rein-
24 cidisset in patriam potestatem, vbi ab ea fuisset soluta per contractum matrimonij ex dispositione alicuius statuti, vt scribit Fontanella *cit. claus. 4. glos. 28. num. 28. & declara: Thesaur. Inn. q. famil. 72. sub num. 17. lib. 3.*

Existente itaque in patris potestate Comitissa Ersilia, dùm illa decessit ad D. Marchionem patrem reuersam fuisse dotem, etiam filijs ex ea super-
25 stitibus, est *tex. in l. Iure succursum ff. de iure dotium*; Ratio ibidem adducitur, ne scilicet (inquit textus), Pater & filiæ amissæ, & pecuniæ
26 damnum sentiat, cum quo textu concordat *l. dos à patre C. sol. matrim.* prout decem alias leges conuenire post alios probat eruditissimus Fachineus *lib. 3. contron. Iuris cap. 11. vers. Primum ei vers. ego hac in re*, vbi pluribus etiam rationibus, & fundamentis hanc sententiam vti veriorem, & communiorem firmat.

Ea præsertim ratione, quia in dote à patre profecta, filia in potestate existens non habet hære-
27 dem, nec quidem filium, cum illius hæreditas patri pleno iure aquirátur *tex. in §. p. in Auth. de hæred. ab intest. Apicella tract. de quinqueniali dilat. tit. p. sub num. 65. in fine Socin. Iun. cons. 114. num. 18. cum seq. plur. lib. 3.*

Hanc conclusionem in terminis terminantibus probat *Thesaur. plena decis. 138. & decis. 190. præcipuè ex sententia Molignati ibidem citati nu. 13. quam opinionem amplectitur Cephal. cons. 209. num. 4. cum plur. seq.* Vbi inquit, quod cum actio
28 dotis restituendæ sit Communis inter patrem, & filiam *d. l. 2. §. quod si in patris ff. sol. matrim. & in l. p. §. accidit C. de rei vxor. act. & l. fin. C. de iure dotium.* Quamuis plusculum habere
29 in ea patrem notet *glos. in l. non solum ff. sol. matrim. & probat Bened. de Plombino in repet. d. l.*

post

post dotem num. 13.*ff. eod.tit.* si alter eorum præ-
30 moriatur, consolidatur actio in superuiuente,
*Bar. & cæteri in l. d. 2. §. quod si in patris ff. sol.
matrim. Ruin. cons. 30. num. 11. lib. 2. & Dec.
cons. 35. num. p. ex Bened. de Plomb. in repet. d.
l. post dotem num. 15. vers. Præterea, & vers.
Ego autem.*

Prout eandem sententiam comprobat *Peregr.
decis.* 139. *num.* 8. Vbi apertè probat filiam in
31 dote profectitia non habere hæredem, quia ad
patrem ea spectat. Quam conclusionem etiam
sequitur *Thesaur. Inn. q. famil. 72. per totum lib.
3. præcipuè num. 18. & eam amplectitur, Grasian.
discept. forens. lib. 2. cap. 382. num. 20. & lib.
4. cap. 627. nu. 13. 16. & 24. atq; lib. 5. cap. 882.
num. p. cum seq. & num. 35. & Bimius cons. 279.
num.* 31. ac deffendit, *ac Senator. Bellon. de his
quæ incont. fin. cap. 164. num. p. lib. p.*

Pro qua sententia valdè conferunt tradita per So-
cinum *Inn. in cons. 43. nu. 4. cum seq. plur. lib. p.*
qui loquitur in terminis dotis per filiam effe-
ctam viduam, pænes patrem in depositum datę,
pro qua sibi iterum tradi conuenerat patrem;
esto quod ad secunda vota transiuerat filia,
32 Concludendo nullam competere actionem
filiæ ad conueniendum patrem, etiamsi deposi-
tum restituere promisisset pater, quod magis
est, cum nulla diceretur obligatio, quam neq;
33 naturalem, neq; ciuilem inter patrem, & filiam
cadere posse disponit *tex. in l. frater à fratre ff. de
condit. indeb. vbi Bar. col. 16. vers. secundo quæro;*
multo minus ergo competit hæc actio Comi-
tissæ Filibertæ filiæ dictæ Comitissæ Ersiliæ,
quæ Comitissa Filiberta maius ius non habet,
quàm competebat matri, ex cuius persona nunc
hanc petit dotem, siue illius residuum dicto D.
Marchioni eius Auo materno; Nulla namq; sub-
sistente actione, sequitur iuditium prædictum
34 frustra, & nulliter fuisse propositum, quia iura
Agentem sine actione repellunt *l. quoties §. Item
si temporali ff. de administrat. tut. & scribit Socin.
loco rel. num. 7.*

Neque huic conclusioni resistere dicendum est di-
ctam traditionem Martini asserentis, quod ex
antiqua consuetudine dos filiæ prædefunctæ
spectat ad eius filios, non autem ad patrem,
quidquid iure communi inspecto, ad patrem re-
35 uerti dotem probauerit Bulgarus *in d. l. dos à
patre C. sol. matrim.* de qua quæstione passim
scribentes *in l. post dotem ff. sol. matrim.*

Namq; cum Doctorum auctoritates intelligendæ
veniant secundum leges, & rationes, quas dedu-
36 cunt, neq; ad alios casus extendi possint, iuribus
vulgaribus, Quatenus Martini sententia vera
esset (quod absolutè non admittitur) illa pro-
cederet in casu tantù per eum expresso, nempe
37 quando vxor prædecessit viro, non è contra,
etiamsi filij supersint; Ita expressè probat *Socin.
Inn. cons. 114. num. 20. cum seq. plur. lib. 3. præ-
sertim vers. Quibus sic stantibus, & vers. & cum
talis, & amplè prosequitur Caphalus cons. 709.
maximè num. 39. & ante eos cumulatissimè scri-
bit Alex. cons. 67. num. 102. lib. 7.*

Cum ergo in hoc casu Comitissa Ersilia non solum
vixerit post mariti mortem per plures annos,
Verum etiam ad patrios lares reuersa sit, & à
patre alimenta vsq; ad mortem fuerit conse-
quuta, Palam est nos versari in diuerso casu ab
eo, de quo Martinus, & consequenter illius con-
clusio locum habere nequit; Vt expressè in pro-
38 prijs nostris terminis probat *Baldus pleno cons.
2. lib. p.* distinguendo, quando filia prædecessit
viro, quo casu locum habere consuetudinem
Martini concludit, sed quando viro superuixit,
& mortua est in domo patris, tunc procedere
sententiam Bulgari, etiamsi supersint filij, deter-
minat; Eà præcipuè ratione, quod sicuti lex
corrigens aliam legem non dicitur corrigere
39 nisi in casu suo; Ita neq; consuetudo derogans
legi derogare nequit, nisi in casu expressò ab
ipsa consuetudine, etiamsi eadem ratio subesse
videatur, quod magis est, *vt notatur in Auth.
40 quas actiones C. de Sacrosan. Eccles.*; Quia casus
ommissus habetur pro ommisso *l. commodiss. ff.
de lib. & posth. & tradit Bal. cit. loco.*

Additur præterea, quod (quidquid in contrarium
affirment nonnulli, inter quos *Marescot. var.
resol. cap. 42. num. 2. lib. p. & Grat. decis. Mar-
chia 235. num. 2. ac discep. 627. num. 16.*) non
sufficit Martinum attestari de hac generali con-
suetudine, sed requiritur illius expressà proba-
41 tio in casu, de quo agitur, & in loco, in quo ea
deducitur, vt optimè perpendit *Alex. cons. 67.
nu. 2. lib. 7.* Qui multis fundamentis docet hanc
consuetudinem probandam esse per eam alle-
42 gantem, & expressè fuisse eam obseruatam
in casu, de quo quæritur, vt post Rochum de
Curte *in tract. de consuetud. qu. 5. num. 569. pro-
bat Dec. 472. num. 17. & idem Dec. loquens in
proprijs his terminis consuetud. per Martinum fir-
mata in cons. 538. num. 9.* concludendo; quod te-
43 stes deponere debent de visu actus, cuius allega-
tur consuetudo, atq; de actuum frequentia, &
temporis diuturnitate; Idem probat *Gram. voto
23. num. 3. Capic. decis. 176. Alex. citato cons.
67. lib. 7. & post infinitos alios comprobat Tho-
bias nouius cons. 48. num. 12. & Menoch. cons.
238. num. 18. ac 36. cum sequen. ac Honded. cons.
75. num. 19. cum plur. seq. lib. 2.*

Non etiam resistere videtur intentioni D. Mar-
chionis stipulatio facta circa restitutionem
dictæ dotis, dum primo in nuptialibus pactis di-
ctum fuit, Conuenerunt vsupra obligando &c.
vt D. Co. Victorius (vir suprasc. D. Co. Ersiliæ)
teneatur, prout promisit vtsupra, obligando vt-
sup. pignori &c. ipsam D. Ersiliam cautam red-
dere pro restitutione dictæ dotis eueniente casu
&c. seruatis statutis Mediolani, circa dictam re-
stitutionem faciendam &c. In Instrumento au-
44 tem receptionis partis dictæ dotis dictum fuit
pignori præfato *D. Marchioni stipulanti suo, &
nomine præfatæ D. Ersiliæ, & aliorum omnium,
quorum interest &c.* ità quod eueniente casu dotis
petendæ, siue repetendæ, dictus Comes Victorius

promisit

promisit &c. restituere dictæ D. Ersiliæ, aut
suis, dicta scuta quindecim mille, vna cum alijs
pecunijs exactis in causam dictæ dotis &c.
Quandoquidem stipulatio ipsa facta fuit etiam
pro eodem Domino Marchione non solum
filiæ, vt perpendit Bal. *in cit. cons. 7. prope finem
lib. pr. de qua stipulat. Surd. cons. 206. num. 28.
cum seq. Cran. cons. 39. num. 2. & cons. 84. num.
p. & num. 11. Galua. cons. 14. num. 15. Giurba
ad stat. Mess. cap. 3. glos. 7. num. 44. & cap. 6.
glos. 9. num. 3. atq; expressè scribit Thes. Iun. cit.
quæst. 22. num. 12. lib. 3.* Vbi concludit, quod
stipulatio restitutionis dotis recepta per pa-
trem nomine filiæ non nocet patri, & eius iuri-
bus, tanquam recepta pro illis, quibus de iure
restituenda venit, Id quod confirmat idem au-
ctor *sub num. 17. in fine, & num. 18.* & ibi addit
non esse verisimile, quod pater sibi voluerit
præiudicare in stipulatione, de qua re *Senat.
Bell. tr. de his quæ incont. fiunt cap. 36. num. 2. &
num. 4. lib. 2.*
Quam Martini sententiam omni in casu locum
45 tantum habere in dote soluta, non verò in pro-
missa, distinguunt scribentes, inter quos Cæphal.
*cit. cons. 709. num. 9. cum seq. plur. & num. 14.
vbi infinitos allegat*, dicens consuetudinem per
46 Martinum deductam strictè esse interprætan-
dam ex Bar. *in all. l. Post dotem nu. 30. vbi Alex.
num. 28. & in cons. 115. nu. 3. lib. p.* Quam sen-
tentiam comprobat Nonius *cit. cons. 48. num.
9. cum seq. plur. & vsq; ad fin.* qui ad contraria
respondet, & ea soluit idem probat Ant. Ga-
briel. *com. opin. lib. 5. tit. de præscript. conclus. 2.
num. 12. vers. contrarium*, & in terminis eiusdem
consuetudinis Martini decidit Anch. *cons. 349. in
princip. Capic. cit. decis. 176. col. vlt. Socin. Iun.
in rubr. ff. sol. matrim. num. 50. cum seq. atq; in d.
cons. 114. sub num. 21. & 22. lib. 3. Surd. cons.
206. num. 29. Menoch. d. cons. 238. num. 33. cum
seq. plur. atque Honded. all. cons. 75. num. 21. cum
plur. seq. lib. 2.*
Mortua etenim filia, dote non soluta, ea solui vl-
47 terius non debet tex. *in d. l. dos à patre C. sol. ma-
trim. glos. in l. fin. C. ne vxor pro marito, & in l.
non dubium in verbo Agnouerit C. de testam. Re-
buff. ad Const. Regni tit. de lit. obligat. art. p. glos.
9. num. 25. Rimin. iun. cons. 380. num. 70. in fine
Menoch. cons. 1132. num. p. Milanens decis. 11.
num. p. cum seq. par. p. & post multos alios Giurba
ad stat. Messana cap. 13. glos. 6. par. p. num. 2. &
expressè probat Thesaur. d. decis. 190. in fin.* su-
bijciens, quod si dos integra soluta fuit, datur
48 actio patri ad illam recuperandam.
Quo attento, quanto fortius competere exceptio-
49 nem patri ne soluat residuum dotis dicendum
est? tex. *in l. nemo inuitus §. cui domus ff de reg. iur.*
Cum facilius detur retentio, quam actio *l. per
retentionem C. de vsuris, & terminaliter probat
Molignatus post decis. 190. Thesauri num. 19. &
26.* Vbi multas adducit rationes ad hoc proban-
dum assumptum; Inter quas ea est præcipua,
quod filij filiæ prædefunctæ dotem hanc inue-
nient in hæreditate materni Aui, in qua succes-
suri sunt, Prout verè successura est D. Comitis-
50 sa Filiberta, vnica descendens D. Marchionis,
cui conclusioni subscribere videtur Surd. *cons.
206. sub num. 28. vers. Respondeo duobus modis,
& sub num. 36. prope finem*, dum inquit, quod
dos pertinet ad filios, vti filios, & hæredes Aui,
51 non vti hæredes matris, Cum qua sententia
conuenit traditio eiusdem Thesauri *d. decis. 138.
num. 3.* ac conferunt scripta per Fachin. *cit. cap.
71. lib. 3. vers. Ad postremum, & seq. Sen. Bel-
lon. de his quæ incont. fiunt cap. 164. num. 4. lib. p.*
& per hanc sententiam vti magis communem,
& receptam, tollitur contraria opinio, de qua
post alios Rol. *de lucro dotis qu. 5.* qui tamen
contrarium affirmat in sequenti *quæst. & per
Marescottum lib. p. var. resol. cap. 42. num. 4.*
Namq; cum disponatur per consuetudinem Mar-
tini, vt maritus retinere possit dotem vxoris
prædefunctæ, ad commodum filiorum, Verbum
illud, retinere, locum habere nequit in dote
52 promissa, siue nondum soluta, sed tantum in
recepta; quia retinere non potest id, quod
53 adhuc non fuit consequutus maritus, vt optimè
considerat Socin. *Iun. cit. cons. 114. num. 21. in
fine lib. 3. vbi sub num. 22. vers. Nec obstant,* se-
nior factus retractat id, quod alias tanquam iu-
54 nior in contrarium affirmauerat *in cons. 35. lib.
pr.* Quam sententiam multis alijs fundamentis
amplectitur, & exornat Menoch. *cit. cons. 238.
num. 31. cum plur. seq.* Ponderando verbum il-
lud, retinere, siue remanere debeat dos apud vi-
rum pro filijs, de quo Martinus, quod nonnisi
55 intelligi potest de dote soluta; non promissa,
præsertim ex *Curtio seniore cons. 180. num. 4.*
56 Quia remanere id dicitur, quod iam semel posi-
tum est *glos. & Doct. in l. Tale pactum §. vlt. ff.
de pactis, & l. apud ff. de verb. signif.* Prout idem
57 significare dicuntur verba, illa profecta, & re-
dire, contenta in tex. *d. l. Post dotem*, optimis
rationibus probat Menoch. *cit. cons. 238. num.
30. cum seq. plur. & præsertim num. 33. post mul-
tos ibidem relatos, & Sen. Bellon. d. cap. 164. nu.
4. lib. p.*
Verum, vt etiam dictorum Martini, & Bulgari
58 opiniones concilientur, quas valde dubias esse
ab vtraque parte testatur Salicetus *in d. l. Dos à
patre in principio C. sol. matrim.* Distinguendum
59 est inter filios diuites filiæ prædefunctæ, & alios
pauperes, cuius paupertatis contemplatione
maternam dotem ad eos peruenire debere ex
ÆQVITATE viguisse consuetudinem testatur
Martinus, Quia superstitibus filijs pauperrimis,
& egenis prædefunctæ filiæ, Ita quod aliunde
de alimentis sibi non sit prouisum; Tunc ad eos
spectare maternam dotem iuxta Martini opi-
60 nionem concludit Benedictus de Plombino *in
repetit. d. l. post dotem sub num. 15. vers. putarem
etiam ff. solut. matrim. & sequitur Menoch. all.
cons. 238. sub num. 23. vers. quarto dato arg. l.
quamuis in fin. ff. solut. matrim. & Instit. de lege
Caninia in princip.* Ea præcipuè ratione, quod

Aus

Aus maternus tenetur alere nepotes ex filia
pauperes; Si verò nepotes sunt diuites, vel ha-
bent, vnde alimenta consequi valent, tunc Bul-
61 gari sententiam locum obtinere concludit,
idem Benedictus de Plombino, *& seq. Menoch.*
loco cit. num. 27. Et sic dos ad patrem reuertitur
defuncta filia post virum, vt in hoc nostro casu,
in quo Comitissa Filiberta vnica patris hæres
62 amplissimum possidet, & opulentem patrimo-
nium, valoris, vt audio, aureorum tercentum
mille.

Cessante igitur ratione, & ÆQVITATE, super
quibus eius fundauerat conclusionem Martinus,
cessare etiam debet eiusdem traditio, vt inquit
Menoch. *relato num. 27. prope finem; & repetit*
in cons. 132.*nu.*4. Qui loquitur in proprijs no-
stris terminis licet vt tunc cesset per mortē filię,
& generi illa ÆQVITAS, quæ alioquin suadet
dotem remanere debere apud maritum vxo-
ris, & filios, Quia ad patrem spectat alere li-
63 beros, non ad matrem, sine ad maternum
Auum, qui nisi in subsidium, quando scilicet pa-
ter est inops, ad alimenta nepotum tenetur *l. nec*
filium C. de patria potest. & l. si quis à liberis §.
idem dicitur ff. de liber. agnosc. & post alios scribit
Menoch. d. cons. 238. num. 28. & amplè dixi in
tract. de æquit. lib. p. cap. 16. num. 6. cum seq.
plur. & num. 11. præsertim ex Costa pleno remed.
subsid. 65. Per quam distinctionem subijcit di-
ctus Bened. de Plombino *relato num. 15. vers.*
nec. obstat, quod hac sua noua opinione intelli-
gitur hodie discussus iste passus, id quod mihi
maximè arridet.

Tanto magis, quia officium patris est dotare
64 filiam, non tamen donare *l. qui liberos ff. de ritu*
nuptiar. & l. fin. ff. quæ in fraudem credit. Cuius
donationis speciem obtineret dos, vbi ad nepo-
tes contra voluntatem Aui materni dotantis
perueniret post matris mortem, Cùm non sit
officium Aui materni prouidere nepotibus suis
ex filia in aliquo, vt dictum est, & idcirco iuris
prouidentia ad ipsos nepotes non extenditur,
65 qui de aliena familia sunt, vt probat Bal. *d. cons.*
7. in fin. lib. p.

Et quatenus hæc conclusio recepta nō esset, quam
omnino vti ÆQVIOREM, & cōmuniorem lo-
cum habere probatum est; Adhuc saltem in
vsufructu dictæ dotis viuente D. Marchione
locum omnino obtinebit; Quandoquidem re-
66 gulare est ad patrem spectare vsumfructum
bonorum filij, tex. *in l. cum opportet C. de bonis,*
quæ liberis, Surd. cons. 116. num. 2. Crau. cons.
84. num. p. & 15. & cons. 39. num. 2. atq; cons.
543. num. p. Castil. de vsufructu, cap. 3. num. 8. &
10. ac num. 15. & dixi in tract. de æquit. cap. 170.
num. 18. lib. 2. Gratian. discept. forens. lib. 4. cap.
67 *627. num. 25.* loquens de vsufructu aduentitio-
rum, in quibus minus ius habet pater, quam in
profectitijs.

Qui sanè vsusfructus non extinguitur morte filiæ,
68 sed durat, donec viuit Pater *scrib. in l. fin. vers.*
si verò is ff. ad Senatus cons. Tertul. & probat Pi-
nel. in l. p. par. p. num. 39. cum seq. C. de bonis
maternis; Donec enim viuit pater, primari non
potest vsufructu dotis filiæ prædefunctæ exi-
stentis in eius potestate, etiamsi liberi ex ea su-
persint, tamquam ex peculio profectitio orien-
69 te *d. l. cum oportet §. non autem C. de bonis, quæ*
liberis, & expressè probat Gratian. lib. 3. discep.
forens. cap. 40. in p. & 22. & in cap. 433. num.
11. atq; cap. 552. num. 48. & lib. 4. cap. 627.
num. 15. atq; lib. 5. cap. 989. num. 2. 8. & 24. ac
tradit Fontanella de pact. nuptial. clau. 4. glos. 7.
par. 3. num. 26. Vbi ità iudicatum fuisse per
illum Senatum fauore Patris testatur, non ob-
stante prohibitione facta per testatorem, quod
legatum non aquireretur patri; Quia proinde
70 non censeri prohibitum illius vsumfructum de-
creuit ille Senatus.

Qui vsusfructus eo magis debetur in hoc casu D.
Marchioni, dùm alimenta per tot annos ille
præstitit Comitissæ Ersiliæ, & donec illa vixit;
Adeo quod hoc solo respectu dotis fructus aqui-
71 siuisse dicitur, vt ex Baldo *cons. 484. num. 2.*
lib. 5. probat Gratian. lib. 2. c. 244. num. 27. cum
seq. per l. si is, qui strictum §. post mortem ff. de
iure dotium, & sequitur Giurba ad statuta Messa-
næ c. p. glos. p. num. 19. & c. 3. glos. 5. num. 5.
atq; c. 8. glos. 4. num. 16. Gioagn. cons. 83. num.
2. & Morot. cons. 18. num. 9. vbi probat, quod
pater succedens filio cum alijs filijs habet vsum-
72 fructum in portione aliorum filiorum, id quod
amplectitur etiam Odonel. in repet. *d. l. si con-*
stante num. 70. ff. sol. matrim.

Dos enim sicuti constituitur per patrem pro ali-
73 mentis filiæ, illam ad patrem spectare certum
est, si filiam alimentauit, *Crau. cons. 683. num.*
9. vers. secundo respondetur; Quam sententiam
procedere etiam in bonis relictis à filio naturali
74 probat idem *Giurba in cap. 7. glos. 3. num. 5.*

Et huic sententiæ valdè conueniunt traditiones
Molignati *in d. cons. posito* post citatam *decis.*
190. Thesauri num. 26. & Surdi cons. 206. sub
num. 28. vers. Respondeo duobus modis, & sub
num. 36. prope finem, dum concludunt nepotes
75 ex filia maternam dotem esse reperturos in
hæreditate Aui, vt suprà dictum fuit.

Et ità iuris esse censeo sub censura &c.

Mediolani die 18. Augusti 1649.

Causa hæc tandem fuit per Excell. Senat. decisa
die Lunæ 9. Martij referente Amplissimo D. Se-
nat. Petro Petracino, qui censuit Ven. Pium
locum Sant. Coronæ hæredem institutum per
D. March. prædefunctum absoluendum esse à
solutione aureorum 30. milla post eius mortem
soluendorum in causa Comit. Arsiliæ eius filiæ,
quem hæredem condemnauit restituere parcel-
las in iuditio deductas.

Iulius Cæsar Caluinus.

SVMMARIA.

Sortis iuditio committere res humanas solebant anti-
qui num. 1.

Matthaus

Mathaeus sortis inditio fuit electus ad Apostolatum num. 2.
Sortis iuditium fallax num. 3.
Sortis in inditio temeritas, & casus, non ratio valet num. 4.
Sortis ducem esse Deum tradit Seneca num. 5.
Sors sola, fortuna est muta, & surda num. 6.
Sortis iudicium sinceritate munitum creditur num. 7.
Pontificis electio sorti committi nequit, licet sorte possit dirimi quaestio inter duos electos num. 8.
Sorte emissa dicitur actus consumatus, neque vlterius ad eam potest apponi manus num. 9. praesertim interposita decreto Iudicis num. 10. 16.
Sortis euentus censetur Diuina sententia, & voluntas num. 11. nec appellatur num. 12. neq; aliquod aliud remedium datur num. 13.
Sors non habet supra se humanum inditium num. 14. maxime si agitur de quaestione iuris, non facti, vt si quis sit admittendus num. 15.
Sors irretractabiliter proiecta dicitur num. 16.
Testator si expressè non disposuit, vt omnes de familia vocentur ad sortem, necessarium non est eos vocare num. 18.
Verbum possit est facultatiuum num. 19.
Aliud est rogare, aliud est praecipera num. 20.
Concurrentes ad sortam tantam admittuntur, quando Testator vsus est verbo possint *num. 21. & 32.*
Vigilantibus, non dormientibus iura subueniunt num. 22. 23.
Prior qui est in cursu, prior est ad praemium, vt inquit D. Ciprianus nu. 24.
Diligentia in omnibus rebus plurimum valet teste Ciceron. *num. 25.*
Creditor chirografarius diligens praefertur alijs similibus creditoribus num. 26.
Debitor potest alteri gratificari num. 27. maximè in causis lucratiuis num. 28.
Cardinales non accedentes ad conclaue pro electione Pontificis post lapsum dierum decem, inaniter conqueruntur num. 29. 30.
Cardinales exeuntes è conclaui amittunt ius eligendi Pontificem num. 31.
Canonicus, qui in obtatione interuenire neglexit in capitulo conuocato post spatium dierum viginti à die vacationis Canonicatus, sibi imputet, qui excluditur num. 33.
Minor non restituitur aduersus sortis proiectionem num. 34.
Approbatus semel in iuditio sortis reprobari vlterius non potest num. 35. 36.
Sortis iuditium non potest impugnari praetextu erroris num. 37.
Errans in iure non auditur, si est maior, secus, si in facto nu. 38. maximè si agitur de lucro faciendo nu. 39.
Turpitudinem propriam allegare quis prohibetur num. 40.
Error in iure, vel in facto clarè probari debet nu. 41.
Error non iuuat, quando res iudicata, siue transectio interuenit num. 42.
Litibus finis aliquando datus est num. 43.

Ea, quae sorte dirimuntur, vlterius in dubium non sunt refricanda.
CAP. CCL.


Ortis iuditio res humanas cõmittere antiquissimus fuit vsus, etiã
1 apud Romanos, *vt habetur in l. quod si ambo ff. de Iudic. & in l. fi. C. commun. de legatis, atq; in l. generaliter §. quid ergo si plures ff. de fideicom. libert. & in l. 2. C. quando, & quibus quinta pars debetur lib.* 10. Prout idem longe antea fuisse obseruatum ab Assirijs, & Caldeis testatur Petrus Gregor. *lib. 34. Syntag. iur. cap. 5. num. 7. cum seq. plur.* Quinimo sortis iuditio
2 fuisse electum Matheum ad Apostolatum per Apostolos habetur in primo actũ Apostolorum.
Prudenter ergo hanc sortis rationem habuisse videntur testatores, qui eorum haereditates inter Agnatos vni sorte tantũ peruenire debere disposuerunt, vt accidit hic Mediolani per Io. Augustinum Abdum anno 1553. & Nouariae per Iacobum Cacciam anno 1584. Quidquid tradat Tacitus *lib. 12. Annalium*; Sortis scilicet
3 Iuditium esse fallax, & incertum, atq; vt plurimum ad parum idoneos deferre, Quod Iuditiũ fortunae nuncupat Cicero, vbi temeritas, & ca-
4 sus, non ratio, aut consilium valet, de qua re actum fuit supra *in cap. 187. num. 52. cum seq. lib.* 2. & de qua latissime Troilus Maluetius *tr. de sortibus par. 3. per totum registratum in Tomo 13. tract. par. 1. & Card. Alban. tr. de Cardinal. qu. 38. eodem vol. 13.* vbi ex *Seneca in cap. 7. in Epistola ad Lucillum*, scribit sortis ducem esse
5 DEVM, quia sortis iudicium sinceritate munitũ
6 creditur; Cum fortuna sit Muta, & Surda, & consequenter inexorabilis, vt inquit *Bal. in l. si duobus commun. de legatis quem sequitur Card. Alban. cit. qu.* 38. Vbi etiam affirmat, quod
7 duobus electis in Pontificem, sorte dirimi potest
8 quaestio; Quamuis electio Pontificis sorti committi non possit.
Si itaq; semel seruatis seruandis proiecta fuit sors inter vocatos ad illam, ea in dubium reuocari vlterius nequit, quia actus dicitur consumatus,
9 & ius acquisitum fuit ei, ad cuius beneffitium sors cecidit; maxime, si talis actus fuit à Iudice approbatus, eiusq; decretum interpositum, vt
10 post alios probat *Bar. in l. 2. C. quando, & quibus quarta pars. lib. 10. & in l. fin. vers. Sancimus C. commun. de legatis Bal. in l. si maior in primo notab. C. commun. diuidundo Ias. in §. quadam sub nu. 64. Instit. de action. & in d. l. fin. C. commun. de legatis. Tiraquel. de primog. qu. 27. opin. p. nu. 2. & post eos Aluarus Valascus in Praxi portionis, cap. 22. nu. 2. pag. 115. Peregr. cons. 79. sub nu. 9. lib. 2.*
Euentus etenim sortis censetur Diuina sententia,
11 & voluntas, vt dictum fuit *ex cap. 326. qu. 2. & cap. 16. Prouerb.* vbi sortes mittuntur in sinum, sed a Domino tẽperantur, & idcirco AEQVVM

12 eſt, vt ab eo iuditio non appelletur, ita tradit
*Catal. Cotta in eius memor. in verbo ſortis diudica-
tio, & ſequitur Peregr. d. conſ. 79. num. 9. lib. 2. Et
expreſſe probat Ruginel. de appell. §. 2. cap. 3. in
verſ. Incertitudo nn. 453. & 455. & nu. 787.* quo
loci multos congerit, atq; in proprijs terminis
comprobat *Bimius conſ. 361. per totum*, vbi
aperte probat nullum remedium dari aduerſus
13 ſortis Iuditium, tamquam ÆQVITATI con-
ſonum, neq; appellationis, neq; reuiſionis, neq;
in integrum reſtitutionis, Id quod etiam probat
Peregr. conſ. 70. nu. 9. lib. 2. dicens, quod ſors non
14 habet ſupra ſe humanum iuditium *ex Bal. in l.
ſi duobus C. commun. de legatis col. p. Ruginel. de ap-
pellat. § 2. cap. 3. n. 887.* Præſertim vero, quando
agitur de quæſtione iuris, non facti, an ſcilicet
15 quis admittendus ſit, nec ne ad emittendam ſor-
tem ex teſtatoris diſpoſitione, & dubij aliquid
habeat diſpoſitio, ideſt certa ea non ſit *Card. Al-
ban. tr. de Cardinalis 38. verſ. Ait enim f. 119. &
Bimius cit. conſ. 361. nu. 2.*

Quod Iudicis decretum afficere quoſcumq; quan-
do eadem eſt perſonarum conditio, quæ ad for-
16 tem ipſam concurrunt, eleganter probat in
terminis idem *Bimius cit. conſ. 361. nu. 15. & Pe-
regr. de fideicom. art. 27. nu. 16. cum ſeq.* Irretracta-
biliter etenim proiectam fuiſſe ſortem dicen-
17 dum eſt, quo caſu locus non ſit retractationi,
vt obſeruari in diuiſione bonorum concludit
*Socin. Iun. conſ. 50. nu. 2. lib. 4. per l. cuncta in verbo
factum C. ſi maior facti ratum hab. ex Bal. in conſ.
282. Proponitur quod minor lib. 2.*

Neq; neceſſe eſſe videtur, vt vocentur omnes de
familia pro ſortis proiectione, vbi id expreſſe
18 non fuerit à teſtatore ordinatum, ſed illud re-
miſerit vocatis, vtendo verbo poſſint emittere
ſortem, quod verbum *poſſint* ad voluntatem vo-
catorum ſe referens, nullam parit obligatio-
19 nem *l. quintus §. auctoritatem ff. de annuis legatis,
& tradit Anneus Robertus lib. 4. rerum Iud. cap. 4.
verſ. aliud eſt pag. 757.* dum diſtinguit, quod aliud
eſt rogantis animo comendatum, aliud hæredi
20 quidquam, addito neceſſitatis vinculo præcipe-
re; quandoquidem eo caſu admittuntur tantum
21 ij, qui petierunt ſe deſcribi inter eos, qui ad ſor-
tis iuditium concurrebant, non autem non pe-
tentes, ſiue negligentes ſortis iuditium experiri;
Cum vigilantibus, non dormientibus iura ſub-
22 ueniant *l. Pupillus ff. qua in fraudem cred. & tra-
dit Coſta tr. de facti ſcient. & ignor. in conſ. poſito
poſt Inſpect. 90. nu. 30.* quibus negligentibus cul-
23 pa nocere debet *l. Ita demum ff. de receptis ar-
bitr. & l. Itaq; fullo ff. de furtis.*

Hinc ſcribit D. Ciprianus *in Epiſtola 7. lib. 3.* quod
24 qui prior eſt in curſu, prior eſt ad præmium,
quem ſequitur Anneus Robertus *lib. 3. rerum
Iudic. cap. 3. verſ. pro Menio pag. 589.* In omnibus
enim rebus diligentia plurimum valet, & hæc
præcipuè colenda eſt nobis, hæc ſemper adhi-
benda, hæc nihil eſt quod non aſſequatur, qua
vna virtute (teſte Cicerone 2. de oratore) om-
25 nes reliquæ virtutes continentur, eaq; omnino
in rebus magnis vti debemus, vt tradit *Thomas
Actius in tr. de ludo ſchachorum qu. 4. nn. 34. poſito
in vol. 7. tract. fol. 172. a ter.*

Cuius dilligentiæ intuitu præferri creditorem chi-
rografarium alijs conſimilibus creditoribus,
26 quando is diligens fuit in exigendo à debitore,
ſiue illius hærede, diſpoſuit *tex. in l. qui autem §.
ſciendum, & in l. pupillus nu. 24. ff. qua in fraudem
cred. ac in l. Iudicati actione ff. de re iud. glo. &
Doct. in l. inter eos in verbo occupatis eodem tit.
facit etiam tex. in l. ſi quis ſeruos §. inter duos ff. de
27 lega primo*, quia debitor poteſt alteri gratifica-
ri, quæ gratificatio naturalem, & antidotalem
inducit obligationem *Abb. in cap. poſt electio-
nem de conceſs. prebende Alex conſ. 135. lib. 5. &
in l. ſi Titius ff. de verb. oblig. Nicol. Moro tr. de
fide Tregua, & pacis qu. 59. nu. 6. cum ſeq. poſito in
vol. 11. tract. fol. 417. Natta conſ. 193. num. 5. cum
ſeq. & late ſcribit Straca de mercat. tit. de decocto-
ribus par. vlt. nu. 33. Molina de Iuſt. & Iure tr. 2.
diſput. 536. verſ. obſeruandum deinde eſt fol. 793.
Afflic. Deciſ. 190. Honded. conſ. 18. no. 36. quos ſe-
quitur Amator. Rodriq. tr. de priuil. cred. par. 2. art.
3. nu 9.* quod maxime locum habere in cauſis lu-
28 cratiuis ſcribit *Bal. conſ. 84. lib. 3. & ſequitur
Theſaur. qu. famil. 16. nu. 10. & 11. lib. 2.*

Et quemadmodum Eminentiſſimi Cardinales ne-
gligentes ire ad Conclaue, vacante Sede Apo-
ſtolica, infra decem dies a morte Summi Pontifi-
cis pro electione alterius inaniter conquerun-
tur de electiene facta ſine eorum voto per alios
19 DD. Cardinales in Conclaui exiſtentes *iuxta
cap. In Nomine Domini diſtinct. 23. vbi glo. & cap.
licet de Electione, & ſcribit Hier. Manfredus tr. de
Cardinalis cap. 20. verſ. Ille autem, & cap. 22.*
tradens, quod lapſis decem diebus a die mortis
Pontificis, non habent neceſſe Cardinales ex-
30 pectare alios abſentes iuxta ſententiam *Archid.
in cap. Vbi maius de elect. in 6.* Quippe exeuntes
Cardinales è Conclaui amittunt ius ſuum eli-
31 gendi Summum Pontificem *d. cap. vbi maius, de
elect. & clem. ne Romani eodem tit. & tradit Man-
fredus in d. cap. 22. verſ. quod ſi quis fol. 92. atq;
Cardin. Alban. eodem tr. de Cardinal. qu. 27. poſito
in vol. 13. tract. par. 2. fol. 114. & qu. 28. verſ. con-
trarium tamen fol. 115.* Ita iuſte conqueri non
poteſtis, qui non comparuit antequam emitte-
32 retur ſors ſuper hæreditate, vel bonis, quæ aſſi-
gnanda erant ei, cui ſors obueniſſet.

Prout æque inanis eſſet quærimonia Canonici, qui
33 in optandis præbendis interuenire neglexit in
capitulo conuocato poſt ſpatium dierum vigin-
ti a die vacationis Canonicatus *iuxta cap. vlt. de
conſuetud. in 6. de qua re latiſſime Moneta de op-
tionibus, cap. 5. qu. p. ſub num. 13. in fine verſ. Deniq;
non obſtat, & in tr. de diſtribut. quotid. par. 2. plena
qu. 4. & qu. 6.*

Concluſionemq; firmatam, quod à ſortis proiectio-
ne, ſiue emiſſione, non detur appellatio, neq;
reuiſio, ſiue in integrum reſtitutio, De ÆQVI-
34 TATE locum habere etiam in minoribus, qui
minime reſtitui ſolent ab ijs, quæ debentur a

forte

forte, seu à casu fortuito, disponit *tex. in l. verum*
§. sciendum vbi Bar. ff. de minor. Alba cons. 286.
nu. 11. *vbi Additur lit. D. & cons.* 701. *ac Pretus*
de interpret. vlt. volunt. lib. 3. Dubitat. 4. fol. 3. num.
51. *pag.* 343. *a ter.*
Idcirco is, qui semel fuit approbatus in Iuditio sor-
tis pro idoneo; nullo modo reprobari potest,
35 nisi superueniente noua causa *l. Pomponius ff. de ne-*
got. gestis, Dec. in cap. cum venerabilis sub num. 38.
vers. in tertia appositione de exceptionis & in cons.
475. *nu.* 28. *Boer. Decis.* 149. *num.* 16. *& latissime*
Menoch. cons. 341. *nu.* 10. *&* 26. *& post eos tradit*
Gratia. lib. p. discept. forens. cap. 167. *nu.* 42. Res
enim integra tunc non dicitur, neq; in eo statu,
36 in quo rursus ad emissionem sortis possit deue-
niri, cum omnia consumata sint; Et perfectà
acta, quæ reuiuiscere vlterius nequeat, vt pon-
derat *Bimius all. cons.* 361. *sub nu.* 16. *vers. nec po-*
stulatura.
Non igitur admittitur quis ad impugnandum sor-
tis iuditium sub prætextu erroris in iure; tum,
quia non auditur is ætate maior, qui allegat se
37 in iure errasse, secus si in facto *l. error. ff. de iuris,*
38 *& facti ignor. gla. in cap. Ignorantia de reg. iur. in*
6. Socin. Iun. cons. 50. *num.* 21. *lib.* 4. *& Crau. cons.*
188. *no.* 10. Præcipue, quando agitur de lucro fa-
39 ciendo, *Costa de facti scient. Distinct.* 21. *nu.* 5. *&*
6. centur. p. Rota Decis. 375. *nu.* 4. *por.* 5. *in recen-*
tior. Et eo maxime, si talis errasse allegans, esset
Iurisperitus, quia propriam turpitudinem alle-
gare diceretur, quod Iure prohibetur, vt in-
40 quit *Bimius cons.* 305. *num.* 26. *& cons.* 384. *num.*
19. *lib.* 4.
Et omni in casu de huiusmodi errore clare, & per-
spicuis probationibus constare deberet, non au-
tem si dubitatiue, vel ex ambiguis præsumptio-
41 nibus elicceretur *Mugnoz de ratiocinijs cap.* 41.
nu. 3. *& seq. Costa de facti scient. & ignor. Distinct.*
20. *nu.* 11. *cent. p.* & nouissime tradit *Ludouis. De-*
cis. 136. *nu.* 4. *vbi seq. nu.* 5. subijcit non sufficere
42 quod constet de errore, quando interuenit res
iudicata, vel transactio, nisi etiam concurreret
dolus verus.
Et si aliter diceretur, nihil vnquam certum dare-
tur, omniaq; contra ius, bonumq; publicum in
43 incerto iacerent, & nunquam finis litibus, quæ
valde exagitant leges, nouúq; semper litium se-
minarium quotidie sererent, vt inquit Bimius *ci-*
tato cons. 361. *nu.* 6.

SVMMARIA.

Proximus pubertati obligatur ad delicta, & ad contractus nu. 1.
Pupillaris ætas finitur in masculo anno 14. *& in fæmina anno* 12. *nu.* 2.
Proximus pubertati is dicitur, qui annum decimum cum dimidio excedit nu. 3. *ratio affertur contraria nu.* 22. *quia proximus pubertati dicitur is, qui per sex menses distat à pubertate nu.* 14. *&* 19.
Doli capax it dicitur, qui est proximus pubertati nu. 5. *&* 10.
Doli capax potest deierare, & ex periurio teneri num. 6. *&* 7.
Iurata promissio valet tàm si iurans sit pubes, quàm pupillus nu. 8. 9. *&* 10.
Pupillus doli capax fuit reputatus à Parlamento Franciæ ætatis annorum decem cum dimidio, qui pateram argenteam furto subtraxeret, & idcirco confessus cum auctoritate curatoris, dati fuit damnatus nu. 13.
Statuto iubente quem esse proximum alieni ætati, intelligitur per sex menses nu. 15. *&* 14. *& hoc procedit tàm in criminalibus, quàm in ciuilibus nu.* 18.
Ius vnum per aliud suppletur nu. 16.
Legum dispositiones trahuntur de similibus ad similia num. 17.
Iuramentum impuberis non tenetur indistinctè nu. 20. *&* 21.
Proximus pubertati vt quis dicatur, remittitur Iudicis arbitrio nu. 23. *&* 26.
Puer annorum nouem damnatus, quia signum æneum furto subtraxit nu. 24.
Pupilli damnati ob sacrilegium per iocum commissum num. 25.
Iuramentum Impuberis illum non obligat nu. 27. 28. *&* 29.
In Iuramento tres comites requiruntur, scilicet Iustitia, veritas, & Iudicium nu. 30. *&* 31. *& defficiente vno ex ijs iuramentum nullum redditur num.* 33.
Pupillus quidquid videt ignorat nu. 32.
Pupillus caret discretione nu. 34.
Pupillus damnatus morte ab Areopagitis, quia coturnicibus oculos eruere solebat, quod pernitiosissima mentis esse videretur nu. 35.
Talionis pæna est, vt oculus pro oculo teneatur nu. 35.
Delinquendi consuetudo in puero dolum, non consilij inocentiam, ostendit no. 36.
Pupillus damnatus ab Athenienfibus vti Sacrilegus, quia furtim subraxerat coronam, quæ à Dea ipsa deciderat num. 36. *quia ex clandestino dolus arguebatur num.* 37.
Pupillus damnatus à Romanis eo quia cædem Domini non prodiderat ciui, & silentium præstitisset num. 38.
Pupillus annorum decem capitaliter damnatus à Senatu Paris, quia ex insidijs occiderat puellam, & absconderat occisam, ne cædes argui posset nu. 39. *quia eo casu malitia dicitur superare ætatem num.* 40. *&* 41.
Contrarium voluit Fara. *vt tantum procedat in pubere num.* 42.
Pupillus, & furiosus equiparantur num. 43. *Idem in ebrijs num.* 44.
Athenienses ob Religionem nec furiosis, nec ebrijs parcere solebant num. 45.
Athenienses capitis pæna affecerant Atarbem, qui Sacrum passerem Esculapij ad necem vsque verberauerat num. 46.
Furiosus satis ipso furore punitur num. 47.
Ciceronis sententia pro Religione circa insanos n. 48.
Furiosus damnatus in Gallia, eo quia SS. Eucharestiã Sacro amanibus Sacerdotis eripuit. num. 49. *Fu-*

rori pareitar in hoc Dominio Mediolani num. 50.

Alexadri Tadini Fisici collegiatl mentio honorifica d. num. 50.

Mulier impertitiffima, & radis damnata à Senat a Parisiensi, eo quia oblata sibi Eucharestia clam manu extraxerat, & postea bumi deicerat, vt alio referaaret num. 51.

Eucharistiam Sanctiss. non licet domi reseruare, vt permittebatur in primitiua Ecclesia num. 52.

Pupillus liberos habere aequit ex commaai cursu naturæ num. 53. *contrarium tamen sæpissimè accidit num.* 54.

Salomon, & Acaz Reges ætatis annorum decem, vel vndecim, filios genuerant num. 55. *alia plura exempla num.* 56. 57. 58. 59. 60.

Carne molles bene apti mente sunt, & citias sciunt, & intelligunt num. 61.

Romani in Lombardia, Normandia tales sunt num. 62. *qui generat in pupillari ætate non dicitur doli capax, vt Furiosus num.* 64. 65.

Proximus pubertati, quando verè dicatur Pupillus, & doli capax.

CAP. CCLI.



Iscrepantia non leuis vertitur inter Doctores circa tempus, quo Pupillus dicitur proximus Pubertati, vel doli capax, quo casu eius promissiones tenere, & ad delicti pænam adstringi

1 cōcluditur per *glos. in cap. p. de delictis puerorum.* Et quia Infantia finitur completo septennio, Prout pupillaris ætas respectu masculorum ter-

2 minatur exacto decimo quarto anno; in fæminis vero duodecimo, quo tempore quis fit pubes *Instit. quibus modis tutel. finitur in princip. & Instit. de nuptijs in princip. & ibi glos. in verbo puberes, atq; probat Corn. de absol. forens. iur. lib. 4. casu 7. num.* 14. Statuerunt interpretes, vt proximus pubertati is dicatur, qui decimum an-

3 num cum dimidio excedit, & nouem cum dimidio respectu fœminæ; Ab eo vero tempore, siue ætate, infra, Infantili ætati proximus quis

4 dicitur; Cum tempus illud sit medium inter infantilem, & pupillarem ætatem, & tunc doli capacem dici eum, qui est proximus pubertati,

5 quia in eo cadit delictum, vt habetur *in l. Impuberem ff. de falsi. & l. Impuberem ff. de furtis, & scribit Abb. in cons.* 39. dicens impuberem doli capacem posse deierare, & ex per iurio te-

6 neri *cap. p. de delictis puerorum*, cuius respectu, sicuti peccando, & per iurando potest se obli-

7 gare Diabolo, ità Deo, quam sententiam tenet *Hostiens. in cap. cum contingat de Iure iur.*

Hanc opinionem comprobat idem *Abb. in cons.* 108. *Incip. Illud in effectu lib.* 2. vbi firmat hanc conclusionem, quod respectu obligationis iura-

8 mentalis nō est differentia inter puberem, & pupillum doli capacem, ea recensitā ratione, quod sicuti vterq; obligatur ex periurio *d. cap. p. de delictis puerorum*, Ita vterq; obligatur ex

9 iuramento, cum ista sint correlatiua, vt inquit ibidem Abb.

Pro hac sententia facit *glos. in cap. paruali* 22. *qa.* 5. Prout confert *tex. in l. fi. in fine ff. de liberā caus. Et in cap. ex litteris il secundo iuncta glos. de sponsal.* vbi iuramentum obligat pupillum doli ca-

10 pacem in contractu sponsalium, in quo agitur de maxima obligatione.

Quam conclusionem sequitur *Quinti l. Mandosia in tr. de ætate minorum cap. 4. num. 44. & ante eum tenet Bart. in d. Auth. Sacramenta puberum C. si aduers. vend.* asserens pupillum dici doli capa-

11 cem, vbi annum decimum cum dimidio ille excedit, Et quam opinionem amplectitur *Fran. Marchas decis. 812. num. 4. lib. 2. ex glos. in §. furiosus, vers. Pupillus, Instit. de inutil. Stipul. & in d. l. pupillum ff. de reg. iur.* Qui auctor nu-

12 3. testatur ità fuisse Iudicatum per Parlamentum de quadam puella annorum decem, vel circa, quæ sub prætextu petendi elemosinam, ingressa fuerat in domum, & ibi pateram argenteam furata fuerat, atq; illam deinde vendiderat Aurifici, Quia dato eidem curatore,

13 de illius licentia, & auctoritate fassa est furtum, & tanquam doli capacem de furto teneri Iudicauit Parlamentum *per all. cap. p. de delictis puerorum, & l. Impuberum ff. de furtis facit tex. in l. excipiuntur ff. ad Silan. & probat Dec. in l. pupillum num. 3. ff. de reg. iur.*

De ÆQVITATE tamen quis proximus pubertati

14 non dicitur nec doli capax, nisi per sex menses ante pubertatem *glos. in cap. continebatur in verbo proxima de sponf. Impub. quam glos. ibi Abb.* dicit esse bene notandum pro statuto requirente quem esse proximum alicui ætati; Vt intelli-

15 gatur, vbi quis distans est ab ea ætate per sex menses, Pro qua opinione facit *l. non tantum ff. de excus. tut.* quæ probat, quod distans per sex menses dicitur prope illam ætatem; Facit etiam *cap. attestationes de sponf. Impub. & tenet Innocent. in d. cap. continebatur*; licet enim d. lex non tantum loquatur de excusatione non admittendi tutorē, si pupillus prædictus prope pubertatem sit, Itaut semestre tantum supersit; Cum

16 de Iure cautum habeamus vnum ius per aliud suppleri, & intelligi debere *l. Vnica C. de iaff. donat. & cap. cum expediat de Elect. in 6.* atq; in his terminis probat *Corn. de absol. for. iur. par. 4. casu 7. sub num. 18. vers. Prædicta ergo.* Conferunt etiam per nos tradita supra *in cap. p. num.* 35.

17 *lib. p.* dum probamus legum dispositiones trahi de similibus ad similia ex rationis identitate, cui conclusioni additur *Fanuc. tr. de Inuent. diuers. qu. 140. sub nu. 30. circa medium pag.* 347.

Quam opinionem procedere indistinctè volunt

18 scribentes tam in ciuilibus, quam in criminalibus *Bal. & Roma. in l. excipiantur ff. ad Sillam Idem Bal. in l. properandam §. fin autem C. de Iudic. Corn. cons. 147. num. 25. lib. p. Ias. in eis. Auth.*

Auth. Sacram. pub. num. 15. C. si aduersus vend. & Mandos. d. tr. de atate min. cap. 4. num. 35. Ample Igneus in l. p. §. Impubes num. 10. cum seq. ff. ad Senatus consul. Sillam.

Et hanc sententiam ÆQVIOREM, & tutiorem
19 esse, & idcirco amplectendam probat Corneus d. tr. de absol. for. iuram. recit. casu 7. num. 18. par. 4. tum plur. seq. per tex. in praal. cap. continebatur in vers. si vero fuerit atati proxima, & ibi glos. & in cap. attestationes, vbi glos. in verbo circa finem de dispens. impub. & d. l. non tantum ff. de excus. tut. in quibus hac opinio fortius probatur.

Attenta præsertim Auctor. glos. in cit. Auth. Sacramenta puberum, Qua habetur iuramentum
20 impuberis indistinctè, & simpliciter non tenere; Quam opinionem communem pariter esse ad-
21 mittit Viu. in com. opin. vers. minores opin. 180. lib. 2. Quamuis eam ipse non sequatur, vt inquit Corneus sub d. num. 18.

Præterea iura in contrarium allegata non aperiūt præcisè in quoto ætatis impubertatis anno talis dicatur pubertati proximus; sed eam proximitatem desumunt, quia ab anno decimo cum
22 dimidio in masculis proximior quis est pubertati, quam infantiæ, vt declarat Dec. in d. l. pupillum sub num. p. ff. de reg. iur. Quæ ratio arbitratu meo non videtur vera, vt idcirco doli quis capax dicatur ab ea ætate in antea, Quo-
23 niam hoc Iudicis arbitrio relinquitur, habita ratione qualitatis personæ illius conditionis, & actus gesti, quibus præsumitur, an sit doli capax, nec ne, l. p. ff. de iure delib. & scribit Anton. de Butrio in cap. attestationes de spons. impub. & Abb. in all. cap. continebatur eodem tit. quos sequitur Dec. in l. pupillum num. p. in fine ff. de reg. Iur. Corn. citato casu 7. sub num. 18. vers. & quod id à iure, & amplè probat Menoch. de arbitr. casu 57. num. 44. cum seq. plur.

Quibus consideratis qualitatibus, & circonstantijs,
24 dum puer Theaganus annorum nouem à ludo rediret Domum, Dei cuiusdam æneum signum quod positum erat in foro venustate illius adductus, loco dimouisset, & humeris impositum parentibus attulisset, eo facto multitudo Thesiorum puerum ad supplicium postulabat, & cum alij magis ira, & impetu, quam iuditio, alij per ambitionem, vt seueritate religiosiores viderentur, puerum condemnarent, Postea in cuiusdam annis grauis, atq; animi maturi senis sententiam discessisse, qui puerum liberabat, & statuam suæ sedi, nec quicquam aliud restitui iusserat; Neq; enim videri eum doli capacem, qui nondum decimum annum atigisset, inquit Pe. Ærodius lib. 9. rerum Iud. tit. de poenl. cap. 10.

Qui auctor seq. cap. 11. agit de alio facto, dum ali-
25 qui pueri Caphyenses luderent circa templum Dianæ, funiculo, quem casu nacti erant, Statuā Dianæ, obligato collo media via trahent, canentes bonam Deam strangulari; quo nomine pueros Sacrilegij damnant, & lapidibus obruunt damnatos; sed ob hanc immanitatem calamitas eos inuasit, vt feminæ Caphyentium passim abortum facerent, neque ante ederent perfectos patū, quam oraculi iussu pueros illim sepelirent, atq; essent anniuersaria Sacra in eorum memoriam, & honorem instituta nominatim, quod insontes occidissent; Hanc tamen conclusionem declarat Io. Franc. Fara. de essentia infantis cap. 8. & 9. posito in Tom. 8. par. 2. tr. fol. 392. ad quem remittitur lector, concludendo in cap. 10. nu. 3. & 4. quod quando quis
26 dicatur proximus pubertati, vel infantiæ, relinquitur Iudicis arbitrio.

Vtrum autem iuramentum ab impubere præstitum valeat, & illum obliget, si pubertati proximus erat lite, examinat Corn. saepe citato casu
27 7. & negatiuam sustinet partem fundatam in alleg. Auth. Sacram. puber. d num. 18. vsq; ad finem, & in l. Impuberem ff. ad legem Corn. de fals. vbi Paulus I. C. nulla illius ætatis distinctione facta, simpliciter, & indistinctè censet impu-
28 berem doli minime capacem esse, ac proinde illo titulo non teneri; cum maxime iuramentum in pueris minoribus annorum quatuordecim à
29 Sacris Canon. reprobetur in cap. pueri, & in cap. honestum 22. qu. 5.

Ad maiestatem enim, & honestatem iuramenti, & ad Dei reuerentiam in iuramento potissimū
30 tres illi comites requiruntur, scilicet Iustitia, veritas, & Iuditium, iuxta illud Hier. 4. Iurabit
31 viuit Dominus in veritate, Iuditio, & Iustitia de quo in cap. animaduertendum 22. qu. p. Quoniam vero per iuramentum Deus, qui Summa veritas, Summaq; Iustitia est, in testimonium adducitur, necessarium est ad eius reuerentiam, vt ipso iuranti adsit Iustitia, scilicet, vt quod iustum est, iuret, veritas scilicet, vt vere intelligat adimplere quod iurat, atq; item Iuditium, vt scilicet non temere, sed prudenter, ac maturo, rectoq; animi Iuditio iuret, vt tradit Diuus Thomas lib. 2. qu. 89. art. 3. quem sequitur Sotus de Iust. & iure lib. 8. qu. p. art. 3. Quas qualitates minime concurrere in pupillo palam est, cū
32 quidquid videt, ignorat Pupillus all. l. p. §. impuberes C. de falsa moneta, neq; habeat velle, aut nolle l. si infanti C. de iure delib. Canalc. de tutore num. 63. vnaq; ex ijs deficientibus qualitatibus
33 irritū redditur iuramentum, vt probat Corn. d. tr. de absol. forens. iuram. in Prælud. 4. num. p. & 2. & in cit. casu 7. sub num. 20. post medium
34 & num. 2. Et discretione carere pupillum habetur in cap. ex eo, & ibi glos. in verbo discretione de electione in 6. Merito itaq; animæ iurantis consulitur, si impuberes, siue pupilli à iuramento arceantur, illorumq; obligationes irritæ habeantur.

Ne autem alia plura omittantur exempla damnationum sequutarum contra pueros impuberes, inspecta qualitate facti, personæ, & conditio-
35 nis, His moti Areopagitæ puerum capite damnarant, eo quia coturnicei eruerit oculos, idq; agentem sæpe multi deprehendissent; Et si

pro

pro reo excusatio ætatis afferebatur, atq; in delictis puerorum pro innocentia imprudentiam esse diceretur. Deinde, vbi pænam mereretur, Inhumanum esse brutorum animantium mortẽ morte hominis compensari; Postremo, & si talione ageretur, oculos eripi posse, non vitam; Areopagitis nihilominus visum est, mortem mæreri puerum, qui pernitiosissimæ mentis esse signa dederat, peioribus malis operam daturus, si adoleuisset, vt inquit *Pe. Ærodius lib. 3. rerum Ind. tit. ad legem aquil. cap. 2. in fine.*

Hac vero attenta consuetudine delinquendi Impuberis, ex qua dolus, non innocentia consilij
36 elicitur, seuerius in Impuberes agitur, vt inquit idem *Ærodius cit. tit. de peculatu cap. 12.* vbi narrat Athenienses damnasse impuberem tanquam Sacrilegum, qui auream laminam, quæ ex corona Dianæ deciderat, furtim subtraxerat.

Quia obseruabatur animus infantis, quod non ex
37 statua detraxisset, sed lapsam contrectasset, & clam (quod pueri non faciunt) abstulisset; Placuit tamen prius experiri, Itaq; Iudices puero proposuerunt crepundia, talos, aliaq; huiusmodi ludrica, & inter ista omnia etiam laminam auream, Is sponte neglectis alijs; Iterum ad aurum manum, atq; animum appulit.

Narrat etiam ibidem Ærodius Trebium Germa-
38 num legatum sumpsisse de Impubere suppliciũ, Qui non multum a pubertate aberat, & qui Domini cædem non prodidisset, Immo & silentium præstitisset.

Prout ex *Martiano lib. 9. de publ. Iudic. exponit ibi-*
39 *dem d. Auctor*, apud Buselerium, Lutetiæ Senatum capite animaduertisse in impuberem decem annorum natum, qui ex insidijs occiderat puellam, & recondiderat occisam, ne cædes argui posset; Quia eo casu malitia dicitur supe-
40 rare ætatem, vt innuit *Mur. Muunt. tr. de pupilli fauorib. tr. p. prope finem vers. Potest etiam & seq. Io. Franc. Fara tr. de essentia Infant. cap. 19. num. 7.* Qui auctor *sub num.* 8. declarat hoc pro-
41 cedere in pubere, non vero in pupillo, secundũ *Castr. in l. qui iurasse num. 5. ff. de Iure iur.* Quamuis hanc conclusionem procedere tantum in
42 pubere contendat *Fara tr. de essentia infantis cap. 19. sub num. 8. vers. Immo aduerte, & vers. vel dato*, vbi conclusionem ipsam in proximo pubertati; & si locum habere contendat idem Ærodius, rigorosam fuisse sententiam affirmat in tam impuberem, & à suplitio vltimo abstinuisse cuperet; Quamuis eo casu doli capacem fuisse puerum dictet qualitas facti, ob quam teneri etiam ad pænam certum est, ad rem *Io. Franc. Fara in tr. de essentia infantis cap. 19. in fine.*

Et quia impubes, & furioriosus æquiparantur *l.*
43 *fulcimus §. plur. ff. ex quibus caus. in possess. eat. & probat Niger. in repet. l. p. num. 133. ff. de verb. oblig.* Ita ut excusatio in delictis, quæ pro impuberibus admittitur, etiam ad furiosos, &
44 ebrios extendatur, cum ad imparia non debeat iudicari, qui parificatur iuribus vulgar.

Notandum insuper est Athenienses Religioni adeo deditos fuisse, vt in hoc crimine nec furo-
45 ri, nec insaniæ parcerent, Sacra omni exceptioni, omni præscriptioni anteuerterent, Ideoq;
46 Atarbem, quod Sacrum passerem Esculapij ad necem vsq; verberauerat, affecisse vltimo suplitio, quamuis id comiserat inuitus, aut potius furore, & insania, factum enim infelicitas excu-
47 sabat, & satis furore ipso puniebatur, vt inquit Imperator *in l. Diuus Marcus ff. de offic. Præsidis,*
48 quo iure vsus est Cicero de Aruspic. resp. sed tanti religionem æstimabant, &c. ne quis ob eã violandam insaniam fingeret, ipsam insaniam punirent, stabiliri seueritate pietatem, inquit Idem *Pe. Erodius dicto tit. de peculatu c. 13.* circa
49 medium, Cuius religionis veneratione, *sub Ludouico XII.* Rege Francorum damnatum fuisse capite quendam, qui Lutetiæ in edicula Sancta licet furiosus, atq; impotens sui, medio Sacro manibus Sacerdotis Eucharistiam Sacratissimam eripuerat, Furori enim, vt plurimum, parcitur in hoc Dominio Mediolani, &
50 præcipue contingit, dum hoc anno 1653. mense Iunij, quidam furiosus nudus intrasset in Metropolitanam Ecclesiam, accesserat ad aram maximam, super qua Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum erat expositum *durante octaua* Festiuitatis Corporis Christi Domini Nostri, illud palam abstulit ab altare, licet statim à Clericis astantibus fuit recuperatum, & traductus furiosus ad Hospitale Magnum, vbi cognito eius furore mediante inditio peritissimi, ac Doctissimi D. Physici Alex. Tadini Decani Collegij DD. Physicorum, fuit ad Hospitale Sancti Vincentij remissus dictus furiosus.

Et ipsomet Erodio Iudice damnatam fuisse narrat
51 loco citato mulierem quandam imperitissimã, & rudem, quæ sibi oblato Corpore Domini, id clam manu retraxisset, deinde ne depræhenderetur, deiecerat humi, non violatura, sed reseruatura alicui, qui id ab ea forte ad maleficium impetrauerat mercede.

Et si enim in primitiua Ecclesia Sanctam hanc Eucharistiam Laici in arca domi reseruabant, vt
52 patet ex Diuo Cypriano *lib. de Lapsis*; id tamen postea vetitum est, neq; palam, & viatici causa conseruauerat hæc mulier, sed latenter, & irreligioso animo.

Et licet secundum communem cursum naturæ in pupillari ætate quis liberos habere non possit,
53 vt inquit *Giouagn. cons. 29. num. 8. lib. p.* probando, quod idem sit disponere per testatorem, quod decedente filio in pupillari ætate, vel decedente sine liberis.

Attamen sæpissime pupillus etiam etatis annorum
54 decem, & filios suscepisse passim habetur in historijs.

Salamon enim, & Acaz Reges ætatis annorum
55 decem, vel vndecim, filios generasse illum scilicet Roboam, hunc vero Ezechiam & ipsos postea Reges testatur Diuus Hieronimus

In

in epistola ad Vitalem. In qua etiam meminit de
quadam muliercula, quæ cum expositum nutri-
56 ret infantem, & instillaret cibos, cubaretq; cum
ea paruulus, qui vsq; ad decimum iam peruene-
rat annum, accidit, vt plus quam pudicitia pa-
titur, se mero ingurgitaret, accensaq; libidine
obscenis motibus ad coitum duceret infantem,
prima ebrietas alterius noctis, & cæterarum
deinceps fecit consuetudinem, nec dum duo
menses fuerant, & ecce fæminæ vterus contu-
muit, de quo facto Io. Andreas *in cap. vlt. de eo
qui cogn. consanguin.* quo in loco dicit Hostiens,
57 idem contigisse puero decem, aut vndecim an-
norum in Castro S. Michaelis Diœcesis Sicar.

Prout refert D. Gregorius in suo dialogo, quod
58 puer annorum nouem suam nutricem grauidã
reddidit, de qua re *glos. in summa* 209. *& ibi*
59 *Archidiac.* Quemadmodum Alber. de Rosate
tradit puellam annorũ nouem peperisse, quem
refert *Tiraq. de legib. connubial. lib. 6. num.* 37.
& aliam puellam annorum nouem concepisse,
60 mox in anno decimo peperisse scribit *Henricus
in cap. primo de sponsal.*

Cæterum citius scire, & intelligere eos, qui ha-
bent corpus bene dispositum tradit *Fara tr. de
essentia infantis cap. 19. num. 7. in fi. vbi sequitur
n. 8. & 9. registr. in lib. 8. tract. par.* 2. suprascripta
cõmemorat exempla; Quia, vt inquit Aristoteles
61 *secundo de animan.* Carne molles bene aptos
mente videmus; Item citius sciunt, & intelli-
gunt, qui habent virtutem imaginatiuam, co-
gitatiuam, & memoratiuam bene dispositam,
vt per *Sanctum Antoninum in summa tit. de act.
intellectus §. 14. tit. de vnione animæ ad corpus §.*
62 2. & tales esse illos, quos Lombardia, Nor-
mandia, & Roma generat, *vt per glos. in l. se-
quitur, in verbo animũ ff. de vsucap. scribit Farra
citato num. 7. in fine*, qui auctor *vers. sed his in-*
63 quit hæc esse de his, quæ raro accidunt, & quas
lex non curat *l. ex his cum l. seq. ff. de legibus*,
subijcendo, quod hæc exempla non probant,
quod sint doli capaces, quia quis potest copula
carnali naturaliter coniungi, & tamen non
64 erit doli capax, vt patet in furiosis, & in bru-
tis, qui naturaliter possunt carnali copula co-
niungi *Institut. de iure nat. gen. & ciu. in prin.* &
tamen non dicuntur doli capaces *l. illud. §. p. ff.*
65 *de iniurijs, & l. sed, & si quaqq. §. p. ff. ad l.
aquiliam.*

SVMMARIA.

Hæres minoris, qui fuit læsus in contractu, restituitur aduersus illum num. 1.

Hæreditas non adita non transmittitur num. 2. *limitatur, vbi adita non fuit ob iustam causam absentiæ num.* 3.

De æquitate hoc procedit num. 4. *Aliud de rigore iuris num.* 5.

Distinguitur inter hæredem extraneum, & suum n. 6.

Ampliatur in hæredibus descendentium erga ascendentes num. 7.

Mater censetur restituta in integrum ob non aditam hæreditatem num. 8.

Hæreditas ascendentium non adita transmittitur n. 9.


Hæres minoris, qui approbauit contractum per illum gestum, non restituitur nu. 10.

Turpitudinem propriam allegare quis prohibetur num. 11.

Hæres minoris partis restituitur aduersus contractum ipsius, quàm ipse defunctus minor num. 12.

Hæres benefitio restitutionis in integrum adire potest hæreditatem non aditam à Defuncto, & sic minime transmissã.

CAP. CCLII.



Æredi minoris competere restitu-
tionem in integrum ex læsione per
minorem passa communiter scri-
bunt, statuentes, quod si minor
læsus fuit in contractu, eius hæres
1 possit restitutionem obtinere aduersus dictum
contractum, de qua re loquitur *Text. in l. quod si
minor §. Scæuola ff. de minor. Rebuff. ad constit. Re-
gni in tit. de restitut. & dilat.* quem sequitur *Gra-
tian. lib. 4. discept. foren. cap. 767. num. 41. &
Oddus de restit. in integr. quæst. 48. num. 31. &
quæst. 50. num. 61. vers. vnde videtur, quod non.*

Si verò minor adhuc læsus non erat tempore, quo
obijt, nec læsio eo tempore completa, vt puta,
si hæreditatem non adiuerat pendente tempo-
re ad deliberandum, dubia valdè videtur quæ-
stio, cum eo casu hæreditas transmissa non fue-
2 rit, tanquam nondum adit, aiuxta dispositionem
*l. quoniam sororem C. de iure deliber. & l. ventre
ff. de acquir. hæred. l. 1. §. in nouissimo C. de ca-
duc. tollend. l. vnica C. de ijs, qui ante Tabul.* &
latè probat *Menoch. cons. p. num. 477. & Gra-
tian. cap. 77. num. 14. & num. 22. lib. 1. & cap.
498. num. 21. lib. 3. Surd. cons. 341. num. 16.
17. & 36.*

Attamen dubium omne amouit Diuus Pius *in l.*
3 *Pantonius ff. de acquirend. hæredit.* Vbi decidit,
quod si hæres impeditus erat in adeundo ob iu-
stam absentiam relictam in tempore restituitur;
Scribentes omnes notant hunc casum tanquam
singularem, vt testatur *Oddus cit. q. 50. sub nu.
61. versic. sed contrarium, & num. 68.* cum plu-
ribus sequentibus.

Huius decisionis rationem esse ÆQVITATEM
4 allegant; alij rigori iuris tribuunt, vt inquit
*Odd. cit. num. 61. Vers. Quæ autem, & num. 67.
vers. tamen est*, distinguendo, quod si iste hæres
est de descendentibus Testatoris, restitutio
5 competit de rigore iuris, si autem de extraneo,
de ÆQVITATE ità constitutum fuit, & ità
DD. communiter intelligunt illum textum in
illis verbis (*& iustum*) sine respectu eius distin-
ctionis, & tradit *Odd. cit. q. 50. num. 62.* Vbi
subijcit

subijcit rationem huius distinctionis eam esse,
6 Quia hæreditas Ascendentium est quasi de-
bita descendentibus, quod non procedit in
extraneis.

Qui *Oddus sequent. num 63.* idem procedere scribit
in hæredibus descendentium erga ascendentes
7 per *tex. in Auth. vt cum de appell. cognosc.* hæc
autem omnia; quamuis ex speciali prouisione
l. si mater. ff. de re iudic. Matri detur restitutio
8 in integrum in filij hæreditate, vt sequitur *Odd.*
num. 64. Prout ex nouo iure Theodosij Impe-
ratoris hæreditas etiam non agnita ascenden-
9 tium transmittitur descendentibus per *tex. in l.*
vnica de his, quæ ante tabul. quo casu non erit
opus alia restitutione, vt inquit *Odd. l. c. nu. 65.*

Limitationem tamen patitur conclusio ipsa; vt
hæres possit restitui ex contractu, in quo minor
10 defunctus læsus fuerat, quando hæres appro-
bauit contractum; quia tunc venire non potest
hæres contra factum defuncti, ab eodem appro-
batum *tex. in l. pater famil.* & ibi *glos. Bart. &*
cæteri ff. de priuileg. credit. Aret. in §. si quis
agens num. 15. Instit. de actionibus. Oddus l. c. q.
48. num. 29. & 30.

Et eo magis, cum propriam turpitudinem allega-
re diceretur hæres, qui læsionem in contractu
11 interuenisse probare vellet, contra ea, quæ in
contrarium affirmauerat, quando contractum
approbauit, id quod lege prohibetur, vt inquit
Corneus consil. 104. lib. 2. quem sequitur *Bimino*
cons. 305. num. 26. & cons. 384. num. 18. & 19.
lib. 4. Parcius enim restituitur hæres, quam ipso
12 defunctus minor *l. quod minor §. prien. in fine*
ff. de minoribus.

SVMMARIA.

Sententia debet esse conformis libello num. 1. & 2. Limitatur num 5. quando iudicatur sola veritate inspecta num. 6.

Fatuus dicitur Iudex, qui condemnat præter petitum num. 4.

Litis contestatio necessaria est, vt valeat sententia num. 5.

Princeps non tenetur seruare ordinem Iudicij nu. 6. 7.

Princeps iudicat secundum veritatem num. 8. Idem delegatus à Principe num. 9. & 10.

In Criminalibus Iudicijs Iudex iudicat etiam super eo, quod non fuit petitum, quia necessaria non est libelli conclusio num. 10. 11. & 14.

In ciuilibus Iudicijs ius fundatum est in partis petitione num. 12.

Libelli forma attenditur in ciuilibus causis num. 13.

Adulterij nomen generale est, & comprehendit etiam stuprum, incestum, & alia carnis delicta num. 15.

Honoraria mentio Senator. Bragberij num. 17.

Decisio Senatus Mediolani continens declarationes etiam super non petitis, sed in causa probatis d. num. 17.

Consensu partium valet sententia alias inualida n. 18.

In diuisorijs Iudicijs valet sententia non conformis libello num. 19.

In diuisionibus potest Iudex assignare vni proprietatem, alio vero vsufructum bonorum num. 20.

In actione quanti minoris *potest Iudex condemnare ad redibendum num. 21.*

Sententia continens restitutionem rei valet, etiam si fuit tantum petita restitutio possessionis num. 22.

Sententia ex causa necessitatis valet, etiam si contraria libello num. 23.

Nihil quod est continetur in sententia quanti mino*ris num. 24.*

Qui non currit, dicitur minus currere, quàm is, qui currit num. 25. & 26.

In iudicio continetur id, quod ex natura rei, & aptitudine actionis venit num. 27.

Petitio damni emendandi, actione legis Aquiliæ *continet etiam condemnationem ad duplum n. 28. quia patitur extensio ad connexa, relatiua, correspectiua, & procedentia ex eodem fonte num. 29. & accessoria num. 30. 31.*

In iudicijs spiritualibus animæ periculum concernentibus fertur sententia secundum facti veritatem num. 32.

Emergentia de nouo mutant priorem statum num. 33.

Delegatus Principis cum facultate decidendi sola facti veritate inspecta, potest cogere partes ad concordiam num. 34.

Nullitas actus sine solemnitatibus non necessarijs in contractu, non annullat actum principalem nu. 35.

Quando aliquid de necessitate non requiritur, si illud ineptè interueniat, non annullat actum num 36. & 37.

Auctoritate propria qui potest ingredi possessionem. Eò fortius ex Iudicis auctoritate id agere potest parte non citata num. 38.

Senatus Excellentiss. Mediolani, & quodlibet aliud Supremum Tribunal, facultatem habens iudicandi, sola facti veritate inspecta, Iudicat etiam super non petitis, sed probatis in causa.

CAP. CCLIII.



Egulare est, quod sententia de-
1 bet esse conformis libello, idest
petitioni, iuxta *tex. in l. fin. C. de*
fideicom. libert. l. vt fundus ff.
Comm. diuid. Bart. in l. vinum
num. 14. ff. si certum petat. & ibi
Ias. cum plurib. seqq. C. qualiter, & quando il 2.
de accusat. Abb. in c. cum super col. 2. vers. ex
glos. de accus. Adeò quod, si aliquid petitū non
fuit in libello, iudicari super illud non potest,
quia hoc pacto discordaret sententia a petitio-
ne, id quod non admittitur in iure, iuxta citatas
2 decisiones; Hinc scripserunt DD. fatuum Iu-
dicem, qui condemnat in alio, quàm sit peti-
tum, per *tex. in d. l. fin. C. de fideicom. libert.*

Ratio

Ratio est quia hoc pacto sententia lata esset su-
3 per eo, de quo nō fuit cōtestata lis, sed sententia
lata sine litis contestatione nihil valet *tex. in l.*
perlata, etiam ibi in spetie declarat *Bart. C. de*
sentent. & seq. Ias. in d. l. sub num. 23. vers. & ra-
tio huius. Ergo nulla dicitur sententia ipsa.
Insuper sententia lata pro maiori summa petita,
4 in totum nulla est, quamuis excessus sit modicus
Castrens. in l. si non sortem §. si centum num. 2. &
ibi Ias. num. 1. ff. de condit. indeb. Rota diuers. de-
cis. 221. num. 1. part. 2. Alex. in l. vltim. in glos.
fin. ff. de iurisd. omni iud. Natta cons. 631. num.
37. Puteus decis. 323. lib. p. & post eos amplè
probat *Gratian. discep. forens. lib. 3. cap. 408.*
num. 1. Quanto magis ergo nulla erit sententia
lata super eo, quod non fuit petitum?
De ÆQVITATE tamen contrarium seruatur co-
5 ram Supræmis Tribunalibus, quæ sola facti ve-
ritate inspecta iudicare possunt; quia cum Prin-
cipis auctoritatē exerceant, cognoscunt tantum
facti veritate inspecta; & super non petitis, de
6 quibus constat in actis, iudicare validè possunt:
Vt potè Summum Pontificem, Imperatorem,
& alios Principes supræmos probat *Specul. in*
tit. de actionib. & petit. §. superest vers. sed. num
quis eum vers. seq. 10. Andr. in c. mandatum de
rescrip. Bart. in l. Emilius ff. de minor. & post alios
multos probat *Ias. in d. l. vinum num. 34. ff. si*
cert. petat. vbi Addit. allegat. c. petitio ff. de ac-
cusat. & Felin. in c. in causis col. 3. versic. simili-
ter, dicit Bald. de re iudic. Gramat. decis. 103.
num. 1. & seq. Socin. cons. 146. col. 7. lib. 1. Ro-
land. cons. 53. lib. 2. Mysing. obseruat. 44. centur.
12. Menoch. de arbitrar. q. 31. num. 5. & ante
eum *Brun. in tit. de Principe num. 69. & 74.*
Princeps enim non tenetur seruare ordinem Iudi-
7 ciarium, & valet sententia lata à Principe sinè
ordine Iudiciario *tex. in c. ad petitionē de accusat.*
quem notat *Bald.* pro singulari *in c. 2. de nou.*
for. fi. quia tenetur Princeps iudicare secundum
8 veritatem, vt inquit *Bart. in cit. l. Emilius*, quem
sequitur *Ruginell. practic. q. q. cap. 1. num. 22.*
vers. quartum, vt Princeps.
Quam conclusionem procedere etiam in Iudice,
vel Delegato habente facultatem iudicandi
9 sola facti veritate inspecta probat *Ias. in allegat.*
l. Vinum sub num. 24. in fin. ff. si cert. petat. & in
l. certi conditio §. si nummos eod. tit. Vbi eam
clausulam *sola facti veritate attenta*, amplissimè
explicat. *Rugin. l. c. n. 3. & seqq.*
Et quam conclusionem locum tantum habere in
causis Ciuilibus, non autem in Criminalibus
10 scribit *Ias. l. c. num. 24. in fin.* Quia in Crimina-
libus Iudex iudicat super id, quod non fuit peti-
tum in accusatione, neq; in Criminalibus neces-
11 saria est conclusio libelli actoris, vt in Ciuilibus
Bald. in l. quid ergo §. pœna grauior in 2. solut. vers.
venio ad tertiam glos. ff. de infam. E contra verò
12 in Ciuilibus causis ius fundatum est in partis
13 petitione, & idcircò attenditur forma libelli,
& secundum petitionem fieri debet sententia,
Bald. in l. & si seuerior in 3. opposit. C. de infam.
quem sequitur *Ias. l. c. num. 25. in fin.* qui *Bald.*
in l. si ea C. de adult. dicit, quod si aliquis in li-
14 bello accusat quem de adulterio, postea pro-
bet stuprum, valet sententia lata super stupro,
15 quia nomen adulterij generale est, vt inquit
Ias. l. c. num. 26. amplissimè, & num. 36. vers.
illa regula, Hanc sententiam probat *Ruginel.*
pract. q. q. cap. 2. 147. cum seqq. plurib. conclu-
dendo, quod Iudex habens auctoritatem deci-
dendi sola facti veritate inspecta potest ferre
sententiam ex causa probata, sed non in libello
deducta, & ex causis etiam sibi notis, maximè
verò si fuit à partibus disputatum id, quod pro-
batum fuit, & non fuerat in libello petitum,
Afflic. decis. 95. tit. fin. Valasc. de iure emphyt.
q. 6. num. 16. in fin. & post alios multos per eum
relatos probat *Ruginel. cit. cap. 1. num. 153.*
Et secundum hanc conclusionem principalem
censuit Senat. Excellentiss. mense Septembris
1653. referente For Amplis. Senat. Bragherio fa-
16 uore D. Plinij Odescalchi contra hæredes q.
Amplis. Senat. Arias petendo dotis partem ma-
tris eius nuptæ 2. loco eodem D. Arias contra
quem actorem excipiebatur expensa alimento-
rum, factis probationibus resultauit d. D. Arias
habuisse iocalia d. eius vxoris non exigui valo-
ris, qua stante probatione, & si in libellis nō fue-
rint petita iocalia, nihilominus Senat. Excell.
facti veritate inspecta iuxta supremam auctori-
17 tatem sibi datam ex disposit: *Nouar. Constitut.*
in tit. di Senatorib. condemnauit hæredes ad re-
stitutionem illius partis iocalium, quæ iuxta
portionem dotis spectabat filijs primi matri-
monij.
Vlterius locum non habet regula prædicta, quod
sententia debet esse conformis libello de par-
tium consensu, nam partibus cōsentientibus po-
test Iudex ferre sententiam super aliud, quam
18 fuit petitum, vt probat *Alex. in ead. l. vinum*
vers. si conuenerit cum ibi notat. per *Bart. ff. de re*
iudic.
Quemadmodum locum non habere locum regu-
lam ipsam in iudicijs diuersorijs scribit *Ias. cit. l.*
nu. 27. in quibus iudicijs diuersorijs licet in libel-
19 lo petatur bonorum diuisio; tamen Iudex po-
test ferre sententiam libello non conformem, &
hoc propter commoditatem partium, assignan-
do vni omnia bona, & eum condemnando,
quod soluat æstimationem partis socio, *§. fin.*
cum simil. Institu. de officio Iudi. prout assignare
potest Iudex vni proprietatem omnium rerum,
20 alio vero vsufructum *l. 5. vbi Flor. ff. de vsufruc.*
Ias. l. c. nu. 28.
Item locum non habet regula, quando emptor
ageret in libello actione, *quanto minoris*, quia
tunc Iudex potest condemnare venditorem ad
redhibendum, & sic redhibitoria, & contrarium
21 in alio, quam petitum fuit *text. est in l. bonam §.*
aliquando ff. de edil. edic. & notat glos. in cap. li-
cet beli de Simon. Ias. d. l. vinum nu. 28.
Prout pariter non procedit regula ipsa, quando
in libello petita fuit restitutio possessionis, &

22 sententia continet rem restituendam esse,
quoniam & si possessio petita fuerit; Attamen
valet sententia *Bald. in addit. ad specul. in tit. de
restit. spoliat. circa princ. in versic. si peto restit.*

Denique locum non habet regula ipsa, quando
23 condemnatio fit ex causa necessitatis *Bart. in l.
stipulationes non diuiduntur in quæst. 5. in fin. & in
l. si seruum §. 2. ff. de verb. obligat. glos. in l. fin. ff.
quæ sententia sine appell. rescind. Bald. in l. fin. C. de
fideicom. libert.* quos sequitur *Iason. loc. alleg. nu.
23. in fin. & nu. 28.* Vbi etiam tradit in *vers. ne-
cessarium* est, quod agendo, *quanti minoris*, sub
24 illo termino *minoris*, continetur etiam illud,
quod nihil est, *Text. in l. Illud §. minus ff. de tribut.*
per quem testam. inquit *Guliel. de cuneo, & Al-
ber. de Rosate* decisam fuisse illam quæstionem
de facto inter duos socios, dum conuenerant,
quod qui minus curreret ex eis, solueret cænam
societati, & dum essent in loco currendi, vnus
25 currit, alius non, qui prætendebat non teneri
26 ad solutionem cænæ ea ratione, quod, qui non
currit, dicitur minus currere.

Obseruandum etiam est, quod sententia lata super
eo, quod non est petitum, valet vbi venit illud
in Iudicio ex natura, & aptitudine actionis, eo
27 quia illud dicitur tacitè in esse in petitione,
vnde si egit quis contra alium in actione legis
Aquiliæ, & simpliciter petijt damnum emenda-
ri, potest fieri condemnatio ad duplum non pe-
titum in libello, eo quia duplum venit tacitè
28 ex natura actionis legis *Aquiliæ*, quod probat
Bald. in l. contra negantem per illum *Text. in 3.
opposit. C. l. gem Aquil.* quem sequitur *Ias. in cit. l.
vinum nu. 30. ff. si cert. petat. nu. vero 32.* ampliat
conclusionẽ in connexis, correlatiuis, corrispon-
29 dentibus, & procedentibus ex eodem fonte ex
Bald. in l. penul. C. de sentent.

Qui auctor sub *eod. nu. 30 vers. Decimo prædicta au-
tem*, tradit falentiam dictæ Regulæ, quando
saltem adest tacita, vel implicita, vt expensa-
30 rum condemnationem, & similium, quoniam
sub indefinita petitione includitur non solum
causa principalis, sed etiam accessoria, vt sunt
31 expensæ. Ideò tunc valet sententia condem-
natoria super expensis, licet alias non sint ex-
pressè petitæ in libello, *Bald. in l. properandum §.
sin autem alterutra C. de iudic.* vbi adducit *Innoc.*
ita sentire in *C. sæpè de appell.*

Fallit etiam regula in causa matrimonij tam
carnalis, quam spiritualis, vel in alijs contracti-
32 bus ob periculum animæ, quia in istis secundũ
veritatem fertur sententia, licet non conformis
petitioni *Cardin. Florent. in element. sæpè §. 1. in
2. opposit. de verb. signif.* quem sequitur *Ias. l. c. nu.*
33 *31.* qui in *seq. nu.* limitat etiam regulam, quan-
do aliquid di nouo emergit per *l. ediles §. item
sciendum ff. de edil. edic.* iuxta regulam, *rebus sic
stantibus, non autem ijs mutatis*, de qua in *l. quod
seruius* vbi *Ias. nu 8. ff. de vendit. causa data Tira-
quel. in repet. l. si vnquam in præfat. nu. 16. C. de
reuocand. donat.* & post multos alios per eum
citatos tradit *Menoch. consil. 34. nu. 10.*

Præterea Iudex, siuè delegatus a Principe cum fa-
cultate procedendi, & decidendi *sola facti veri-
tate inspecta*, potest cogere partes ad concor-
34 diam, si videat veritatem elicere non posse,
*Auth. si quis verò C. de edind. & c. causa quæ in
verbo concordia de Testib. & c. querela de Simon.
Felin. in c. canonum sub nu. 51. vers. & si d. cot. Ro-
man. cons. 224. & 327. Bart. in l. furti ff. de his qui
notat. infam.* & post eos probat *Ruginell. practic.
q. q. cap. 1. nu. 118.*

Non omittitur discussio illius difficultatis à DD.
permota, num in casibus, in quibus libellus ne-
cessarius non est, vt in causis summarijs, si ille
ineptus producatur, sententia superinde lata
nulla, & inualida sit, & omissis superfluis con-
cludit *Ias. in cit. l. vinum num. 33. cum sequentibus*
sententiam validam esse per *glos. ibidem*, quam
ponderat *Bald. in l. & si siue in penult. col. C. ad
Trebel. & in l. 1. col. 2. C. de re iud. c. Abb. in c. bone
el 2. in vlti notab. de elect.* Quam conclusionem
firmat. Primò ex regula, quod quando aliquid
non requiritur de necessitate, si illud interueniat
36 etiam ineptè, non vitiat contractum, *Text. est
in l. 1. C. de rei vxor. action.* Secundò eam corro-
horat *ex glos. singul. in § multis*, siuè potius *in §.
secundum verò in verb. in transitu. Instit. de liber-
tis*, per quam disponitur, quod quando actus
potest expediri sine sententia Iudicis, & si fiat
37 in præsentia, & maius solemniter, per hoc non
vitiatur actus, quam *glos.* magni facit *Bald. in l.
consentaneum col. 5. C. quomodo & quando. & in l.
2. col 3. C. de iure emphit. & in c. 1. §. si quis vero
de pact. iuram. firmat. in vsib. feud.* quem sequitur
Ias. l. c. nu. 33.

Idem dicitur de eo, qui propria auctoritate ingre-
di poterat possessionem vigore pacti, vel ex di-
38 spositione Testatoris, iuxta *l. creditores C. de pi-
gnor.* & tamen Iudicem adiuit, & petijt licentiã
absque partis citatione, non idcircò dicitur
actus vitiatus, vt inquit *Bald.* & sequitur *Ias. l. c.
sub nu. 33. versic. pono quod ego*, vbi alia *nu. se-
quenti* deduxit fundamenta pro corroboratione
firmatæ conclusionis.

SVMMARIA.

Hæreditas locuples præsumitur nu. 1.

*Hæres confecto inuentario tenetur tantum pro viribus
hæreditarij versus creditores defuncti nu. 2.*

*Hæres cum beneficio inuentarij dicitur approbare fa-
ctum defuncti pro ea tantùm parte ad ipsum per-
uenta nu. 3.*

*Hæredis inuentarium non prodest fideicommissario
absq; illius cessione, nu. 4. & 7. contrarium probat
Alex. nu. 5. distinguendo, vt prima opinio sit vera
in agendo, secunda in excipiend nu. 8.*

*Hæredis inuentarium prodest omnibus num. 9. 10.
& 11.*

*Decretum Senatus Cataloniæ in ea materia num. 12.
& 13.*

*Hæres minor restituitur aduersus aditam hæreditatem
oblastonem nu. 14.*

Inuen-

Inuentarium cessat, vbi hæreditas est certa consistens in certa quantitate nu. 15. Decretum Senatus Cataloniæ in ea re nu. 16.

Hæres sine inuentarij beneficio censetur adeundo hæreditatem consentire dispositioni defuncti nu. 18.

Inuentarij beneficium prohibetur Mediolani nu. 19.

Creditoribus, & legatarijs hypotecata sunt bona defuncti nu. 20.

Hæreditatis aditione confunduntur bona hæredis, & defuncti num. 36. & dicuntur patrimonia hæredis nu. 21. & nu. 37.

Separationis beneficium competit creditoribus defuncti nu. 22.

Bonis defuncti, & hæredis confusis, fit locus anterioritati nu. 23.

Separatione non facta creditores hæredis dicuntur sequuti fidem hæredis nu. 24.

Hæredis bona in multis casibus obligata non sunt pro defuncti debitis num. 25. Præsertim, si hæredis factum non interuenit nu. 26. vel defunctus in specie non obligauit bona hæredis nu. 27.

Hæres adeundo quasi contrahere dicitur cum creditoribus defuncti nu. 28. 29. & 30.

Hæres adeundo dicitur verè contrahere cum creditoribus nu. 31. 34. & 35.

Hæres tenetur soluere de proprio debita hæreditatis, si vsufructus alio legatus inutilis redderetur nu. 32. & nu. 41.

Hæres adeundo dicitur obligari ex proprio facto n. 33.

Hæredis bona commixta, & confusa cum bonis defuncti obligata dicuntur versus creditores defuncti n. 38. quo casu fit graduatio inter creditores n. 39. & 40.

Distinctio inter actionem personalem, & hypothecariam contra hæredem, refellitur nu. 42.

Hypothecæ datur aliquando pro illis legatis, pro quibus competit actio personalis nu. 43. & 44.

Personali actioni accedit hypothecaria nu. 47. Auctoris Iudicium in ea materia nu. 48.

Obligatio generalis bonorum facta per Testatorem non comprehendit bona hæredis nu. 49.

Hæreditas non comprehendit bona donata hæredi per Testatorem antè testamentum nu. 50.

Donatarius hæres postea institutus pro consecutione Trebellianicæ, vel alterius commodi, non potest relinquere titulum donationis nu. 51.

Inuentarium à tertio confectum, in quibus casibus prosit hæredi, & super eo fundare se possit hæres, qui inuentarij confectionem omisit.

CAP. CCLIV.

INuentarium quantum prosit hæredibus notissimum est, cum iure communi inspecto hæres nõ confecto inuentario teneatur versus creditores defuncti, quia lex præsumit hæredita-
1 tem locupletem §. *sancimus in Auth. de hæred. & Falcid.* & probat *Natta cons. 238. nu. 9. Bart. Decis. 64. num. 53.* Si verò inuentarium confecerit
2 hæres, tunc tenetur tantùm pro viribus hæreditarijs versus creditores defuncti, & dicitur approbare factum defuncti pro ea tantùm quantitate, quæ in hæreditate reperitur, & ad illum
3 peruenit, & non vltra *Molin. de Primog. Hispan. lib. 4. cap. 1. nu. 24. Petra de fideicom. q. 14. nu. 327. Vincent. de Franchis decis. 153. nu. 26. Valasc. cons. 69. nu. 12. & 13. Barz. decis. 42. nu. 2.*

An autem inuentarium à tertio confectum, veluti ab vxore defuncti pro cautione eius dotium, prosit hæredi, ita vt pro iuribus hæreditarijs tantùm teneatur, dubia res est.

Tres enim DD. opiniones in hac difficultate reperiuntur, quarum prima à *Bert. proponitur in l. scimus §. fin. & in l. in ratione §. quod vulga. nu. 9. ff. ad leg. falcid.* quam multi alij sequuntur, affirmantes inuentarium hæredis non prodesse
4 fideicommissario absque illius cessione; quamuis contraria sententia, quod imò prosit absq; cessione, tenet *Alex. in l. centurio num. 38. ff. de*
5 *vulg. & pupill.* Secunda sententia fuit *Bald. in Auth. sed cum Testator nu. 9. C. ad leg. falcid.* quasi distinguentis inter duas contrarias opiniones, &
6 prior vera sit in agendo, quod scilicet inuentarium vnius non prosit alteri ad agendum absq; cessione, ex eo quod, quæ hæres habet ex sua prouisione, non videantur posse in fideicommis-
7 sarium transire, nisi cedantur *l. si hæres pecunia ff. ad Trebell.* multo minus id posse videtur in alio tertio, qui inuentarium confecisset. Tertia
8 verò opinio affirmans procedere quo ad excipiendum, quo casu prodesse poterit hæredi inuentarium ab alio confectum, cum in iure excipiendi non requiratur cessio *l. rescriptum § fin. ff. de pactis.*

Verior tamen, & æquior est secunda opinio affirmans, quod inuentarium vnius alteri prodest
9 ad effectum, de quo quæritur, nulla habita distinctione, an hæres ageret, vel exciperet, idque ea potenti ratione, quam tradit *Bald. in d. l. scimus §. & si probata nu. 3. & in l. filium num. 38. C. famil. Hercisc.* Quia inuentarium est semper ius
10 excipiendi, an teneatur hæres vltra vires hæreditarias, in iure autem excipiendi non requiritur cessio, vt dictum est.

Pro hac sententia conferunt tradita per *Cravet. cons. 897. per totum, Michel. Graff. de success. pars. 2. articulus Inuentarium q. 4. num. 13. Monticula de inuentario memb. 5. nu. 66.* & probat passim *Fachin. lib. 6. controuer. iur. cap. 31. Io. Gutier. tract. de Tutor. & Curat. p. 2. cap. 1. num. 49. cum plurimis seqq. & Munq. tract. de ratiocin. administrat. cap. 9. num. 20.*

Quam sententiam ÆQVITATEM habere, ne sumptus inuentarij toties conficiendi hæredita-
11 tem minuat, tradit *Fontanel. de pactis nuptial. claus. 4. glos. 5. sub num. 44. vers. in hoc opinionum conflictu, in verbo hac nostra opinio,* vbi to-
12 statur ità declarasse illum Senatum die 8. Iulij 1604. in quodam casu, quo vxor defuncti inuen-

tarium fecerat de bonis viri pro ſuis iuribus,
ſuper quo inuentario ſe fundabat hæres, qui in-
uentarium omiſerat, decernendo non teneri
13 hæredem verſus Creditores hæreditarios, niſi
quatenus bona hæreditaria ſufficerent, & hanc
ſententiam ſequitur *Cancer. lib. 3. variar. reſolut. cap. 2. de Inuentar. num. 106. cum. plurib. ſeqq.*
Sed vbi hæres eſſet minor 25. annorum, nec in-
uentarium feciſſet, tunc reſtituitur in integrum
aduerſus omiſſionem inuentarij, ſi læſus rema-
neret ex huiuſmodi omiſſione, & indè læſionem
probat, videlicet quod hæreditas non eſt ſol-
14 uendo, probat *Guidopapa deciſ. 141. & deciſ. 473. num. 4. & deciſ. 571. num. 1.* quam ſenten-
tiam ſequitur *Nannic. de reſtit. in integr. cap. 129. & Caldas in l. ſi Curatorem habens in verb. læſis nu. 54. C. de in integr. reſtit. per text. in Auth. de hæred. & falcid. §. fin. verſ. pupillis Bart. deciſ. 64. num. 51. verſ. nec de petita, quos ſequitur Fontanel. d. tract. de pactis nuptial. clauſ. 4. gloſ. 5. num. 45. Oddus de reſtit. in integr. q. 89. ſub num. 51. verſ. ſed contra eſt veritas, vbi infinitos refert.*
Vbi tamen hæreditas eſt certa, vt puta, ſi quis do-
15 naſſet omnia bona ſua, reſeruata ſibi facultate
diſponendi de aureis mille, vel centum, tunc
opus non eſſet inuentario; & hæres non tene-
retur, niſi pro iuribus hæreditarijs, ac ſi inuen-
tarium confeciſſet; Eo enim caſu præſcriptio
legis circa hæredem, vt ſcilicet ſubtraxerit,
ſurripuerit, aut occultauerit res hæreditarias,
dum fingit lex hæreditatem eſſe locupletem,
tex. in §. ſancimus in Auth. de hæred. & falcid. Natta conſ. 238. num. 9. Surd. deciſ. 316. num. 7.
& in ſpecie probat idem *Fontanel. l. relat. ſub n. 47. verſ. hanc opinionem*, qui teſtatur ità cenſuiſ-
16 ſe Senatum Catal. die 2. Octobr. 1598. decer-
nendo hæredem matris, cuius hæreditas conſi-
ſtebat in ſola dote, per eam viro conſtituta, poſ-
ſe detrahere falcidiam non obſtante, quod In-
uentarium de hæreditate minimè feciſſet hæres
attento, quod patrimonium defunctæ certum
17 erat, de quo decreto *Cancer. lib. 3. variar. reſolut. cap. 2. de inuentar. num. 114.* Quam hære-
ditatem certam non dici ſcribit *Fontanel. cit. gloſ. 5. ſub num. 56.* ſi donans ſibi reſeruaſſet vſu-
fructum, vel bona acquirenda, vel facultatem
diſponendi de ſumma ſibi benè viſa, non expreſ-
ſa certa quantitate.
Quæ concluſio non procederet in donatario po-
ſtea hæredu inſtituto a donante, qui & nomina-
tim grauetur in bonis donatis, iſque adiuerit hę-
reditatem ſinè beneficio inuentarij, ſiuè ſine
eo, tenebitur ſemper defuncti voluntatem
18 adimplere, & adeundo cenſetur conſentire
huiuſmodi diſpoſitioni *Pariſ.* plenè *conſ. 1. lib. 3. Curtiuſ. Iun. conſ. 54. Peregrin. de fideicom. ar. 6. num. 27. & art. 44. num. 32. cum ſeqq.* & poſt
eos latè probat *Fontanel. cit. gloſ. 5. nu. 28. 30. & 47. in fin.*
Omittenda non eſt egregia quæſtio in foro fre-
quentata, & ſatis intricata, dum hæres adiuit
hæreditatem, vel non confecto inuentario, vel
eo à Statutis prohibito, vt hic Mediolani, vbi
ex *Statuto 272. lib. 1.* prohibetur beneficium
19 inuentarij; Quo caſu hæres tenetur vltra vires
hæreditarias, & conſequenter ex proprijs bo-
nis verſus creditores, & defuncti legatario, iux-
ta *text. in l. fin. §. & ſi præfatam C. de iur. deliber.* iuncta *gloſ. in verbo Periculo, de qua re Pariſ. conſ. 33. col. penul. Rod. tract. de inuent. diuerſ. quæſt. 14. num. 2.* Quibus creditoribus, & lega-
20 tarijs hypotecata bona defuncti cauetur per
tex. in §. 1. In Auth. de iur. iur. à mor. præſt. & l. hæredem ff. de regu. iuris, & tradit *Surd. deciſ. 310. num. 2. & Theſaur. q q. famil. 55. ſub num. 20. lib. 3.*
Adita enim hæreditate confunduntur defuncti
bona, vt hæredis patrimonium, & ſic hæredis
bona omnia eſſe dicuntur, non facta ſeparatio-
21 ne *l. debitor. C. de pact. & l. ſtatium §. editio ff. de ſolut.* & amplè tradit *Surd. cit. deciſ. 310. num. 10.*
Eo ipſo igitur, quod hæres adiuit hæreditatem nō
confecto inuentario, bona propria obligaſſe
22 creditoribus defuncti palam eſt, quibus credi-
toribus competebat beneficium ſeparationis,
ne ad bona defuncti agere valerent creditores
hæredis *l. 1. ff. de ſeparat.* de qua re amplè actum
fuit ſupra *in cap. 197. num. 2. cum ſeqq.* Quo caſu
anterior creditor tam defuncti, quam hæredis
præfertur poſterioribus in quibuſcunque bonis
hæredis, vt probat *Theſaur. lan. q. q. famil. 55. ſub nu. 6. lib. 3.* quem ſequitur *D. Senator Bellon. tract. de his quæ in cont n. fiunt cap. 104. num. 3. & 5. lib. 2.* & dictum fuit in *d. cap. 197. num. 20. cum ſeqq. & num. 37.* Ea ratione, quod non
facta ſeparatione omnes dicuntur hæredis cre-
ditores, & illius fidem ſequi, id quod per-
ſpicuum fit, quando præ defuncti pignus ab hæ-
24 rede accepit, vel vſuras ab eodem exegit, vt
habetur *in l. 1. §. cæterum, & §. ſi quis pignus ff. de ſeparat.*
Huic tamen concluſioni obſtare videtur *text. in l. Paulus ff. de pignor.* per quam deciditur hæredis
bona non affici hypotheca pro debito defuncti,
neq; obligationem legalem contra defunctum
25 contineri *Aff. ie. deciſ. 200. Surd deciſ. 315. nu. 4. cum ſequent. & Vincent. de Fran. h. deciſ. 53.*
Verum putarem hoc procedere, quando hæredis
factum non interuenit, ideſt aditio ſine benefi-
26 cio inuentarij, vt explicat *Coſtà de ratiocin. rata q. 18. num. 10. & q. 45. num. 13.* Præterquod
diſpoſitio *d. l. Paulus* diuerſimodè limitatur, &
primò, quando defunctus in ſpecie obligauit
27 bona hæredis; vt tradit *Bald. in l. Aſſiduis num. 13. ff. qui potior. in pignor. hab.* Secundò, quan-
do hæres adiuit ſine beneficio inuentarij, vel ſe-
paratio bonorum non fuit facta, conferunt quæ
ſcripſimus ſupra *in cit. cap. 197. lib. 2.* Quia
28 adeundo hæres, quaſi contraxiſſe dicitur cum
creditoribus defuncti, & conſequenter propria
bona hypothecaſſe verſus eoſdem creditores
text. eſt ad literam in l. apud Iulianum §. fin. ff. ex

quib.

quib. cauſis in poſſeſſ. eatur, §. hæc Inſtit. de obli-
gat. quæ ex quaſi contract. & l. ex maleficijs §. hæ-
res ff. de act. & obligat. Corn. conſ. 97. num. 5. lib.
2. Maranta in repet. l. is poteſt. num. 150. ff. de
acquir. hæred. Bart. Roſſul. in repet. l. nemo poteſt.
num. 169. ff. de legat. 1. latiſſimè Barbat. omni-
no videndus in repet. rubric. C. qui admitti n. 156.
adducens concluſionis rationem; quod ſcilicet
29 defunctus per hæredem ſuum contrahere vide-
tur, dum præbet cauſam aditionis per gloſ. in l.
qui cum alio ff. de regul. iur. quam allegat Bald.
in c. præſertim de probat. & per gloſ. in l. hic con-
ſequenter §. ſed cum nocumentū ff. famil. Erciſc.
dicentem, quod inter hæredem, & teſtatorem
30 oritur quaſi contractus, idem Barbatia in rubric.
de teſtam. in decret.
Quinimo adeundo hæres ſine beneficio inuentarij
dicitur verè contrahere cum creditoribus de-
31 functi, & conuenitur ex eodem inſtrumento ce-
lebrato cum defuncto, quod approbaſſe adeun-
do, atq; hypotecam contraxiſſe, & bona
propria obligaſſe, dicitur, vt probatur Bart. in
l. de co ff. de iudic. Bald. in l. Mutuum §. 1. ff. de
acquir. hæred. Curt. Iun. conſ. 120. num. 7. Cor-
nin conſ. 176 col. 2. Dec. in l. qui cum alio num.
7. ff. de regul. iur. Surd. ſepiuſ. citat. deciſ. 310.
num. 3. & conſil. 425. num. 29. & conſ. 143. nu.
9. Peregrin. de fideicomſ. art. 33. num. 9. Marca
de clauſ. 42. gloſ. 4. ſub nu. 2. verſ. & eſt in tract.
de clauſ. & Gratian. diſcept. forenſ. cap. 981. nu.
16. & 27.
Aliam tradit limitationem ad d. l. Paulus, Ale-
xander Trentacinq. var. reſol. lib. 1. cit. de pecul.
reſol. 6. num. 6. Concludendo, quod hæredis
bona hypotecata ſunt verſus creditores de-
32 functi, quando relictus fuit vſufructus tertio, ſi
ille redderetur inutilis quotieſcunq; ſolueret de-
bita defuncti; Tunc enim ex veriſimili mente
defuncti Teſtatoris tenetur hæres de ſuo ſoluere
33 debita hæreditaria, ne inutilis remaneat vſu-
fructus poſt Caſtren. & Fulgoſ. in l. fin. §. ſin au-
tem C. de bonis, quæ liber. & poſt Crottam conſ.
67. num. 44. conferunt tradita per Bottum in
conſ. 6. num. 3. & 10. Menoch. conſ. 89. num.
165. cum ſeq. affirmando, quod huiuſmodi hæ-
res videtur promiſiſſe eam ſummam per text. in
l. vlt. C. de iur. delib. cum hæres teneatur imme-
34 diatè ex obligationibus ſui inuentarij in ipſum
translatis, vt ſubijcit idem Menoch. in fin.
Eo etenim caſu obligatio cum hypoteca contra-
cta dicitur in bonis hæredis facto eiuſdem, dum
35 ſinè beneficio inuentarij hæreditatem adiuit,
& quaſi contraxit, quippè verè contraxiſſe
dicitur cum creditoribus defuncti iuribus dedu-
ctis, quibus additur Biminc conſ. 276. num. 30.
citans Rotam deciſ. 72. num. 4. p. 2. quam ità iu-
dicare ſolere teſtatur Hodierna ad Surd. deciſ.
315. num. 5. & 6. & Coſta de portio. rata q. 45.
ſub num. 13.
Prætereà notum eſt ex aditione hæreditatis non
confecto inuentario reſultare confuſionem, &
comixtionem bonorum, & iurium defuncti,
36 atq; hæredis l. debitori C. de pact. l. eleganter, &
l. ſi rem la 2. ff. de pignor. act. & latiſſimè tradit
Munticula de inuentar. diuerſ. q. 134. num. 1673.
37 cum vnicum patrimonium hæredis factum ſit,
tex. in d. l. debitor C. de pact. l. Statium §. aditio
ff. de ſalut. l. ſed ſi plures §. filio ff. de vulg. & pu-
pill. l. 1. §. prætereà ff. de ſeparat. & l. 1. §. Vete-
res ff. de acquirend. poſſeſſ. Roma. conſ. 40. nu. 2.
dicens poſt aditam hæreditatem appellari pa-
trimonium hæredis adeuntis d. l. ſed ſi plures §.
ſed ſi filio ff. de vulg. & pupil. & poſt alios pro-
bat Surd. cit. deciſ. 310. num. 10. & Monticula
alleg. q. 134. num. 106. & 149. cum ſeq. Theſaur.
Iun. d. q. famil. 55. num. 3. in fin. & ſub num. 10.
verſ. alq verò lib. 3. ſequitur ergo, quod bona
hæredis vti comixta, & confuſa cum bonis de-
38 functi, obligata neceſſario dicantur creditori-
bus defuncti, ac ſi proprium debitum ipſius hæ-
redis eſſet.
Quo caſu graduatio creditorū tàm hæredis, quàm
defuncti, fieri debet habita ratione tēporis, cum
39 omnes dicantur creditores hæredis iuxta l. ſi eo
iure, & l. potior ff. qui pot. in pignor. hab. Theſaurus
alleg. q. 55. num. 23. lib. 2. conferunt tradita
per Senat. Bellon. cit. cap. 104. nu. 3. & 5. lib. 2.
concludendo, quod concurrentibus creditori-
bus hypotecarijs, tàm defuncti, quàm hæredis
40 ad bona hæredis, præferuntur creditores ante-
riores, vt dixi ſupra in cap. 111. num. 22. 23.
& in cap. 197. num. 15. cum. ſeqq. lib. 2. & ità
cenſuiſſe Senatum fauore D. Romæ teſtatur
D. Senat. Bellon. l. c.
Hanc cōcluſionem expreſsè probans Gratian. alleg.
cap. 981. num. 15. in fin. & in num. 16. ſcribit
hæredem ſine beneficio inuentarij teneri pro
debito hæreditario ſoluere etiam de proprio,
41 quam ſententiam complectitur Fontanella de
pactis nuptial. clauſ. 4. gloſ. 5. num. 56. in fin.
affirmando, quod hæres ſine beneficio inuen-
tarij tenetur etiam de proprijs bonis verſus de-
functi creditores.
Ex quibus ſublata videtur ea diſtinctio, quam non-
nulli ex ſcribentibus conſtituunt inter actionem
perſonalem, & hypotecariam, primam ſcilicet
competere creditoribus defuncti contra hære-
42 dem; ſecundam vero iiſdem creditoribus con-
tra bona defuncti, data namq; confuſione
actionum, iurium, & bonorum per aditionem
hæreditatis, cuius reſpectu vnicum patrimo-
nium hæredis eſſe conſtat iuribus allegatis ſu-
pra, ceſſat omnino deducta diſtinctio, locumq;
habet firmata concluſio, vt creditores hæredis,
& defuncti iuxta ordinē temporis præferantur.
Aduertendum etiam eſt, quod hypoteca aliquan-
do datur pro illis legatis, pro quibus competit
43 perſonalis actio, vel tantum Iudicis officium,
iuxta Tex. in l. 1. C. communia de legat. & ſcilicet
Couarun. in C. Ranutius §. 10. num. 2. de teſtam. &
probat Surd. de alim. tit. 3. q. 4. nu. 2. cum ſeq. vſq;
ad 10. quos ſequitur Gratian. lib. 3. diſcep. forenſ.
cap. 542. nu. 37. Additq; Surd. nu. 15. quod ſi hæ-
res poteſt compelli, eodem modo res poteſt di-
44 ſtrin-

44 stringi *l. hereditas §. 1. ff. de petit. hered. & l. de*
pollicitatione in fin. ff. de pollicit.

Hanc sententiam comprobat *Fontanel. de pact.*
nuptial. cit. claus. 4. glo. 5. num 35. concludendo,
quod hæres adeundo hæreditatem dicitur se
obligare actione personali, cui accedit hypote-
45 caria per *l. 1. in fin. ff. de pignor. act. Barzius de-*
cis. 64. nu. 43. & Surd. decis. 93. nu. 9. quam con-
clusionem etiam sequitur *Gian. cons. 68. nu. 13.*
& 14. lib. 1. tradens, quod hypotecaria compe-
tit pro eodem debito, pro quo datur personalis,
46 quippè super personali fundari hypoteca-
riam scribit, cum illi sit accessoria hypotecaria
in tantum, vt sublata personali actione corruat
& hypotecaria *l. si res hypotecata ff. de pignor.*
Bacr. decis. 335. in princ. & cessanto personali
actione cessare etiam intelligitur hypotecaria
47 *l. si in solutum eum ibi not. C. de aut. & obligat.*
glos. in l. si pignori ff. famil. ercisc. Bart. in l. in here-
dem ff. mandati, quos sequitur *Gian. cit. cons.*
68. nu. 15. lib. 1.

Et ita respondi superioribus mensibus pro fratri-
bus Vulpijs in causa contradictionum factarum
quibusdam bonis ad cridas positis, & proprijs
48 hæredibus cōtendentibus creditoribus hæredis
se preferri, vti habentibus hypotecata bona he-
redis, quæ non esse hypotecata creditoribus de-
functi supponebant, & cum contrarium verius
esset, ita etiam iudicatum fuisse mihi suppo-
nitur.

Cæterum generalis obligatio bonorum facta per
49 Testatorem, non compræhendit bona hæredis
l. Paulus ff. de pignor. & ibi *Bart. & Ang.* & docet
Surd. decis. 315. nu. 4. dicens ita fuisse per Senat.
Mantuanum decisum, nisi expressè bona hære-
dis etiam obligasset, & cum tali qualitate hære-
ditatem adiuisset hæres *Bald. in l. Assiduis nu. 5.*
versic. quod autem, *& ibi Arg. C. qui potior. in*
pign. hab. Afflict. decis. 200. nu. 1. & 3. Surd. alleg.
decis. 315. num. 10. Francb. Decis. 33. num. 7. & 11.
Fontanel. clau. 5. nu. 5. & seq.

Si verò Testator antè conditum testamentum dono-
nasset aliqua bona ei, quem postea hæredem in-
stituit, seu scripsit, neq; mentionem aliquam fe-
cit de bonis donatis, ea ab hæreditate exclusa
esse indubitatum est, neq; subiacere oneribus
50 hæreditarijs censuit Senat. Cataloniæ, vt te-
statur *Cancer. variar. resol. lib. 3. cap. 3. de priuileg.*
nu. 297. quem sequitur *Fontanel. in allegat. glos. 5.*
sub nu. 55.

Qui donatarius pro conseruatione Trebellianicæ,
vel alterius commodi, non potest relinquere ti-
tulum donationis, & se iuuare titulo successio-
51 nis, vt probat *Fontan. cit. glos. 5. sub nu. 57.* præ-
sertim *vers. possit inquam,* & innuit *Surd. decis.*
144. nu. 22. & 23. & ita declaratum fuisse per il-
lum Senatum subijcit *d. num. 57. Fontanel propè*
finem.

SVMMARIA.

Morte Iudicis bannientis dicitur bannum extinctum nu. 1. & 3. & 8.
Contrarium verius nu. 4. 5. 10. Distinguitur num. 24. & 25.
Sententia æquiparatur vltima voluntati nu. 2.
Precarium concessum censetur ad libitum concedentis nu. 5.
Voluntas morte extinguitur nu. 6. & 9.
Reuocare differt à cessante voluntate nu. 7. & 27.
Iudicis dispositio, vel se refert ad personam, vel ad officium, siuè dignitatem nu. 11. & 12.
Sententia est stricti iuris, & idcirco proprio significatui stari debet nu. 14. limitatur in pænalibus nu. 15.
Odiosa non dicitur materia, in qua agitur de puniendis delictis nu. 16. & 17. Contrarium in aliquibus casibus nu. 18. 19.
Gabellarum statuta strictè sunt intelligenda, tanquam odiosa nu. 19.
Mandatum extinguitur morte, etiam ignorante mandatario nu. 21. 22. Limitatur in mandato fauore libertatis nu. 23.
Morte extinguitur commissio nu. 26.
Concessio Summi Pontificis, vel Iudicis ad beneplacitum, non expirat morte concedentis nu. 28.
Delegatio non expirat morte delegantis Principis nu. 29. & 30.
Declaratur procedere conclusio, quando delegans moritur re integra, secus si re non integra nu. 32. contrarium verius est.
Citatione parti transmissa per Delegatum, res integra vlterius non dicitur nu. 32.
Morte delegati extinguitur delegatio, si ea fuit facta intuitu personæ, secus, si intuitu dignitatis nu. 33. & 34.
Delegati si plures sint, & vnus moritur, alij explere nequeunt nu. 35. quia cōmissio dicitur expirata per mortem vnius ex Delegatis nu. 36.
Arbitri si plures sint, idem procedit mortuo vno num. 37.
Idem in executoribus testamentarijs nu. 38. & 39.

Beneplacitum bannientis, an eius morte reuocatum censeatur, vel noua successoris declaratio requiratur. CAP. CCLV.



SEpè Iudices ordinarij, siuè delegati
ponunt in banno delinquentes, cum
clausula, *donec reuocauerint.* Hæsi-
tant hinc scribentes, an morte Iudicis,
siuè iudicantis, non facta alia declara-
tione, resolutum dicatur bannum ipsum, vel
potius adhuc duret post Iudicis mortem. *Bart.*
in l. centesimis §. si ita stipulatus ff. de verb.
1 *obligat. ver. quisque* tenet, quod per mortem
Iudicis bannientis bannum nunquam videtur,
quod sit sublatum per tex. *in l. vxorem §. pe-*
nult. ff. de legat. 3. Supponit enim *Bart.* quod
Iudex intelligitur bannire, donec ipse vixe-
2 rit, æquiparando sententiam vltimæ volun-
tati *l. non est mirum ff. de pignor. act. & l. si ita*
fuerint

fuerit liberatus in fin. ff. de manumiss. testam. hoc
idem tradit *Bald. in l. post dotem col. penult. &*
ibi Angel. ff. solut. matrim. dicens, quod si lega-
tus de latere ponit aliquem ad confinia, quam-
3 diu reuocauerit, & moritur, eius morte confi-
nia intelliguntur reuocata *Alex. in d.l. post dotē*
num. 10. vers. ex edictis infert ff. solut. matrim.
Contrariam sententiam, & sic contra *Bart.* & se-
quaces, quod scilicet morte Iudicis bannientis
4 tale bannum non intelligatur reuocatum, nec
finitum, tenent *Angel. Cornens, & Alex. in eadem*
l. centesimis §. si ità stipulatus ff. de verb. obligat.
& Bald. in l. fin. in 6. q. C. de contrab. empt. & ibi
Salicet. in 10. q. & idem *Bald. in §. hæc autem in*
proæm. ff. ed. & post eos comprobat *Ias. in d. §. si*
ità stipulatus num. 14. quam sententiam sequun-
tur plures alij relati per *Brunoram à Sole q. 28.*
num. 3. & seq. affirmando hanc sententiam, &
conclusionem, esse communem contra *Bart.*
Pro qua sententia adducitur ea ratio, quod sicuti
confessio præcarij intelligitur facta donec per
5 Dominum reuocetur *l. 1. ff de præcar. l. quæsi-*
tum §. 1. & l. cum præcario §. 1. ff. eod. Ias. in d.
§. si ità stipulatus num. 14. vers. sed aduerte, ità
eadem ratione bannum ad beneplacitum non
dicitur reuocatum per mortem Iudicis.
Et si enim per mortem extinguitur voluntas *l. 4.*
6 *ff. locat. c. si gratiosè de rescrip. in 6. Castren. in*
l. Laicus ff. de donat. Abb. in c. vlt. de procur. Tamē
7 non inducitur reuocatio, quia aliud est reuoca-
re, quod requirit contrariam voluntatem pri-
mæ, aliud est voluntatem cessare, prout distin-
guit *Bart. l. c. sub num. 9. vers. Hicq. enim.*
Benignior, & ÆQVIOR videtur sententia *Bart.*
8 vt scilicet bannum extinctum censeatur morte
9 bannientis, quia cessat voluntas pro parte
Iudicis *l. 4. ff. locat. & l. mandatum C. mandati,*
& §. si adhuc Instit. mandati: Attamen contraria
sententia verior, & communior dicitur, vt post
10 alios probat *Brunor à sole cit. q. 28. sub num. 7.*
vers. nihilominus.
Præterea pro clariori dilucidatione quæstionis
obseruanda sunt verba Iudicis bannientis, vel
enim se referunt ad voluntatem personæ ipsius
11 Iudicis; vel ad dignitatis officium, idest Præ-
turæ, vel similium magistratuum. Et primo
casu per mortem Iudicis locum habere poterit
12 sententia *Bart.* secus verò, si ad dignitatem, siue
Magistratum erant directa verba banni; quia
tunc, cum dignitas non mereatur, bannum non
13 terminatur morte personæ *l. annua §. 1. ff. de*
annu. legat. & l. proponebat ff. de iudic. c. gratio-
sa de rescript. lib. 1. & probat *Bart. in d. §. si ità*
stipulatus, sub num. 9. vers. ed prædicta vera ff.
de verbor. obligat. Quia cum sententia sit stricti
iuris, in dubio stari debet proprio significatui
14 illius, & verborum eius, vt habetur in *l. Iulia-*
nus ff. de condit. indeb. & in l. 1. & 2. C. si plures.
vn. sent. Quam conclusionem limitari in senten-
tijs pænalibus, in quibus benigniorem inter-
prætationem fieri debere, etiam contra pro-
prium significatum verborum, adhoc, vt pęnæ
15 moliantur, scribit *Bart. l. c.* per *l. si brases;*
l. interpratationem ff. de pænis; Quam senten-
tiam in dubijs tantum locum habere probat
Brun. rel. q. 28. num. 12.
Qui Auctor *sub num. 13.* tradit, quod quando agi-
tur de delictis puniendis, licet materia videatur
16 pænalis, non tamen est odiosa, immò fauora-
bilis, & extendenda; non autem restringenda,
17 ne delicta impunita remaneant contra disposi-
tionem *l. si ità stipulatus ff. ad leg. Aquil.* Qua-
18 muis contrariam sententiam, vt restringenda
sit pænalis dispositio, etiam in materia gabella-
19 rum, quæ pro victu Principis, & pro admini-
stranda iustitia fuerant impositæ, probat *Dec.*
cons. 457. num. 8. & sequitur *Surd. decis. 305.*
num. 15. Rimin. Iun. cons. 72. num. 34. Roland.
cons. 42. num. 25. lib. 3. & post eos tradit *Gra-*
tian. lib. 1. discept. forens. cap. 17. num. 20. qui
num. 22. & seq. strictè esse interprætanda statu-
ta gabellarum concludit, præcipuè idem *Gra-*
tian. in cap. 814. num. 13. lib. 4. & in cap. 912.
num. 13. lib. 5.
Idem dicitur de mandato, quod licet morte man-
20 dantis regulariter finiatur *l. inter. causas ff.*
21 *mandati l. mandatum C. eod. titul.* etiam man-
22 datario *l. si procedente l. si mandassem ff. manda-*
ti, & l. eius qui §. quas verò ff. si certum petat;
ac l. mandatū C. mandati. Limitatur tamē cōclusio
23 in mādato fauore libertatis, cuius respectu spe-
cialiter durat mandatum, etiam post mortem
mandātis *tex. in l. 4. ff. de manumiss. vindic.* &
probat *Brunor. allegat. q. 28. sub num. 7. in fin.*
vers. sed aduerte.
Distinguit nihilominus *Brun. d. l. num. 14.* princi-
palem quæstionem dicens, quod aliquando
24 clausula posita per Iudicem bannientem sonat
in actum positiuum nouæ voluntatis, sicut illa,
donec dixero reuocandum, quæ sonat in actum
25 positiuum nouæ voluntatis *tex. in d. §. si ità*
stipulatus; quoniam non expirat tunc morte
superueniente bannientis; & sic re non integra;
mors enim non inducit positionem nouę volun-
tatis, in quo casu erat limitata extinctio actus;
Aliquando verò ponitur actus, seù clausula
sonans in actum perseuerantiæ antiquæ volun-
26 tatis, & tunc, quia illa non durat, post mortem
expirat commissio, & effectus limitatus per il-
lam clausulam, & sic procedit dispositio *alleg. c.*
si gratiosè; Aliud enim est reuocare, aliud verò
27 cessare voluntatem *Ias. in d. §. si ità stipulatus*
vers. extra glosam, & tradit *Brunor cit. qu. 28.*
num. 16.
Et si Iudex, vel Summus Pontifex aliquid statuisset
ad beneplacitum, non expirat morte statuentis,
28 quod tamen à successore reuocari posset per
regul. c. decet de regul. iur. in 6.
Per quam conclusionem sublata dicitur omnis
quæstio excitata, an delegatio expiret morte
29 Delegantis, quandoquidem negatiuam partem
communiter defendunt scribentes, nempè non
esse extinctam delegationem per mortem De-
legantis, si à Principe Delegatio facta fuit, neq

rex

text. in c. ſi Delegatus de offic. deleg. in. 6. Bart. in
l. morte col. vlt. ff. de iuriſd. omn. indic. Conclu-
ſioniſq; rationem reddit ibidem *Bart.* quia ea
eſt benignior interpretatio, vt duret delegatio,
& morte Delegantis nō extinguatur *Brun. all. q.*
28. num. 6. & 7. vbi adducit etiam *tex. in c. ma-*
iores de Baptiſ. & in l. Ambiguitatem C. de vſufr.
qui auctor aliam etiam adducit rationem pro
corroboratione concluſionis, quod ſcilicet me-
lius eſt hunc Iudicem delegatum perſeuerare,
30 quàm nouo, & incognito cauſam delegare *l.*
Prætor §. fin. ff. de vacat. muner. argu. C. monaſte-
rijs 19. q. 3. & c. p. de renunciat.
Contrariam tamen ſententiam veriorem eſſe con-
cludit *Bart. cit. l. more maiorem. num. 18. verſ.*
quaro morte, vbi Caſtrenſ. num. 15. verſ. in textu,
Iacobin. de S. Gregor. & poſt infinitos per eum
relatos ampliſſime probat *Rendina in eius prom-*
tuario. tit. de Iudice delegato num. 59.
Diſtinguit tamen *Proſdocimus de comitibus in tract.*
de different. inter ius Ciuile, & Canonicum num.
31 *14. lib. 1. tract.* inter delegatum morientem re
integra, vel poſtquam delegatus cœpit exequi
commiſſionem; quoniam primò caſu expirare
32 delegationem morte Delegantis. Secundò
verò caſu per ſolam citationem parti tranſmiſ-
ſam à delegato rem non dici integram ſuppo-
nit, & ſic morte Delegantis non extingui dele-
gationem per *l. & quia, vbi gloſ. ff. de iuriſd.*
omn. indic. & c. gratum, ac c. licet de offic. delegat.
atq; c. ſignificauit. de reſcript. de qua materia
multa tetigit *Coſta trac. de re integra diſtinct. 96.*
num. 12. cum pluribus ſeqq.
Si verò moriatur delegatus, qui Præturam, vel
alium Magiſtratum exercebat, hæſitant ſcri-
bentes, an delegatio extincta dicatur, vel po-
tius ad Succeſſorem in Magiſtratu ſit translata:
33 In qua quæſtione pariter diſtinguit: An ſcilicet
expreſſum fuerit in delegatione nomen pro-
prium delegati ante appellationem dignitatis,
ſiuè Magiſtratus; & tunc perſonalem videri
commiſſionem, neq; ad Succeſſorem tranſire
ſcribit *Imol. in c. quoniam Abbaſ. num. 25. de*
offic. deleg. Bellamera deciſ. 29. circa finem,
Alex. conſ. 175. perſpectis iuribus num. 22. lib. 5.
poſt *Bart. in l. ſi communis ſeruus la 2. num. 2. ff.*
de ſtipulat. ſeru. & gloſ. in l. cum ità datur libertas
§. 1. in verbo hæredi Titio ff. de condit. & demon-
ſtrat. Iaſ. in d. l. more maiorum num. 61. verſ.
tertio limita. vbi *Dec. num. 55.* qui idem confir-
mat in *c. quoniam Abbaſ. num. 5. Menoch. conſ.*
34. num. 20. quos ſequitur *Rendina d. titul. ſupr.*
34 *num. 13.* Secundò vero caſu ad Succeſſorem in
Magiſtratu translatam eſſe delegationem cer-
tum eſt.
Inſuper, ſi plures ſunt delegati, & vnus moritur,
alij explere nequeunt contenta in delegatione;
35 quia commiſſio expirat per mortem vnius ex
delegatis *l. duo ex mortis ff. de re indic. & c. vno*
delegatorum de offic. delegat. niſi delegatio con-
tineret, vt maior pars delegatorum poſſet pro-
cedere, & definire, aut in ſolidum procedere;
nam qui iuriſdictionem non habent, in ſolidum;
36 ſimul; & complexè debent iudicare *c. pruden-*
tiam de offic. delegat. & l. ſi vni, vbi Bart. in 4.
quaſt. de re indic. Curt. Iunio. conſ. 79. num. 1.
Hanc ſententiam probat *Menoch. conſ. 240. nu.*
1. cum ſeqq. & Bimius conſ. 24. nu. 3. & 4. lib. 1.
37 Vbi locum habere etiam in arbitrijs, & in
Executoribus Teſtamentarijs probat: quia
vno ex illis defuncto, cæteri procedere ne-
queunt per *Abb. in c. fin. §. ſaue de Teſtam. in 6.*
Debent enim ſubrogari alij in locum mortuo-
38 rum à Iudice competente, vt in terminis con-
cludit *Caſtren. conſ. 218. Incipit Ad primum, &*
tertium nu. 3. lib. 2. quem refert, & ſequitur *Bi-*
mius cit. conſ. 24. ſub num. 5. vbi declarat con-
cluſionem procedere, ſi plures electi fuiſſent,
39 videlicet tres, aut quatuor, & maior pars
eorum deceſſiſſet; quia tunc qui ſupereſt non
poteſt arbitrari.

SVMMARIA.

Creditor ſuccedens debitori poteſt retinere pignus pro eius credito num. 1.
Hæreditatis aditione confunduntur iura hæredis, & defuncti num. 2. & 3. Limitatur ex beneficio inuentarij num. 12.
Hypotecaria conſeruatur non obſtante hæreditatis aditione num. 4. & 5. neq; tollitur, niſi ſatisfacto creditore num. 7. limitatur non confecto inuentario num. 15. & 16. Contra num. 17.
Pignoratitia naſcitur, quando ſoluitur id, pro quo pignorata eſt num. 6.
Acceſſoria hypoteca tollitur per ſucceſſionem num. 8. Limitatur num. 13. ſublimitatur num. 14.
Hærede non exiſtente, licet extinguatur principalis obligatio, durat tamen acceſſoria fideiuſſoris num. 8. Limitatur, quando hæres coactè adiuit num. 10.
Impoſſibile eſt, vt quis ſit ſibimet obligatus num. 11.
Hæres extraneus, ſi ad libitum fuit inſtitutus, tegitur adire num. 18. ſecus in ſuo num. 19.
Hæres quando dicatur voluntarius num. 20. & 21.

Creditor ſuccedens debitori amittit actionem, & obligationem perſonalem, cum ea extinguatur propter confuſionem, hypotecaria verò minimè tollitur.

CAP. CCLVI.


Nterogatus Papinianus *in l. debitor ff. ad Trebell.* vtrum creditor ſuccedens debitori, & hæreditatem reſtituens, pignus à defuncto receptum iure Dominij poſſit poſſidere, cum illud vendere non inueniſſet? Reſpondit, quod licet aditione hæreditatis confuſa ſit obligatio, tamen non tantum

retentio,

retentio, sed etiam petitio, pignoris nomine
1 competit, & solutum non repetetur, & sic re-
manet propter pignus naturalis obligatio, vt
2 declarat idem *Alciat. sub num. 4. vers. & l. C.*
argu. Per aditionem etenim hæreditatis om-
nis obligatio, qua defunctus tenebatur, hæredi
tollitur iure confusionis, vt supradictum fuit,
in cap. 54. scilicet, tàm ciuilis, quàm natura-
lis *l. debitori C. de pact. l. in omnibus ff. de solut. l.*
si id quod ff. de liber. lega. Alex. in l. debitor sub
3 *num. 5. in fin.* declarando extingui personalem
obligationem, si spontè fuit adita hæreditas, se-
cus, si coactè, quia tunc remanet saltem natura-
lis obligatio.

Et vbi ex mero rigore tollitur personalis obliga-
tio, & actio, non tamen tollitur hypotecaria,
4 vt in *d. l. Debitor, & in l. intelligere C. de luit.*
pig. Bart. in l. fideiussor. obligari princ. ff. de fide-
iuss. Prout quando tollitur principalis obliga-
tio, eo quia principalis debitor decessit sine hæ-
5 rede, & si sublata est *de rigore iuris*, non tolli-
tur tamen de ÆQVITATE obligatio *l. stichum*
in fin. ff. de solut. & l. sine hærede ff. de administr.
tutel. Alex. l. c. num. 6. qui sub num. 7. vers.
vult dicere, scribit quod hypotecaria nascitur,
6 quando est solutum id, pro quo res pignorata
est *l. si rem §. omnis ff. de pignor. act.*

Hypotecaria namq; nunquam tollitur, nisi se-
quuta satisfactione crediti, aut subsistente natu-
7 rali obligatione, propter quam subsistit hypote-
caria *d. l. debitor, & l. pro rege §. etiam ff. de pi-*
gnor. Alex. l. c. num. 7. & sub *num. 8. vers. mo-*
8 *uetur*: qui auctor *vers. plerunq; Fallit.* tradit ex
ÆQVITATE tolli principalem successionem,
non mera solutione tollitur accessoria, sicuti
quando principalis debitor decedit sine hærede,
& extincta principali, tamen durat fideiussoria,
9 cum principalis de ÆQVITATE tollitur, quia
non est hæres, qui succedat, & in quem obliga-
tio transferatur; *l. stichum, aut Pansilium ff. de*
solut. l. sine hærede ff. de administ. tut. & tradit
Alex.. in alleg. l. debitor num. 7. in fin. ff. ad S. C.
Trebell.

Si coactè adiuit hæres, dictat ÆQVITAS natura-
lem obligationem non tolli, sublata tantùm ci-
10 uili, secus si spontè, quia tunc omnis obligatio
tollitur *l. in omnibus ff. de solut. l. si id quod ff. de*
11 *liber. lega. Bart. in d. l. debitor*, & ibidem *Ang.*
& Alex. sub num. 8. Quia imposibile est, quod
quis sit sibimet obligatus *l. Vrbanius ff. de fideiuss.*
& notatur in *l. frater à fratre ff. de condit. indeb.*
merito videtur dicendum, quod sit sublata om-
nis obligatio, scilicet naturalis, & ciuilis, vt su-
bijcit *Alex. vers. monetur ex ratione*.

Quatenus verò adiuit hæres cum beneficio inuen-
tarij, tolleretur obligatio: quia tunc actio, &
obligatio non censentur confusæ *l. fin. §. in com-*
putatione C. de iur. deliber. sublata obligatione
12 ciuili, & etiam stare potest accessoria obliga-
tio, quæ est hypoteca, si principalis fuit subla-
ta, ex rigore, non de ÆQVITATE *cit. l. stichum*
in fin. ff. de solut. & l. si sine hærede ff. de admit.
tut. & tradit *Alex. l. c. vers. Hæc ratio, & vers.*
Ratio autem, & vers. secundu principalis, quod
licet generaliter sublata obligatione principa-
li, dicatur sublata accessoria, sæpè tamen fallit
13 generalis ista dispositio, vt in hac *ead. l. debitor,*
& in l. cum principalis vers. plerunq; ff. de re
iudicat.

Ratio est, quia vbi principalis obligatio, & actio
tollitur non de rigore, sed de ÆQVITATE,
14 durare potest accessorium *l. sine hærede ff. de*
administr. Tutor. Verum, vbi hæreditas adita
fuit sine beneficio inuentarij, & ea non confus-
so, tunc extincta dicitur etiam hypotecaria, &
15 omnis actio, & obligatio per confusionem
omnium actionum per *l. fi. §. in computatione C.*
de iur. delib. à contrario sensu, vbi si hæres adit
cum inuentario, & sibi quod debebatur à defun-
cto reseruauit, non confunditur obligatio, &
actio, quæ competijt contra debitorem, ergò
à contrario sensu, si non confecit inuentarium,
16 confunditur omnis actio, & obligatio *Alex. l. c.*
sub num 12. vers. & dicit se putare.

Contrarium tamen tenet ibidem *Cumanus* dicens,
se ità consuluisse; prout idem se consuluisse
17 testatur *Castrens. in l. ab omnibus §. fin. ff. de legat.*
1. & in l. 1. atq. in l. ità tamen §. si ex Trebellia-
no eod. tit. quos refert *Alex. cit. num. 62. vers.*
Item circa hoc, quorum opinionem approbare
non audet.

Non omittitur, quod si Testator dixit, *si volueris*
18 *hæres esto*, & sic in potestate hæredis posuerit
hæredem esse, nec ne: Adhuc cogitur hæres
adire, si hæres est extraneus; secus si est hæres
suus, quia in suo facit eum de necessario volun-
19 tarium *l. Verba ff. de cond. instit. Alex. l. c. num.*
13. qui in *num. 14.* scribit, quod si Testator
dixit *instituo te hæredem, si hæres esse volueris.*
20 Tunc non intelligitur datam esse voluntatem
hæredi abstinendi, secus si esset grauatus resti-
tuere per fideicommissum, quod alias posset
l. 1. §. cum proponatur ff. si quis ommissa.

Si autem creditor habens rem pignoratam succe-
dit debitori, & alius creditor posterior eandem
22 rem hypotecatam habeat, per aditionem hæ-
reditatis, etiam non confecto inuentario, non
extinguitur hypotecaria, licet non esset graua-
tus restituere alteri, sed anterioritas hypotecæ
semper prætereretur, vt concludit *Alex. in d. l.*
debitor sub num. 12. vers. quod si hæres, qui erat
creditor.

SVMMARIA.

Arbiter compelli non potest ad probandum laudum num. 1.

Contrarium varius num. 2.

Limitatur, vbi superuenisset inimicitia, vel alia iusta causa num. 3. & 4.

Inimicitia superuenta facit cessare mandatum alicui datum num. 5.

Decretum Senatus contra Arbitratorem, qui recusauerat exequi laudum num. 6.

Arbiter compellitur definire litem sibi remissam, cum Reipublicæ intersit lites finiri. CAP. CCLVII.



Ictum fuit supra in *cap. 1. num. 1. lib. 1.* difficilè esse inter amicos pronuntiare, quorum alter offenditur, vt inquit Plato, qua ratione amicus Arbiter electus retrotrahitur à iudicando, ne amicũ, cõtra quem iudicaturus est, offendat, & amittat, Quæritur itaq; an cogi possit arbiter litem sibi remissam definire.

Et compelli non posse Arbitrum ad laudum pro-
1 ferendum probat *Iacobus de Nigris in repet. l. si insulam sub num. 37. vers. ad idem ff. de verbor. signif.* Vbi tradit, quod si adest aliqua iusta causa; vt putà, si Arbiter sit infamatus à litigatoribus, vel inimicitiam cum altero ex illis contraxerit, vel si ætas, aut ægritudo superueniens eum impediat, non potest cogi ad proferendum laudum.

De ÆQVITATE tamen compellitur Arbiter ad
2 deffiniendam litem, & laudum proferendum. *l. Sed si compromissum cum l. Seq. ff. de recep. arbitr.* & probat *Niger in repet. d. l. Si insulam sub num. 37. vers. vbi licet Procurator, & vers. hoc idem ff. de verbor. obligatione*; Ea præcipuè ratione fundata *in l. In creditore ff. de euict.* vbi quis facere debet id, quod alio prodest, & sibi non nocet *Zulat. in repet. l. Societatem §. Arbitrorum sub num. 16. ff. pro socio.*

Nisi concurrente aliqua iusta causa *l. sed si compro-
3 missum cum l. Seq. ff. de recept. arbitr.* inter quas
causas connumerantur inimicitia capitalis, quæ
4 intercessit inter ipsum Arbitrum, & alterum ex
litigatoribus, occupatio negotiorum propriorum, & munus aliquod Reipublicæ causa.

Quę conclusio locum habet etiam in Procuratore,
pro quo licet Dominus cauit de soluendo iudi-
5 catum, cogitur litem suscipere, tamen fallit ex
ÆQVITATE, quando adfuit iusta causa, vt inimicitia inter ipsum, & Dominum, vel dignitas accessit, vel necessaria peregrinatione impeditur, vt subijcit *Niger. l. c. sub num. 37.*

Pro cuius principalis conclusionis corroboratione memini, quod anno 1614. mense Ianuarij non solum coactus fuit Arbiter Nobilis Paulus Maria Carolus ad proferendum laudum in lite compromissa per Ciuitatem Derthonæ, & Vincentium Ligam; Verum etiam ad illud exequendum; & quia Carolus allegabat, quod ipso inscio fuerat impletũ spatiũ expensarũ excessiuarũ, in quibus videbatur condemnata Ciuitas, quæ potius ab illis erat absoluenda, dum Liga plus debito petijsset coram Arbitro, non ex hoc fuit à Senatu Excellentiss. excusatus Carolus (tanta erat instantia Ligæ coram Illustrissimo Præside Squarciafico). Verum etiam deinde fuit citatus ex ordine Illustrissimi Præsidis dato die 14. Aprilis 1614. sub prætextu contemptus rescriptorum Senatus, vt sisteret Carolus coram tunc Egr. Capit. Iustitiæ, à quo etiam fuit examinatus, & fideiussione relaxatus.

SVMMARIA.

Fructus percepti per hæredem grauatum cedunt lucro ipsius hæredis num. 1. Limitatur, si competit hæredi detractio aliqua num. 2.

Contrarium verius in compensatione legitimæ num. 3.

Distinguitur in debito per Testatorem contracto, & in quasi debito num. 4. vt legitimo num. 5.

Debitum semper præfertur quasi debito num. 6. & 7.

Fructus non minuunt legitimam filiorum primi gradus, etiam ex alijs bonis percepti num. 9.

Decretum Senatus in ea materia num. 10.

Proximitas vltimi grauati attenditur in fideicommissis antiquis num. 12. & 13. Decretum Senatus in ea materia ibidem.

Io. Baptista Cantoni Senatoris, & Regentis mentio honorifica.

Fructus percepti ex hæreditate sub conditione restituendi comparantur cum quasi debito, nõ autem cum vero Testatoris debito. CAP. CCLVIII.



Irmauerunt conclusionem *Paulus de Castro, & Alex. in l. qui de
1 bonis §. quod Annus ff. ad leg. falcid.*
quod fructus percepti ab hærede grauato iuditio Testatoris, cedunt lucro ipsius hæredis, qui non tenetur eos restituere, per *l. cum Pater §. Titio ff. de legat. 2. & l. cum quis §. mulier ff. de dote prælegat. atq; l. quod de bonis §. quod autem ff. ad legem falcid.* si tamen aliqua detractio facienda esset aduersus fideicommissarium fructus computantur in id, quod est detrahendum odio
2 ipsius Creditoris, & ad commodum fideicommissarij *l. mulier §. cum proponeretur ff. ad Trebell.* Quam sententiam repetit *Castrens. in l. cum Pater §. Titio ff. de legat. 1. & in l. mulier citata mox.* & amplectitur *Ripa in l. In fideicommissaria num. 19. ff. ad Trebell. l. & post eum Socin. Iun. cons. 57. num. 13. lib. 3. & Natta cons. 321. nu. 4. Boeri. decis. 44. num. 16. Menoch. de arbitrar. casu 256. num. 22.*

Verior tamen de ÆQVITATE contraria est opi-
nio, nempè hæredem grauatum non teneri
3 computare fructus cum eius Creditor proue-
niente ex contractu ex facto Testatoris etiam si detractioni locus esset aduersus fideicommissarium

sarium *Bart. in d. l. mulier §. cum proponeretur num. 13. ff. ad Trebell.* vbi *Imol. col. fin.* & probat *Ruin. cons. 112. num. 18. cum seq. & cons. 115. in fin. lib. 2. Cranet. cons. 295. dub. 6.*

Distinguunt tamen DD. ipsi, vt firmata conclu-
4 sio locum non habeat in debito per Testato-
5 rem contracto, sed tantum in quasi debito, qualis est dos filiæ debita, & legitima, ex legis dispositione, in quibus Iudicis officium est necessarium, quod obligationem non præsuponit, veluti in alimentis; Quia debitum præponitur
6 semper quasi debito *Gabriel. cons. 124. num. 7. & 8. & num. 10. lib. p. Gioaga. cons. 73. num. 43. 56. 57. & 92. lib. 1. Surd. cons. 291. & decis. 92. & 224.*

Hanc distinctionem sequitur *Roland. cons. 65. num. 24. cum seq. lib. 2. Grabriel. cons. 129. num. 7. 8. & 10. in fin. lib. 1.* dicens hanc opinionem contra *Castrens.* esse receptiorem, ÆQVIOREM,
7 & veriorem, atq; mirum videtur, quod ipsi *Castrens. & Alex.* secuti fuerint contrarium, idem consuluit *Marzar. in cons. 25.* & amplissimè *Menoch. cons. 183. dubio vltimo num. 42. cum seq.* vbi respondit omnibus legibus, quæ in contrarium adducuntur, & à prima opinione recedit *num. 51. vers. Non obstat quintum*, & nouissimè hanc opinionē defendunt *Peregrin. de fideicom. art. 35. num. 10. & Morot. cons. 81. sub nu. 10. vers. sed prædictis non obstantibus*, cum duobus *num. seqq.*

Limitatur tamen firmata conclusio in legitima, &
8 Trebellianica debitis filijs primi gradus, in quibus non imputantur fructus, etiamsi quasi debitum dicantur legitima cum Trebellianica, *text. in l. scimus C. de inoff. testam. & in l. Iubemus C. ad Trebell. & in l. mulierem §. cum proponeretur ff. eod.* & probat *Gabriel cons. 83. & cons. 124. num. 6. lib. 1.* atq; antè eum scripsit *Port. Imol. cons. 42. num. 55.* concludendo, quod fructus minuere non possunt legitimam filiorum primi gradus, quæ ex paterna substan-
9 tia illis debetur, non autem ex fructibus perceptis *l. Scimus §. repletionem, & l. quoniam in prioribus C. de inoff. testamen.* & tradunt omnes *in l. In quartam ff. ad leg. Falcid. & in d. l. Iubemus C. ad Trebell.* de quibus *Paris. cons. 9. num. 11. lib. 2. & cons. 43. num. 3. & 77. lib. 3.*

Et hanc sententiam magis communem, & ÆQVIOREM esse testatur *Bursat. cons. 44. num. 13.* & sequitur *Magon. decis. Lucens. 85 sub nu. 19. vers. Tamen contrariam*, quos refert *Hodierna ad decis. Surd. 21. num. 3. & Marta verb. 202. num. 12.*

Et ita censuit Senat. Excellentiss. die 8. Aprilis 1647. in causa consortum de Scacabarocijs re-
10 ferente Ampliss. Senatore D. Bonetto, in qua Hieronymus Testator Auus Paternus prohibuerat filijs, & Nepotibus detractionem legitimæ, & trebellianicæ, à suis bonis, & casu quo eam deducere possent, compensarent cum ea fructus aliorum bonorum vltra legitimam, sibi relictorum, quorum valor longè excedebat legitimam, namq; vlla habita ratione huiusmodi prohibitionis, & compensationis declarauit Senatus deducendam esse legitimam à corpore hæreditario, absq; restitutione fructuum aliorum bonorum per filios, & Nepotes perceptorum; Prout ita fuit executum, & amicabiliter deindè terminatum iuditium liquidationis tùm legitimę, tùm Trebellianicæ, & aliarum deductionum, ex prudentia, & dexteritate Ampliss. tunc Senatoris, nunc Illustr. Regentis D. Io. Baptistæ Cantoni.

Prout eodem die etiam censuit Senatus attendi proximitatem vltimi grauati in fideicommisso
13 transuersali materno Scacabarocij, cuius vltimus possessor fuerat D. Hieronymus Scacabarocius relicta D. Laura eius filia, namq; cōcurrente cum ipsa D. Laura ad dictum fideicommissum D. Camilla Patruele, siuè Consobrina D. Hieronymi, quæ licet esset proximior in gradu D. Martino fideicommittente, quàm D. Laura, attēdendam tamen esse dicebā proximitatem vltimi grauati iuxtà communiorem DD. Sententiam, de qua *Randens. variar. resol. cap. 60. num. 5. & 9. Thesaur. Inu. quæst. famil. 109. num. 3. & 15. lib. 3. Gratian. lib. 3. disceptat. forens. cap. 493. num. 18. cum seqq. Peregrin. de Fideicom. ar. 11. num. 5. & 9. cum sequent plur. ar. 20. num. 2. cum seq. cons. 50. num. 4. cum seq. lib. 1. cons. 109 num. 11. lib. 3. cons. 58. sub nu. 3. lib. 4. cons. 41. sub num. 23. cum seqq. & cons. 42. num. 11. lib. 3. atq; cons. 92. num. 5. lib. 6.* & nouissimè *Camillus de Larr. de feud. part. 9. dilucidat. 74. num. 63. & part. 8. dilucid. 28. nu. 1.*

SVMMARIA.

Hæres tenetur tantum pro portione hæreditaria nu. 1. & 2. Ampliatur num. 4.

Hæres quilibet repræsentat personam defuncti pro ea portione, pro qua est hæres num. 3.

Contrarium obseruatur in causa restituendæ dotis nu. 5. Quia vnus ex hæredibus cogitur soluere integram dotem recuperaturus ab alijs cohæredibus nu. 6. 7. & 8.

Creditor ratione dotis dicitur habere obligata omnia bona debitoribus, idcircò contra vnu ex hæredibus bona possidentem agere valet pro toto debito nu. 9.

Cohæres tenetur pro rata versus cohæredem, qui soluit debitum Testatoris num. 10.

Creditor defuncti intentans actionem personalem, non potest molestare cohæredem, nisi pro portione hæreditaria num. 11. 13. & 14. Limitatur, quando hæres conuenitur, aut personali actione, vti possessor rei obligatæ num. 20. & 21. secus, si hypotecaria num. 8. 9.

Decretum Senatus Mediol. in ea materia num. 14.

Andrea Alſeri Senat. mentio honor. num. 15.

Hæredes insolidum conueniuntur pro legatis ad pias causas factis num. 17. & 19.

Argumentum de dote ad piam causam valet nu. 18.

Ordinaria via non executiua agere debet, quando creditor agit actione personali circa vnum ex hæredi-

bus tanquam possessorem rei obligata, num. 22.
Executiua agi non potest contra tertium possessorem, seeus singularem successorem num. 23.

Ex pluribus hæredibus potest vnus conueniri in solidũ pro restitutione dotis vxoris defuncti, reseruato sibi iure contra alios cohæredes.

CAP. CCLIX.

HÆres quilibet tenetur tantùm pro
portione hæreditaria, si plures
1 sunt hæredes *text. in l. p. C. si cert.*
petat. & l. pro hæreditarijs C. de ha-
red. action. & con l. seruo legato §. si
Testator ff. de legat. 1. non enim bona fides pa-
2 titur, vt vnus ex hæredibus oneretur pro cæte-
rorũ portione, etiam si aliquis ex ipsis hæredibus
effectus sit non soluendo *Aret. in l. 3. §. harũ col.*
2. ff. de verbor. obligat. Gomez. var. resol. tit. de
Indiuid. num. 3. per l. fin. C. deposit. & l. 3. ff. de
alim. & cibar. legat.

Hanc sententiam in indiuiduo tenent plures post
Franch. decis. 581. num. 2. Surd. decis. 90. & ibi
Hodierna Spurius in specu. testam. glos. 2. num. 81.
Gizarell. decis. 50. per totum, *Thesaur. Inn.*
quæst. forens. 67. num. 7. lib. 2. Thor. in compend.
decis. part. 2. verb. dos Fachin. controu. iur. lib.
12. cap. 51. & Barb. de restitut. inter d. glos. 12.
num. 92. cum. seqq.

Ea ratione mouentur, quod quilibet hæres rapræ-
3 sentat personam defuncti pro ea parte, & por-
tione, pro qua est hæres, & in alia dicitur extra-
neus *l. 2. §. fin. & ibi glos. ff. de Prætor. stipulat.*
& l. cum à matre C. de rei vendic. Bart. in l. 2. §.
fin. C. de hæred. act. num. 3. vers. ad hoc respondet,
& latè scribit post alios *Surd. decis. 90. & Franch.*
alleg. decis. 581. atq; *Gizarell. cit. decis. 50.*
num. 11.

Quam conclusionem locum habere probat *Ven-*
triglia in prax. notabil. post finem titul. Hæredes,
an possint conueniri vers. amplia, vt etiã; etiam si
4 Testator iussisset vnum ex hæredibus totum æs
alienum soluere debere; quia adhuc hæredes
pro rata conueniendi sunt, & non in solidum,
d. l. Seruo legato § si testator ff. de legat. 1. & l. si
vnus ex hæredibus §. item Papinianus, ac l. si filia
§. si Pater ff. famil. ercisc. Hodierna ad Surd. decis.
90. num. 6. in fin. Gratian. decis. Marchia 146.
& post eos *Andreol. controuer. 209. num. 10.*
part. 3.

Tamen de ÆQVITATE contrarium verius est,
vt scilic. possit quilibet ex hæredibus in solidum
5 conueniri pro dotis restitutione, pro qua stat
text. in l. cum ab vno ff. de legat. 2. (vbi Iulianus
I.C. inquit *æquum esse apud eum à quo ei maritus*
aliquid pro dote legauerat vsq. ad quantitatem le-
gati onus huius æris alieni sustineat.) & defendit
ibidem *Accurs. & in l. continuus §. fin. num. 10.*
ff. de verb. oblig. ac in l. debitorem pacttion. C. de
pact:s, Imola in l. seruo legato §. si Testator ff. de
legat. 1. & post multos alios *Ronchegal. de duo-*
bus reis cap. 15. si id, quod ego num. 12. & am-
plissimè tradit *Franch. cit. decis. 581. in fin. Surd.*
decis. 90. num. 1. & 9. & ibi Hodiern. num. 1.
vers. atq; Gizarel. d. decis. 50. Cornæ. decis. Lu-
censi 35. num. 6. Gratian. alleg. decis. 176. Costa
de ratione ratæ q. 23. in fin.

Quam sententiam communem esse probat *Gra-*
6 *tian. lib. 1. discep. forens. cap. 16. num. 15.* reie-
cta distinctione illa, si dos legata fuerit, vel ex
contractu debeatur, cum in vtroq; casu hæredes
in solidum conueniri posse dixerit idem *Gratian.*
d. decis. 146. num. 8. & Hodier. ad Surdum cit.
decis. 90. sub num. 1.

Et hanc sententiam post *Afflic. decis. 210. & decis.*
332. num. 2. atq; Couaruuias var. resolut. cap. 7.
num. 7. lib. 3. præsertim vers. nam eo casu com-
7 probat *Andreol. controuer. 209. num. 9. part. 3.*
Quamuis postea contrarium verius sibi visum
fuerit *num. 10.* Quam conclusionem speciali
quodam priuilegio, & fauore dotis procedere
8 scribit Vir Doctissimus *Andrea Fachin. lib. 2.*
controu. iur. cap. 51.

Huius conclusionis ratio principalis ea mihi vide-
tur, quod cum creditori dotis ratione omnia
9 Testatoris bona sint sibi obligata, agere valet
adhibitum contra ea, vel eorum partem ab vno
ex hæredibus possessam: Ita vt cum quilibet ex
hæredibus rapræsentet defuncti personã quoad
creditorem; illum in solidum conuenire valet
creditor, licet postea à cohæredibus solutum
plus sua portione repetat hæres bonorum, cum
10 diuisio inter cohæredes non sit præiudicialis
iuribus creditoris *l. pro hæreditarys C. de hæred.*
act. l. creditoris ff. de distract. pignor. l. 1. & 2.
C. si vnus ex pluribus Bart. & glos. in l. mulier ff.
qui potior. in pign. habe. Rebuff. ad constit. Regni
tit. de cons. redd. glos. 8. Negus. de pignor. p. memb.
8. part. princip. num. 6. Roder. de annuis reddit.
lib. 2. q. 61. Gratian. lib. 2. discep. forens. cap.
323. & Hieron. Leo decis. Valent. 73. quos se-
quitur *Andreolus citat. controu. 209. num. 4.*
part. 3. Ventrilia alleg. loco vers. amplia tandem
in actione.

Quamuis, si creditor intentat actionem persona-
lem, non autem experitur actione hypoteca-
11 ria, contrarium affirmandum esse tradat *Paria-*
dor. lib. 2. rerum quotidian. cap. fin. part. 4. §. 1.
num. 17. Qui enim hypotecaria tentat, potiùs
rem pignori nexam sibi relaxari, vt eam teneat,
12 donec sibi soluatur *Bart. in l. fin. C. si vnus ex*
plurib. & l. rem alienam num. 12. ff. de pignor.
act. Angel. & alij *in §. Item seruiana Instit. de*
actionib. Et quando petitur exequtio pro debito
13 personalis actio magis intentatur *l. sicut in rem,*
& ibi glos. C. de præscriptionib. 30. vel 40. annor.
quo casu aduersus omnes hæredes pro hæredi-
tarijs

tarijs portionibus, non aduersus bona hypote-
14 ca ta insolidum est agendum, *l. fin. C. si vnus ex plurib. & l. 2. C. de hared. act.* atq; tradit *Andreolus cit. controu. 209. num. 5. part. 3.*

Et ita suadente ÆQVITATE censuit Senat. Ex-
15 cellentiss. die 20. Iunij 1653. referente Ampliss. D. Senatore Aliferio fauore contra comitem Octauianum Dugnanum vnum
16 ex hæredibus, saluo ei iure contra alios cohæredes; ità vt sicuti Ventrilius affirmauerat *l. c. in fin.* quæstionem perplexam esse, & Cæsaream decisionem requirere, ità decisio hæc tanti ordinis rem obscuram, & controuersam terminasse, & declarasse dicitur,

Quæ conclusio ampliatur etiam procedere in le-
17 gatis ad pias causas, vt possint pro illis hæredes in solidum conueniri, cum valeat argumen-
18 tum de dote ad pias causas, *Euerard. in loco de dote ad piam causam*, & sequitur *Ventrilia l. c. vers. amplia in legatis*. Qui Auctor *seq. vers.* in-
19 quit *Conclusionem ampliari etiam in obligationibus factis per defunctum, vt possint pro illis haredes insolidum conuenire, ex Gratian. cap. 66. nu. 22. lib. 1.*

Prout locum habere etiam probat *Andreol. cit.*
20 *controu. 209. num. 6.* quando agitur contra hæredem actione personali, vti possessorem rei
21 obligatæ, quia tunc dicitur cumulata actio personalis cum hypotecaria ex *Guid. Papæ decis. 108.* licet eo casu agi tantum posse via ordinaria, non executiua, probet *sub num. 8. per l. sæpè ff. de re iudic. & l. nam, & postea §. fin. ff. iur. iur.* & ex *Decio cons. 598. num. 5. lib. 1.* Executiue enim agi non potest contra tertium possessorem, seù singularem successorem, vt probat *Andreol. contro. 221. num. 1. lib. 3. per l. 1. & 2. C. quibus res iud. non nocet.*

S V M M A R I A.

Creditor missus in possessionem fundi debitoris compensat fructus perceptus super capitale crediti num. 1.

Creditor missus in possessionem, si culturam bonorum neglexit, tenetur computare fructus, qui verisimiliter percipi potuerint num. 2.

Culpa creditoris possidentis non officit debitori nu. 3.

Creditor, qui neglexit culturam bonorum, in quorum possessionem fuit missus, dicitur in dolo, siuè lata culpa num. 4. quod procedit etiam in pignore conuentionali num. 5. 6. & 11. limitatur tamen num. 13. & 14.

Distinguitur inter possessionem pignoris Iudicialis, & conuentionalis, cum primò casu non teneatur possessor compensare, nisi fructus perceptos in 2. casu tenetur ad fructus etiam, qui verisimiliter percipi potuerunt nu. 7. 8. & 9.

Conclusio procedit, si interuenit dolus, aut lata culpa possessoris num. 10.

Culpa lata est ignorare, vel non facere, quod publicè factum est, vel quod cæteri verisimiliter fecissent num. 12.

Debitor non tenetur ad damna passa per creditorem in colendo, faciendo bona sibi assignata in vim pignoris num. 15.

Creditor pati debet, vt debitor colat bona sibi in vim pignoris data num. 16.

Perceptio fructuum probatur ex possessione num. 17. Et tunc contrarium probari debet num. 19.

Decretum Senatus, quod possessor non teneatur ad fructuum compensationem, si bona non fuerunt coltinata num. 19. Io. Bragbery Senatoris mentio num. 18.

Recursu in causa non fiunt noua probationes, sed iudicatur super veteribus actis num. 20. & 22.

Recursus in iudicio de Iudice tantùm conqueritur, quod male iudicauit num. 21.

Limitatur, si pars expressè, vel tacitè consentijt n. 24.

Probationes contra rem iudicatam non releuant n. 23.

Iudicatum facit præiuditium veritate, non è contra num. 25.

Pactum inter creditorem, & debitorem, quod fructus fundi in vim pignoris assignati non computentur in sortem, dicitur inualidum num. 26. & 27.

Limitatur conclusio, quando interesse creditoris ità postulat num. 28.

Fructus nunquam computantur, si de iure vsura debeantur, vt in dote num. 29.

Conclusio procedit etiam in rebus mobilibus, vel se mouentibus num. 30.

Fructus ex pignore, si excedant sortem, restitui debent illud plus num. 31.

Fructus percepti ex pignore partim ex vera, partim ex falsa causa dato in totum restitui debet num. 32.

Sententia fundata partim super vera, partim super falsa causa, in totum vitiatur num. 33.

Fructus percepti ex titulo, qui ad non titulum peruenit, restituendi sunt num. 34. & 35.

Limitatur in harede existente in bona fide n. 36. & 37.

Creditor, qui fuit missus in possessionem fundi debitoris, quando teneatur fructus perceptos, vel qui percipi potuerunt cōpensare.

CAP. CCLX.



1 Vlpian. in *l. in Venditione §. 1. & in seq. l. Prætor ait ff. de bon. aut. Iud. possid.* cauit, vt creditor, qui in possessionem fundi debitoris missus est à Iudice, compensare debet super creditū fructus perceptos, vel qui verisimiliter percipi po-
2 tuerūt; ex quo elicitur, quod si creditor neglexerit culturam bonorum, in quorum possessionem ex primo decreto fuit immissus, & sic nullos ex illis percepit fructus, nihilominus compensare debet fructus, quos verisimiliter percipere potuisset; Quia si id facto, idest culpa, vel dolo euenit, non debet afferre præiuditium debitori,

vt

3 vt exponit ibidem *glos. in d. §. prim. in Verb. ex*
culpa, per l. si dolus ff. mandati.
Hanc sententiam amplectitur post *Bart. in d. l. Pra-*
tor ait §. 1. Scapuc. de vtili Salui interdic. lib. 3. q.
9. num. 2. Quam antè etiam probauit *Neguſ. de*
pignor. 5. part. memb. 5. per tot. prout eadem
sequitur *Merlin. de pignor. lib. 5. tit. 1. q. 45. nu.*
52. & Gait. de Cred. cap. 4. q. 8. num. 98. & Pa-
risic. de Salui. Interd. inspect. 4. cap. 1. num. 152.
& seq.
In dolo autem, siuè lata culpa versari dicitur cre-
ditor, qui immissus ex primò decreto, non cu-
4 rauit locare rem, ex Prætorio pignore captam.
Neguſ. l. c. num. 6. cum seqq.
Quam conclusionem locum habere tàm in pigno-
re iudiciali, idest Prætorio, quàm inconuentio-
5 nali, affirmat *Surdus cons. 194. num. 10. vers. atq;*
adeò, & Caroch. de locato tit. de credit. q. 5. num.
8. & q. 6. num. 5. qui potuit locare, vel cultiua-
6 ri facere, & noluit, dicitur esse in dolo, vt inquit
Neguſ. l. c. & glos. in d. l. In venditione §. 1. ff.
bon. auctor. Iud. possid. quem sequitur *Gaiet. l. c.*
nu. 994. & Pacis. de Saluian. interd. insp. 4. cap.
1. num. 151. cum plurimis seqqun.
Tamen *Speculator in tit. de primo decreto num. 13.*
7 distinguit inter possessionem pignoris Iudicia-
lis, & conuentionalis, cum in primo casu non
teneri possessorem compensare, nisi fructus per-
ceptos concludat, conuentionalem verò ad eos
fructus etiam teneri, qui verisimiliter percipi
potuerunt, ea ratione, quod in pignore conuen-
tionali consideratur mera voluntas contrahen-
8 tis; in Iudiciali verò necessitas creditoris *Alber.*
d. l. Prator ait §. est praterea ff. de bon. auct. Iud.
possid. In conuentionali creditor gerit tàm de-
bitoris, quàm proprium negotium; Vtriusq;
enim gratia introductum est; In Iudiciali autem
9 proprium, & sui tantùm contemplatione.
Odofred. in d. §. & praterea, & in §. in cum. In
conuentionali finis est cautio, In Iudiciali verò
inquietatio debitoris, vt persoluat id, quod de-
bet *Alex. cons. 141. num. 12. lib. 5.* Ex quibus
Speculat. & cæteri concludunt creditorem iudi-
cialiter immissum obligatum esse tantum ad
fructus perceptos, conuentionalem ad eos
etiam, qui percipi potuerunt.
Melius attamen distinguunt alij, locum scilicet,
10 habere conclusionem, vbi dolus, vel lata culpa
creditoris interuenit, etiam in conuentionali
possessione, vt probat *Neguſ. p. 5. memb. 5. n. 5.*
cum alijs cumulatè relatis per *Merlin. cit. tract.*
de pignor. tit. 5. cap. 45. num. 49. In quo dolo,
siuè lata culpa versari is dicitur, qui potuit, &
11 noluit culturam adhibere *glos. in d. l. In vendi-*
tione in verb. ex culpa, quam sequitur *Caroc. de*
locat. tit. de cred. qu. 5. fol. 111. Et lata culpa
nihil aliud est, quam ignorare, vel non facere,
12 quod cæteri in simili casu sciunt, vel faciunt,
Salicet. in l. si nulla C. de pignor. act. & tradit *Me-*
noch. cons. 18. num. 7.
Contrarium tamen de ÆQVITATE dicendum
est, quando tempore immissionis bona erant
13 inculta; Quia etiam in pignore conuentionali
non tenetur creditor cum proprio incommodo
expensas facere, vt bona ad culturam redigat,
vel ad reparandam imminentem ruinam, quo
14 casu denuntiare tenetur debitori, vt inquit *Ca-*
strens. in l. si seruus num. 25. ff. de pignor. act.
Hanc partem tenet *Gregor. Lopez. in l. 2. part. 3.*
glos. 3. dicens, quod creditor immissus Iudiciali-
15 ter, non tenetur inuitus colere pignus, quia si
boues amitteret, vel alia ad culturam necessa-
ria, vt semen, & similia ad culturam necessa-
ria, non teneretur debitor ad amissorum resar-
tionem; Qui idcircò perperam prætenderet,
vt creditor immissus suis expensis coleret, & suo
periculo fructus pareret.
Hinc dicit *Bart. in l. si seruos 25. ff. de pignor. act.*
Quod satis erit, si creditor patiatur debitorem
colere, & bona inculta ad culturam perducere,
16 cuius authoritate nota Rota, vt apud *Buratum*
decis. 173. num. 9. & in recentior. p. 3. decis. 528.
num. 2. Iudicauit, quod licet ex possessione præ-
17 beat fructuum perceptio, quando bona sunt
fructifera, tamen si liqueret possessorem se non
ingessisse in bonis, vel propter impedimentum,
vel etiam voluntariè, non tenetur de fructibus
minimè perceptis iuxta literalem decisionem
d. l. Prator ait §. In cum, & §. est praterea ff. de
bon. auct. Iud. poss. & in terminis probat *Gregor.*
Lopez. in d. l. 2. glos. 3. tit. 13. part. 5.
Et ita ÆQVITATEM sequendo censuit Senat.
Excellentiss. die 8. Augusti 1653. D. Liuiæ Bri-
18 uiæ Arconatæ contra Feudatarium Danielem
Biragum, Referente Ampliss. & Eruditiss. D.
Senatore Bragherio, qui exactissimè trutinatis
hinc indè iuribus partium, ÆQVIOREM par-
19 tem Actricis existimauit de inculta bona apræ-
hendit eorum partem culturæ subijcere Bira-
gum debitorem permiserit; Si enim debitor
inculta habebat bona in proprio feudo posita
non nisi maximo incommodo, cum ea ad cultu-
rã redigi poterant per creditorem, quæ propria
bona destinare non debebat, vt aliena ad cultu-
ram redigeret.
Per hanc Senat. Excellenntiss. decisionem, alia
etiam sublata dicitur difficultas, nempè, cum
causa hæc per viam recursus ad Senatum fuis-
set auocata, instante Arconata, in cuius præiu-
dicium lata fuerat Sententia ab inferiori Iudi-
ce; probationes fecerat Biragus pro fructuum
liquidatione in sententia declaratorum, quo
tempore contrarias probationes præstiterat
Arconata, nempè, quod bona inculta tempore
immissionis; quarum probationum nullam esse
habendam rationem contendebat Biragus; Ea
ratione, quia Iudicium recursus cognoscitur ex
veteribus actis, nec in eo admittuntur proba-
20 tiones post sententiam factæ *Menoch. de arbi-*
trar. qu. 14. & Rebuff. constit. Regni tract. de sup-
plicatione in prafat. sub num. 72. & 80. Scaccia
de appell. q. 19. remed. 3. num. 25. versicul. con-
trarium seruatur, & num. 43.
Ratio est, quia in Iuditio recursus non nisi de Iu-
dice

dice conqueritur quis, quod rectè non iudicaret;
31 Vndè actio est eam sententiam non fuisse
iustam ; Quamuis ex probationibus postea fa-
ctis iniusta detegeretur quoad partes, vt inquit
Menoch. de arbitrar. cit. q. 72. num. 2. & seq. &
num. 9. quem sequitur Garonus ad nou. constit. tit.
de Senator lib. 1. tit. 4. ar. 1. nu. 298. & ita dispo-
nunt ordines S. R. M. editi die 18. Octobr. 1583.
registrati in Addition. ad Nou. Constit. & scri-
bit Carana resol. 203. num. 10.
Præsertim quando probationes tendunt ad euer-
tendum funditus sententiam in iudicatum tran-
32 factam, contra quam censeri nequaquam Sena-
tum voluisse rescribere supponebat Biragus, nisi
expræssis verbis dixisset in rescripto iuxta l. fin.
C. de senten. rescindi non posse, & tradit Giurba
decis. 7. num. 1. iuncto num. 7. cum seq.
Probationes enim contra rem iudicatam non rele-
33 uant, vt inquit Ias. in l. cum te nu. 8. C. de tran-
sact. Roland. cons. 21. num. 3. & 4. lib. 1. Rimi-
nald. Iun. cons. 5. num. 664. lib. 1. Mascard. de
probat. q. 10. num. 53. nisi admissæ fuissent de
24 consensu partis expræsso, vel tacito, Mascard.
d. qu. 10. num. 63. & conclu. 1331. num. 5. Quia
25 iudicatum facit præiuditium veritati, sed non
è contra, Salicet. in l. vnica sub num. 3. vers. aut
est lata C. de errora calculi.
Et quia aliquando conuenitur inter debitorem, &
creditorem, vt fructus non computentur in
26 sortem; Hæsitatur sæpè, an huiusmodi pactum
sit validum; & negatiuè resoluitur in c. 1. de
vsur. & in l. 1. & 2. ff. de pignorat. act. quia di-
ceretur vsura, & esset conuenire de vsuris præ-
standis, vt ibidem declarat Abb. num. 1. & 2. &
27 scribit Rub. Alex. cons. 55. num. 2. dicens paria
esse conuenire de fructibus non imputandis in
sortem in hoc casu, & de vsuris soluendis, quam
quæstionem ad partes disputat Thesaur. decis.
78. num. 3. vbi contraria tollit, Canalca. decis.
48. sub num 32. lib. 1.
Limitat tamen conclusionem Thesaur. d. l. si pro-
28 betur interesse partis tantum valere, quantum
releuat valor fructuum rei pignoratæ, post Osa-
sch. decis. 43. num. 1. Ex quibus declaratur, quod
huiusmodi fructus compensentur deductis ta-
men expensis, & deductis interesse debitis cre-
ditori, qui idcircò ea sibi debita non amittit
possidendo in vim pignoris bona sibi obligata
argu. l. si præsidium, vbi Bald. & Salic. in princ.
C. de prædijs minor. Osach. decis. 160. num. 16.
Crauet. cons. 358. num. 2. Rub. alleg. cons. 55. nu.
2. quos sequitur Pacif. ad c. 1. num. 39. & 49.
inspect. 4. Quia in omni casu, in quo vsuræ de
29 iure debentur, vel ex conuentione, vel aliter,
vt in causa dotis, fructus nunquam computan-
tur in sortem, nisi ab illis deductis vsuris debitis,
vt inquit Bald. in l. 1. post princ. C. de distra. pign.
& in casu dotis Rub. Alex. cit. cons. 55. num. 2.
Cran. cons. 358. num. 2. & Bell. nouel. de dote
part. 7. priuil. 3. quos sequitur Pacif. cit. cap. 1.
num. 34.
Qui Auctor num. 36. scribit principalem hanc con-
30 clusionem locum etiam habere in fructibus bo-
norum mobilium, vel se mouentium, vt potè,
si quis haberet Equum, vel bouem sibi hypo-
tecatum, & alteri locaret, tenetur mercedem
in sortem computare, ex Boer. decis. 218. num.
10. in fin. ex Bald. in d. l. 1. C. de distract. pigno.
& Angel. in l. 1. in fin. C. de pact. pignor.
Vbi verò fructus percepti ex re in vim pignoris
retenta excederent sortem, illud plus venit re-
31 stituendum per creditorem debitori cum ipsa
re l. 15. cui §. quæri potest ff. vt in poss. legat. Socin.
Senex. cons. 29. num. 27. lib. 1. & Pacif. d. cap.
1. num. 37.
Quæ omnia procedere scribit Pacif. num. 45. cum
seq. si datio in solutum bonorum, vel adiucatio-
32 ne partim ex vera, partim ex falsa causa facta
fuit: quia indè fructus percepti computandi ve-
niunt in sortem, siuè facta sit à parte, siuè a Iu-
dice, Bart. in l. si non sortem §. si centum, vbi
Castr. & Ias. nu. 1. & 2. ff. de condit. indeb. Pa-
ris cons. 100. num. 33. lib. 1. Surd. cons. 39. num.
5. lib. 1. Rota diuers. decis. 33. num. 6. & Pacif.
loc. relato num. 45. Sententia enim partim ex
falsa, partim ex vera causa in totum vitiatur,
33 cum sit indiuisibilis l. in hoc Iudicio ff. famil. ercis.
Bart. & Ias. in d. l. si cum sortem §. si centum ff. de
condit. indeb. idem Ias. in l. 1. §. stipulati vers. quinto
limita ff. de verb. obligat. Cephal. cons. 198. num.
1. Afflic decis. 218. num. 1. 3. & 4. Ripa de in-
diuid. sect. 22. num. 19. & Pacif. cit. cap. 1. n. 46.
Possidens enim ratione sententiæ, vel alicuius ti-
tuli, qui postea fuit declaratus nullus, & sic ille
deuenit ad non titulum, tenetur semper ad fru-
34 ctuum perceptorum, vel percipiendiorum resti-
tutionem, Natta cons. 535. num. 12. Menoch.
remed. 15. recuper. num. 638. Surd. cons. 372.
num. 21. & latissimè probat Osach. decis. 160.
num. 12. ex Angel. in l. sed paratus sub num. 2. in
fin. ff. quod metus causa, qui expresè loquitur de
fructibus percipiendis, idem probat Rom. cons.
454. num. 26. per tex. in l. filio §. contra tabu. ff.
de inofic. testam. vbi reducta ad irritum sententia,
cuius contemplatione in se possessor tenebatur,
res ipsa cum fructibus restituatur ad idem text.
in l. si contra C. si quis ignorans rem minor esse.
Paria enim sunt nullum omnino titulum ha-
bere, ve. talem, qui ipso iure sit nullus l. nec
vllam ff. de petit. hæred. & latè probat Osach. tit.
decis. 160. num. 73. qui num. sequent. ex Imol.
affirmat, quod ille, qui habet titulum ex contra-
36 ctu inito cum minore, vel Ecclesia, & sic quod
aduersus illum contractum potest in integrum
restitutio peti, talis non dicitur habere titulum
aptum ad præscribendum, nec esse in bona fide,
Felin. in c. de quarta num. 35. in fin. de præscrip.
& conferunt scripta supra in cap. 45. num. 16.
45. cum seqq. plur. & lib. 1.
Quatenus verò possessor esset in bona fide vti hæ-
res grauati fideicommisso, fideicommissarius
autem negligeret recuperationem bonorum
fideicommisso suppositorum, tunc fructus re-
manerent possessori, quia antè eorum petitio-
nem

57 nem ij non debentur *Bart. in l. hi fideicommissariam num. 4. vbi Ripa num. 5. ff. ad Trebell. Socin. Sen. cons. 42. num. 5. lib. 3. Cranet cons. 316. nu. 2.* latissimè *Caphal. cons. 50. num. 2. & 10. cum seqq.* & post eos *Pacif. sæpius cit. cap. 1. num. 60. Inspect. 4.*

SVMMARIA

Clericus succedens laico in Iudicio Iudicis secularis conuento remittitur ad Iudicem Ecclesiasticum num. 1.

Contrarium verius nu. 2. 4. 5. 8. & 12. contestata lite nu. 17. iudicium auctoris nu. 18. 22. & 23.

Iuditium vbi ceptum est, ibi terminari debet nu. 3.

Hæres fictè dicitur eadem persona cum defuncto nu. 6.

Fictio legis idem operatur in suo casu, quod veritas num. 7.

Instantia transit in hæredem coram eodem Iudice num. 8.

Clericus ligatur contractu auctoris nu. 9.

In iudicijs, quasi contrahitur nu. 10.

Mutationem iudicij aborret lex nu. 11.

Ius vnius personæ confunditur cum iure alterius, etiam si in vna persona ambo transiuerint nu. 13.

Multa facta tenent, quæ aliàs fieri nequirent nu. 14.

Instantia cæpta dicitur onus reale nu. 15.

Succedens priuilegiato non gaudet priuilegio nu. 16.

Appellatio à sententia dicitur continuari primum iuditium captum nu. 19.

Fideiussio præstita de re sequestrata exhibenda non extinguitur finita causa in prima instantia, sed durat in iuditio appellationis nu. 20.

Instantia Iudicis incipit post litis contestationem n. 24.

Executio, vt fiat Clerico, adiri debeat Iudex Ecclesiasticus, etiam si à Iudice seculari fuit contesta n. 25.

Instantia percepta in iudicio circa clericum pendente, Iudicium dicitur finitum, & nouum est proponendum coram Iudice competente Clerici num. 26. 27. 28.

Instantia perempta si reasumitur per restaurationem dicitur mera instantia nu. 29. contrarium nu. 30.

Laicus succedens Clerico tenetur continuare in iuditio cæpto coram Iudice Ecclesiastico nu. 31.

Instantia non transit in singularem successorem nu. 32. & 33.

Instantia cæpta in defuncto, quando transeat in hæredem Clericum, coram eodem Iudice. CAP. CCLXI.



1 Lericum succedentem loco Reo conuento coram Iudice Laico remittendum esse ad Iudicem Ecclesiasticum scribit *Butri. in c. quia nu. 12. circa fin. de Iuditijs,* quem sequitur ibidem *Abb. Felin. nu. 4. & Decius num. 11.* Conferunt tradita per *Asineum in eius prax. §. 2. cap. 12. nu. 54.* dicentem sententiam hanc esse veriorem, & magis communem de qua *Surd. cons. 222. nu. 4. cum seqq. Rota decis. 552. in antiquis, & decis. 81. nu. 5. apud Farinac. Boer. decis. 893. præsertim num. 35.* A qua opinione non esse recedendum ait *Trentacinq. lib. 2. var. resol. tit. de iudic. resol. 4. nu. 17. Vincent. de Anna Allegat. 59. & singul. 232. Seraphin. decis. 957. nu. 9. Rota decis. 457. in nouis.* & amplissimè tradit *Marta de iurisdic. part. 4. centur. 1. casu 33.* per totum, vbi infinitas allegat rationes, & ita Iudicatum fuisse in Sacr. Concil. Testatur *Franc. decis. 400. num. 6. Rol. de inuent. cap. 23. fol. 21. Canal. Decis. 8. nu. 8. & 10.*

De ÆQVITATE tamen contrarium verius est,
& ab omnibus approbatum per regulam *l. vbi*
2 *ceptem C. de iudicijs,* de qua abunde actum fuit
supra in *cap. 112. lib. 2.* in qua habetur, quod vbi
cæptum fuit iuditium, ibi etiam, si lis fuit con-
3 testata terminari debet *l. amplius ff. rem ratam*
haber. Successorq; sortitur forum antecessoris
l. Ponponius §. cum quis ff. de acquir. possess. &
post multos alios per eum relatos probat *Gratian. lib. 5. disept. foren. cap. 967. num. 18. &*
Mysinger. obseruat. 45. centur. 3. p. Auth. offeratur C. de litis contestat.

Hanc conclusionem amplectitur idem *Surd. decis.*
110. sub num. 1. vers. Senatus autem, vbi infini-
tos recenset hanc partem tenentes, & ita cen-
suisse in facti contingentia Senatum Mantua-
4 num testatur; quia inchoato Iuditio, si reus effi-
ciatur Clericus, cogitur coram eodem Iudice
comparere secundum *Bald. in l. si quis postea*
quam ff. de iudic. vt inquit *Surd. num. 3.* Ergo
multò fortius comparere debet illius hæres,
5 licet sit clericus, cum prosequi dicatur iuditium
incæptum coram laico Iudice, non obstante,
quod hæres fictè dicatur eadem persona cum
6 defuncto, vt notat *Felin. in cit. c. Quia;* namq;
fictio idem operatur in suo casu, quod veritas,
7 vti aduertit *Asin. l. c.* dicens *Surd. num. 3. & 4.*
quod hæc pars est ÆQVIOR, ne actor, qui
iuditium prope instituit, cogatur cum impensa
nouum inchoare.

Licet enim non reperiatur expressè iure cautum,
quod Clericus succedens Laico ligetur ea in-
stantia; tamen iure dispositum est, quod instan-
8 tia transeat in hæredem coram eodem Iudice
l. Hæres absens, & l. is qui Romæ ff. de Iudice Surd.
l. c. num. 4. Et sicuti Clericus ligatur contractu
9 Auctoris *Bart. in l. de eo ff. de Iudic.* eodem modo
ligari dicitur quasi contractu, idest Iudicio; quia
10 in Iudicijs quasi contrahitur *l. 2. ff. de Prætor.*
stipulationib. & obligationis qualitas non de-
11 bet mutari ex persona hæredis *l. 2. §. ex his ff.*
de verb. obligat. videmusq; leges abhorrere Iu-
12 ditij mutationem, vt *tot. titul. ff. de alien. Iud.*
mut. causa facta. Et sicut Clericus succedens
Laico non potest se eximere ab vno ex contra-
ctibus celebratis cum defuncto; ita neq; a Iudi-
tio ex quasi contractu *Surd. alleg. decis. 110.*
num. 7.

Non enim fit præiuditium Clericali priuilegio;
Quia hoc casu instantia continuatur in eum,

non

non vti Clericum, sed vti hæredem, cum repræsentet duplicē personam, propriā scilicet, & defuncti, & vbi iura duorū rediguntur in eandem
13 personam; tunc vnumquodq; remanet illæsum; & in suo robore, neq; ius vnius personæ confunditur cum alterius persona *l. si mihi, & Titio, vbi Bart.* & cæteri *ff. de legat.* 1. *Surd. consi.* 300. *num.* 13. *& citat. decis.* 110. *num.* 8.

Inchoato etenim iuditio longè maior subest ratio, quam si cum clerico iuditium inchoaretur; tum
14 quia illud fuit cum Laico inchoatum: Tum quia multa facta tenent, quæ alias fieri nequirent *l. Patre furioso ff. de his, qui sunt sui, vel alien.*
15 *iur.* omnisq; reale dicitur instantia cœpta coram Iudice Laico; quo casu priuilegiatus succedens
16 non priuilegiato, non vtitur priuilegio *Cyn. in Auth. quas actiones C. de Sacros. Eccles. Bart. in l. Creditores num.* 21. vbi *Salicet. num.* 23. *C. de pignor. Ias. in d. Auth. quas rationes nu.* 36. *Surd. consi.* 221. *num.* 43. *& cit. decis.* 110. *num.* 10.

Quam principalem sententiam vti communiorem, & ÆQVIOREM sequitur *Vasq. de success. creat. limit.* 17. *§.* 22. *num.* 72. *Vers. qua opinione retenta Vincent. Caroc. singul.* 60. *Conarun. pract. quaest. cap.* 8. *num.* 3. *in fin. vers. nihilominus ego, Cancer. lib.* 3. *var. resol. tit. de litis contest. cap.* 16. *n.* 136. *Ceual. commu. contra commu. q.* 36. qui *num.* 13. ait *ita practicari lite contestata coram Iudice Laico Matth. Bass. de potest. Secul. in Eccles. reg.* 2. *fol.* 6. dicens hanc esse
26 ÆQVIOREM, & veriorem *Emanuel Suarez. in Thesaur. receptar. sentent. opin.* 104. *in verb. Clericus* ad rem *Cabed. decis.* 25. *part.* 1. *Mysinger. obseru.* 45. *centur.* 3. *& Gail. lib.* 1. *obseru.* 37. *num.* 9. *Borella in addit. ad Belugam, in spec. princ. Rubr.* 11. *§. videndum in verb. Episcopo, & trat. de Rege Cathol. præstantia cap.* 71. *casu* 36. *num.* 260. *Gratian. lib.* 1. *discep. forens. cap.* 16. *num.* 32. *Mastril. decis.* 131. *num.* 22. *part.* 2. *& decis.* 79. *num.* 2. *part. prima.*

Et ita respondi superioribus mensibus pro D. Ioan. Gardia del Hoyo contra D. Carolum Buscam, Clericum, vti hæredem D. Marchionis Erasini
28 eius Patris, coram D. Capit. Iustitiæ conuenti ex defuncti pendente iuditio: Quamuis alia ratione, se non posse trahi coram Iudice sæculari supponebat; quia Iudicium ipsum cœptum contra Patrem coram D. Capitaneo Iustitiæ in causa sequestri finitum esse supponebat mediante ordinatione relaxatoria, ad quam deuentum fuerat.

Cui obiecto replicaui, quod de huiusmodi relaxatoria ordinatione nulla fuerat data notitia D.
29 Gardæ, vt tenebatur D. Busca; quæ per appellationem suspensa remanebat; per quam appellationem dicitur continuari primum iuditium, in tantum fideiussio præstita de re sequestrata exhibenda non extinguitur finita causa in prima instantia, sed etiam durat in iuditio appellationis, quia ea pendente non dicitur lis
20 finita *l. si oleum, vbi Bart. ff. de dolo, glos. & Bart. in l. si fideiussor §. fin. ff. qui satisdare coguntur, Gabriel. consi.* 53. *num.* 3. *& 4. lib.* 1. *Caspan. ad statut.* 111. *num.* 9. *&* 99. *lib.* 1. quos secutus fui supra *in cap.* 156. *num.* 47. *cum seq. lib.* 2. & iuditium durare dicitur dum causa
21 discutitur *§. omne, & §. si vero in Auth. de litig.* Quæ causa ad Senatum Excellentiss. deuoluta, adhuc in decisa perpendet.

Ad conciliandas verò opiniones contrarias præter rationem ÆQVITATIS per *Hodiern. ad Surd. cit. decis.* 110. *num.* 1. consideratam; distinguit *Hodiern. num.* 18. casum litis contestatæ cum de-
22 functo, a sola petitione, lite adhuc non contestata: Quia data litis contestatione cum defuncta pro absoluta tenet Clericum hæredem non posse declinare forum Iudicis laici, cum requi-
23 ratur litis contestatio ad hoc, vt res litigiosa dicatur *§. omnem, & §. si vero in Auth. de litig. & l. properandum C. de iudic.* vbi instantia Iudicij incipit post litis contestationem, cum ante litis contestationem semper mutari possit actio, & petitio *glos. in l. qua familia ff. famil. ercisc. Hodierna cit. l. num.* 18. *antè vers. & cum hac.*

Hanc distinctionem sequitur *Ceual. commun. contra commun. q.* 36. *num.* 13. *& Mynsing. rel. obseru.* 45. *& in obseruat. in causis coram Tribun. Neapolis* testatur idem *Hodier. alleg. num.* 18. *versic. & cum hac distinct. qui seq. num.* 19. 20. limitat
25 conclusionem duobus in casibus. Primò scilicet, quoad executionem, pro qua adire debere Iudicem Ecclesiasticum scribit ex traditis per
26 *Franc. decis.* 546. Secundò, quando instantia perempta esset, quia eo casu Clericus gauderet declinatoria fori, etiamsi instantia posset repa-
27 rari per restaurationem, ex *Vincent. de Anna singul.* 129. Instantia enim perempta, perit ci-
28 tatio, & litis contestatio *Bart. in l. cum lite mota ff. de iudic. solut.* Et quando reuiuiscit, est noua
29 instantia, vt inquit *Trentacinq. lib.* 2. *variar. resolut. tit. de Iudicijs resol.* 9. Quidquid in con-
30 trarium affirmet *Rot. cit. decis.* 29. affirmans, quod instantia restaurata dicitur eadem instantia, quod non admittit *Hodiern. l. c. num.* 24.

Idem è contra procedit in Laico, qui si succedit Clerico, tenetur sequi Iuditium, siuè illud susti-
31 nere coram Iudice Ecclesiastico, coram quo lis cœpta fuit, & contestata cum Clerico defuncto, vt terminaliter probat *Caual. cit. q.* 36. & sequitur *Cancer. lib.* 3. *var. resolut. cap.* 16. *num.* 136. *circa finem*, & post eos scribit *Hodiern. loc.*
32 *relat. num* 21. qui *num.* 22. sublimitat conclusionem in legatario, quia quo ad eum de nouo debet compilari processus, & lis contestari per *Rotam decis.* 551. *incip. sed an possit in antiquis*, & sequitur *Regens Capic. latro decis.* 33. *num.* 5.
33 *& Vincent. Anna Alleg.* 14. *num.* 9. Ea ratione, quod instantia non transit in singularem successorem, nisi quando res, vel actio in iudicatum deducta transiret ex necessitate, non autem ex voluntate, *Bart. in l. si eum hominem ff. de fideiuss. Putens decis.* 177. *part.* 2. *Carleu. tract. de Iud. lib.* 1. *tit. p. disput.* 2. *q.* 7. *sect.* 3. *sub n.* 934. *vers. neq: mirum* quos sequitur *Hodier. l. cit. num.* 23.

T sym-

SVMMARIA.

Primogenitus dicitur primo loco natus ante contractum matrimonium num. 1. Limita. num. 6.

Matrimonium pro legitimatione filiorum contractum, censetur ante liberorum natiuitatem num. 2.

Legitimatus per rescriptum Principis non dicitur primogenitus extantibus alijs filijs natis ex matrimonio num. 4. Limitatur num. 11.

Natiuitatis tempus attenditur, non conceptionis, vt cognoscatur filij legitimatio num. 5.

Conditio est adimplenda in forma specifica num. 7.

Qualitas maioris natu, siuè primogeniti ex superuenienti casu non potest ei auferri num. 8.

Fictio non potest præferri veritati num. 9.

Legitimatus per subsequens matrimonium, succedit in feudo num. 10.

Primogenitus natus ex primo matrimonio præfertur natis ante dictum matrimonium, & legitimato postea per contractum secundum matrimonium extincta prima vxore num. 12. 13. & 14.

Primogenitus dicitur primò loco natus num. 15. etiam si dignitas fuit acqu sita post illius natiuitatem num. 15.

Exemplum exponitur in filijs Regis Darij num. 16.

Lex Deuteronomij circa filios duarum vxorum exprimitur num. 17.

Natus antè matrimonium legitimus efficitur, etiam si Clandestinum illud factum esset, num. 18. & 20.

Retractatio matrimonij pro legitimatione filiorum non semper locum habet num. 21.

Veritas hinc inde sæpius agitata magis splendescit num. 22.

Partium assertione negotij merita, & iura panduntur num. 23.

Fideicommissum constitutum dicitur, vbi Testator prouidit, vt bona in infinitum conseruentur in eius agnatione num. 24. & 70.

Legitimatio filij probatur ex possessione filiationis legitima num. 25. 26. 27. 28. 29. & seqq.

Probatio plena matrimonij desideratur tantùm, quando agitur de federe matrimonij, aut de succedendo alteri, quàm ei, qui vti filium, vel nepotem ipsum tractauit num. 31. 32. & 33.

Possessio filiationis completa dicitur cursu annorum 20. num. 34. etiam si postea hoc negaret is, qui teti filium, vel nepotem quem agnouisset num. 35.

Hæres Testatoris personam repræsentat num. 36.

Probare tenetur contrarium is, qui legitimationem resultantem ex possessione filij, negat. num. 37. 44. Et hoc per necesse, non autem per possibile n. 38.

Spurius non legitimatur per subsequens matrimonium num. 39.

Liber Baptismi adhoc, vt probet, debet esse benè regulatus, & custoditus à Parocho num. 40.

Nomen filij attenditur, vt probetur etat identitas cum descripta in libro Baptismi num. 41.

Nominis diuersitas inducit diuersitatem personæ nu. 42. 48. 50. 51. 52. 53. 54. & 55.

Nomina inuenta fuere significandorum hominum gratia num. 43.

Nominis diuersitas obscuritatem parit num. 45. 46. 47. & 56.

Pluralitas personarum non præsumitur num. 49.

Nominis differentia etiam in vna sylaba diuersificat illud num. 53.

Obseruantia præterita attendi debet num. 57.

Natus quis in dubio præsumitur tempore congruo num. 59.

Identitas personæ non præsumitur ad euitandum peccatum num. 61.

Mulieris bona fides præsumitur ignorando esse vxoratum virum, qui cum ea concubinit, & facit legitimam prolem num. 62.

Mulier forensis dicitur esse in bona fide respectu qualitatis eius, cum quo concubinit num. 63.

Veritas sola attenditur in rebus spiritualibus nu. 64.

Descendentium appellatione non veniunt naturales liberi num. 65.

Descendentium sex species narrantur num. 66.

Naturales, & spurij reputantur de familia in Italia num. 67.

Spurij succedunt deficientibus legitimis, & naturalibus, vel ijs repudiantur num. 68.

Fructus restituere debet, qui in mora, & mala fide reperitur num. 69.

Testatoris dispositio omnino est obseruanda num. 71.

Fœmina succedit in fideicommisso facta fauore Agnationis deficientibus masculis num. 73. & 80.

Filius legitimatus per subsequens matrimonium, licet sit legitimus, non tamen continetur in dispositione, in qua vocati sunt filij nati, & procreati ex legitimo matrimonio num. 74.

Qualitas in vna substitutione requisita non dicitur repetita in alia substitutione diuersa num. 75. 76. 77. 78. & 79.

Probationes factæ coram Iudice probant in alio Iudicio, in quo agitur de eadem materia nu. 81. & 89.

Decretum Senatus in eadem materia num. 82.

Domus appellatione venit integra domus, non illius pars num. 83. 91. & 94.

Domus constare dicitur ex solo, & superficie, idest parietibus, & tecto num. 84. & 85.

Fundus petitus, totus fundus petitus dicitur nu. 86.

Testatore disponente de Domo, in qua habitabat, inspicitur tempus conditi testamenti num. 87.

Legato facto de Domo, intelligitur de Domo habitata tempore testamenti num. 88.

Petri Petracini Senatoris mentio num. 89.

Interpretatio larga fit in vltimis voluntatibus nu. 92.

Fauor causæ præponitur fauori Rei num. 93.

Domo legata venit etiam hortus ei annexus nu. 95.

Decretum Senatus pro Victoria causa num. 96.

Andrea Aliferi mentio num. 97.



Primo-

Primogenitus verè legitimus quis dicatur, an qui natus est post contractum matrimonium, an vero qui ante contractum matrimonium natus est, & per matrimonium contractum legitimus est effectus.

CAP. CCLXII.



Atò antè actum fuit in *cap.* 205. de materia primogeniti, & quis sit primogenitus, & an filius primogeniti excludat Patruum in successione primogenituræ, superest modo disserere, quis verè sit primogenitus, si Pater ante contractum matrimonium suscepit filium ex soluta, quam postea in vxorem duxit: An verò primogenitus sit ille, qui post contractum matrimonium natus sit.

Et sanè tantum est ius matrimonij, vt inquit Sum.
1 Pontifex *in c. tanta, qui filij sint legitim.* vt nefas
esse videatur in discrimen ponere, quod primo
loco natus antè contractum matrimonium non
dicatur primogenitus legitimatus sequuto matrimonio, & ibi Canonistæ omnes, atq; probat
*Ias. in l. generaliter §. 1. num. 106. ff. de instit.
& substit.*

Matrimonium enim retrotrahitur ad tempus natiuitatis liberorum, ità vt matrimonium contractum censeatur ante liberorum natiuitatem,
2 & omnem abstergat maculam *l. cum quis, & l.
super C. de natur. lib. & in Auth. quib. modis nati
efficiant. legit. cum §. si quis igitur dotal. Roland.
cons.* 100. *num.* 14. *lib.* 2. *Gail. lib.* 2. *pract. obser.*
34t. Idcircò vere primogenitus dicitur legitimatus per subsequens matrimonium, etiam in
tertij præiuditium, vt inquit *Bald. in l.* 1. *C. de
inoffic. donat.* Vbi reuocetur donatio virtute
l. si vnquam eod. tit. per filium legitimatum
4 per subsequens matrimonium *Alciat. cons.* 52.
num. 9. *lib.* 9. Quid sit de legitimato per Principis rescriptum *Afflic. decis.* 138. *num.* 93. *vers.
de legitimatis per rescriptum Alciat. cit. cons.* 52.
num. 10. *lib.* 9. & sic attenditur tempus natiuitatis filij, non conceptionis, Intantum, vt impedimentum, quod vigebat tempore cõceptionis, si sublatum erat tempore natiuitatis, non
5 attendatur, vt probat *Sanch. de matrim. lib.* 8. *de
dispens. disp.* 7. *num.* 19. *in fin. part.* 2.

Si tamen, vel in inuestitura, vel in testamento
vocetur primogenitus ad feudum, vel ad primogenituram is, qui primò loco natus, & ge-
6 nitus est ex legitimo matrimonio, Tunc natus
primo loco post contractum matrimonium ad
primogenituram, siuè ad feudum venit admittendus, non qui antè contractum matrimoniũ
natus erat; quia dicta verba respiciunt principium geniturae, atq; nostrum non est extendere scripturæ, & testamentorum dispositiones
*l. contractus C. de fide instrumen. & l. quid ergo ff.
de his qui notantur infamia,* & latè probat *Alex.
cons.* 5. *sub num.* 3. *vers. hoc etiam confirmatur
lib.* 7. Conditio vero adimpleri debet in forma
7 specifica *l. qui hærede, & l. menias ff. de cond. &
demonstrat.*

Hanc sententiam, quod filius legitimus secundo loco genitus præfertur in primogenitura, vel feudo, filio maiori legitimato per subsequens matrimonium, probat *Cenal. comm. contra comm. q.* 606. vbi infinitos refert, & *Surd. cons.* 369. *nu.* 23. *Thesaur. decis.* 196. *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsum.* 81. *num.* 23. *cum seq. Turretus cons.* 89. *num.* 8. & 28. *lib.* 2. quos sequitur *Costa de retrotract. cap.* 8. *casu* 32. *num.* 6.
quo loci rationem deducit; quia in primo limine natiuitatis filij legitimi reperitur præocupata linea, eiq; vti compræhensa ex prouidentia
maiorum in maioratu dicitur quæsitum, atq;
8 radicatum ius ad obtinendam primogenituram, vel maiotatum, quod ex supperuenienti
non potest ei auferri, etiam si subsequens matrimonium legitimet filios antè natos, & fingat
matrimonium retro fuisse factum a principio,
& iam natos legitimet *Card. mantic. de coniectu.
vltim. volunt. lib.* 11. *titu.* 12. *Surd. consil.* 369.
num. 23. Alioquin fictio præponeretur veritati
9 contra regulam, de qua *Costa cit. cap.* 8. Et multo minus in tertij præiuditium, & naturam ex
matrimonio, vt post *Mat. Brunum cons.* 18. *nu.*
1. *& seq. & cons.* 70. *num.* 70. *cum seq.* tradit
Costa cit. casu 32. *num.* 15. *cum seq. Natta cons.*
470. *num.* 24. *Gail. tract. de pace publica. lib.* 2.
cap. 19. *num.* 13.

Cæterum sublatis illis verbis in testamento, vel
alio actu appositis, legitimatus per subsequens
matrimonium regulariter succedit in feudo,
10 vt probat *Isenia in c. naturales in tit. si de feudis
defunct. fuer. contron. inter Dominum, & Agnatum,* & sequitur *Alex. cit. cons.* 5. *sub d. nu.* 23.
versic. tamen in veritate lib. 1.

Prout legitimatus à Principe cum qualitate, quod
11 succedat in feudo admittitur ad feudum, vt
notat *glos. in d. c. naturales,* & sequitur *Alex.
loco citato.*

Qui Auctor *num.* 5. ex *Io. Andrea in regul. sine culpa*
12 *pa in* 2. *q. principali de mercurialibus,* tradit,
quod si consuetudo deferebat hæreditatem primogenito, & contingat, quod extet filius naturalis, qui primò loco natus est ex concubina, si post susceptum filium legitimum ex matrimonio fuit postea legitimatus primus filius per subsequens matrimonium, defuncta priore vxore post natiuitatem filij dictæ prioris vxoris, præfertur is filius legitimus, & naturalis ex priori matrimonio natus, in feudo, aut primogenitura; Cum primus natus, licet legitimus effectus fuerit per contractum matrimonium,

c. innotuit de elect. & probat *Alciat. cons. 5. nu. 6. lib. 7. Gabriel. comm. opin. cap. 5. q. 9.*

Ille etenim filius, qui natus est naturalis tantùm,
non dicitur Primogenitus inter legitimos, dum
per contractum matrimoniũ deinde legitimus
factus est, post acquisitum ius alio nato ex prio-
33 ri matrimonio; Quo casu non trahitur retro
legitimatio ad tempus natiuitatis *§. licet. in
Auth. quomodo nati efficiant. legitimi*, & scribit
Alex. cit. cons. 5. num. 10. lib. 7. Et hoc attento
ipse naturalis, effectus deindè legitimus non ha-
bebit illam qualitatem legitimitatis, vt ibi pro-
34 bat *Io. Andreas* per plures rationes; Quam
sententiam licet impugnet *Alciat. in alleg. cons.
52. sub num. 6. lib. 9.* non tamen eam eneruare
valuit, tanquam communiorem, & ÆQVIO-
REM, & sic intelligendum esse narrat *Petr.
Gregor. lib. 45. sintag. iur. cap. 3. num. 15. part. 2.*
35 habita ratione prioris natiuitatis, non tempo-
ris, quo Rex, siuè Princeps, aut nobilis, vel
alius, qui huius iuris habiturus est successionem,
est adeptus bona, in quibus iure primogeniti
succedendum est, sicuti in successione Persarum
36 Dario mortuo iudicatum fuit; in quo prælatus
est Ariobarzanus eius Primogenitus, & si ge-
nitus fuisset (legitimè tamen) antequam Pater
Darius adeptus esset Regnum, xerse genito dum
regnabat; Id quod conuenit legi statutæ à D.O.
37 M. in *Deutoronom. cap. 21.* disponenti, si quis
habuit duas vxores, vnam dilectam, alteram
odiosam, & filius odiosæ fuit primogenitus, &
filius dilectæ secundo genitus; non poterit Pa-
ter filiuũ dilectæ facere primogenitum, & præ-
ferri alteri filio, sed primus odiosæ, qui primo-
genitus est agnoscet primogenituram, ex ha-
bere veteri testamento, vt inquit *Gregor. cit. lib.
45. cap. 3. num. 16.*

Quam prolis legitimitatem per subsequens matri-
38 monium locum habere concludit *Sanchez de
matrim. lib. 3. disput. 44. num. 2. per tot.*, etiam
si illum clandestinum fuisset, dùm probat dictus
Auctor *tex. in c. tanta*, vniuersaliter loqui; &
sic etiam clandestinum matrimonium alias va-
lidum compræhendere; cum non reperiatur
tex. aliquis in toto iuris canonici corpore, qui
contrarium determinet, quam legem canoni-
cam obseruandam esse (omissa ciuili lege) in
39 materia matrimonij probat idem *Sanchez. sub
num. 2. vers. secundo quia*, post Præposit. *in eod.
c. tanta num. 17.*

Vt autem has contrarias conclusiones conciliaret
40 *Lares. cit. dilucid. 17. in fin. part. 1. tom. 1. de fud.*
concludit in fine, quod posterior sententia de
ÆQVITATE procederet, cui ex conuenientia
standũ esset. Prima verò de rigore iuris, cui ipse
adhæret; Per quas rationes terminatur, quod
non semper legitimè à principio censentur nati
ante contractum matrimonium, & retroctatio
41 locum habeat iuxta *l. qui balneum ff. qui potit. in
pignor. habeat, de quo Alciat. alleg. cons. 52. nu.
4. in fin. lib. 9. per l. Gallus §. & quid si tantam ff.
de lib. & posthum.*

Et quia de hac legitimitatis materia per subse-
quens matrimonium latè egimus superioribus
annis in causa D. Blancæ Cantonæ Tadinæ, al-
legata in ea causa hic deducere statuimus addi-
ta Senatus Excel. decisione, cum plures aliæ iu-
ris conclusiones dilucidatæ videantur.

PRO

D. Blanca Cantona Tadina

Contrà

Ven. Hospitale Maius Mediolani.



T si plenissimè scriptum sit in hac cau-
sa, vt tandem cessare debeant obie-
ctiones factæ iustæ petitioni D. Blan-
cæ Cantonæ; Tamen sequendo sen-
tentiam Summi Pontificis Innocentij
22 *textus in cap. grano 35. q. 9. par. 2. decreti, glos.
in cap. cum Ioannes de fide instr. Ias. in rubr. ff. de
verb. oblig. num. 15.* dicentis, quod veritas hinc
inde sæpius agitata magis explendescit in lu-
cem; Cum partium assertione negotij merita,
23 & iura panduntur, vt inquit Imperator *tex. in
l. p. C. si per vim vel alio modo.* Infrascripta rur-
sus subijciuntur, pleraq; ex prioribus scriptis re-
colecta, vt si fieri possit, ius D. Blancæ ad ocu-
lum cognoscatur, & manibus palpetur.

In dubium nullo modo reuocatur, nec reuocari
potest testamentaria dispositio q. Hieronymi
Cantoni particulare continens fideicommissum
respectu eius domus sitæ in hac Ciuitate Medio-
lani, & Hospitij cum datio imbotatus loci Pa-
derni, ad fauorem eius descendentium in infini-
tum, atq; fauore familiæ Cantonæ effectiuæ,
& ea defficiente fauore familiæ compræhensi-
uæ, siuè contentiuæ, quia validissima est hu-
iusmodi dispositio continens omnes qualitates
necessarias ad constituendum perpetuum fidei-
24 commissum, de quibus passim Doctores *Petra
de fideicomm. qu. 5. num. 43. Peregr. cons. 38.
num. 6. lib. 6. Bimius cons. p. num. 71. & Fusar.
de fideicomm. qu. 688. num. 14. & num. 95.*

Illud tantum in discrimen adhuc deducitur; An
D. Blanca dicatur legitima per subsequens ma-
trimonium; Et quatenus legitima effecta non
esset (quod tamen nullo modo admittitur)
an dicatur de descendentibus Testatoris, & sic
ex familia effectiua vocata ad dict. fideicom-
missum.

Quoad legitimitatem hæsitari nullo modo de ea
potest, saltem circa eius possessionem, seù quasi,
25 in qua reperitur D. Blanca, dum vti talis fuit
ab incunabulis semper habita, tractata, alimen-
tata, & hæres instituta a Iulio Cæsare patre,
atq; post eius mortem educata, dotata, &
matrimonio collocata, & in contractibus ad-
missa, & demum in testamento honorata per
Herculem Cantonum eius patruum integro
cursu annorum quadraginta, vt constat ex pu-

blicis

blicis documentis, ex quibus probata dicitur
26 legitimatio, præcipuè ad effectum succedendi,
*Ampliss. Surd. cons. p. nu. 53. cum seq. atq; laicus
in cons. 552. num. 2. Gratia. discep. forens 754.
sub num. 32. & 34. vers. & quoniam cum plur.
seq. atq; repetit in cap. 989 nu. 5. & 6. Vincent.
de Anna Allegat. 139. num. 21. cum seq.* Quam
facultatem constituendi filios in quasi possessio-
ne legitimitatis habere parentes, ac patruos
27 tradit Gratianus etiam absq; eo quod probetur
veritas matrimonij, quod magis est, *Gratian.
d. cap. 754. num. 17. cum seq. plur. & sub num.
35. vers. secus respectu, & num. seq. & num. 41.
in fine post Paris. cons. 13. num. 15. & num. 25.
lib. 2. & Menoch. cons. 490. nu. 13. & 14.* Qui-
nimo huiusmodi assertiones iuratas Patris, &
Patrui etiam incidenter factas ad effectum con-
28 stituendæ dotis, sufficientes esse ad probandum
matrimonium concludit, *Decius cons. 35. num.
2. Cephal. cons. 435. num. 74. quos seq. Gratian.
d. cap. 754. num. 22.* Quia possessio legitimita-
29 tis probatur, vt dictum est, ex tractatu paren-
tum, qui possunt dare statum, & apparentiam
legitimitatis concurrente vehementi coniectu-
ra præsumpti matrimonij, per quam subleuan-
30 tur filij ab onere illud probandi, vt docet *Natta
cons. 473. num. 14. Rimin. iun. cons. 329. num.
8. & 9. quem sequitur Gratian. cit. cap. 754. n. 47.*
De qua vehementi coniectura plenè constare
dicitur in hoc casu ex testium depositionibus at-
testantibus, quod Iulius Cæsar pater, & Cate-
rina mater publicè vixerunt per plures, & plu-
res annos in figura matrimonij, peccata ambo
confitendo R. P. Bursæ Domenicano in Cæno-
bio Eustorgiano, in cuius Ecclesia fuit huma-
ta Catherina, quæ ante interitum Sanctiss. Eu-
ch. Sacramentum sumpserat, vna cum extrema
vnctione; quæ omnia facta non fuissent, si verè
in matrimonio non vixissent.

Plena enim probatio matrimonij tantum deside-
31 ratur, quando agitur de fœdere ipsius matri-
monij, vel de succedendo alteri, à quo similem
tractatum non habebat filius, à quo casu longè
versatur D. Blanca, quæ succedere intendit D.
Herculi Patruo, à quo vti neptis legitima fuit
32 semper recognita, licet ex Aui dispositione, siue
prouisione succedat *Gratian. d. cap. 754. sub nu.
48. circa medium.*

Et hanc conclusionem verissimam esse non solum
quo ad possessionem filiationis, & legitimitatis,
sed etiam ad probandam proprietatem filiatio-
nis legitimæ, & sic in petitorio obtinere admit-
33 tunt scribentes *Menoch. de arbitr. casu 89. num.
65. in fine, & num. 70. cum seq. Surd. d. cons. p.
num. 33. & num. 54. cum seq. Lupus de illeg. co-
ment. 4. §. p. num. 36. & seq. Valasc. decis. 176.
num. 15. & 20. vbi ità fuisse iudicatum per Sena-
tum Aragon. testatur.* Attento præsertim lon-
go cursu annorum quadraginta, per quem
præscripta dicitur possessio ipsa, quam cursu
34 viginti annorum tantum completam fuisse
etiam in præiuditium vocatorum habetur in
*l. sicut C. de præscript. 30. vel 40. annorum, tex.
in l. sicut, & in l. fin. C. de præscript. 30. vel. 40.
annorum Cravet. cons. 201. num. 35. & Gratian.
cap. 484. num. 39. & cap. 732. num. 36. & d.
cap. 754. num. 43. in fine.*

In tantum verò valida dicitur huiusmodi præ-
scriptio possessionis, siue probatio legitimitatis,
vt quatenus Pater, siue Patruus, pænitentia
ductus contrarium postea esset protestatus,
negando filiationem, vel legitimitatem, noce-
35 re nihilominus non valeret Filio, cui fuerat ius
aquisitum, nulliusque effectus esset huiusmodi
contradictio, tanquam inaniter, & extrà tem-
pus facta, *In terminis Ias. d. cons. 164 nu. 19. lib.
4. Card. Paleo. de nothis c. 22. num. 8. & 9. &
cap. 25. num. 5. Menoch. d. casu 89. num. 72.
cum seq. Surd. cons. 552. num. 21. & Gratian. cit.
cap. 754. num. 32. cum seq.* Cum ius filio aqui-
situm sine eius facto ab eo auferri non possit *l. id
quod nostrum ff. de reg. iuris Gozad. cons. 72. n. 24.*

Quatenus ergò adhuc viueret D. Hercules, quem-
admodum illegitimitatem opponere nequiret
aduersus D. Blancam, eo quia illam legitimam
esse per subsequens matrimonium tot repetitis
actis, & in publicis instrumentis agnouerat.

Ità multo minus hanc oppositionem deducere
36 posse Ven. Hospitale hæredem D. Hæculis
dicendum est, quod testatoris personam repræ-
sentat *l. in haeredem ff. de reg. iur. Bimins cons. 268.
num. p. & terminaliter tradit Gratian. cit. cap.
754. nu. 33. & respondit Surd. d. cons. 530. n. 29.*

Cum itaq; ex deductis constet de legitimatione
D. Blancæ, quæ aliam probationem de ea fa-
37 cere non tenetur; Contrarium asserenti incom-
bere onus probandi certum est, *In terminis Me-
noch. remed. 3. adipis. num. 265. quem seq. Gra-
tian. cit. cap. 754. num. 34. cum seq & Valas.
decis. 176. num. 20.* & quidem plenissimè, atq;
per necesse, non autem per possibile, idest
quod esse possit, vel non possit legitima, quo
38 casu non concludere probationem docet *Pa-
cianus cons. 8. num. 22. cum seq. qui loquitur in
terminis probationis mortis cuiusdam Bartholo-
mai, & expressè tradit Hector Felic. Alleg. 72.
num. 7. par. 2.*

Ad hanc negatiuam probandam produxit procu-
rator Ven. Hospital. attestationem alterius ex
Parochis Eccl. S. Laurentij Maioris, in qua
legitur dio 5. Septembris anni 1606. Baptiza-
tam fuisse Blancam Luciam filiam illegitimam
Iulij Cæsaris Cantoni, & Catherinæ Bardelli-
næ, natam die vltima Augusti 1606. Prout pro-
duxit Instrumentum testamenti facti die 11.
Octobris 1606. per Margaritam Samarugam
primam vxorem eiusdem Iulij Cæsaris, ex quo
elicitur dict. primam vxorem adhuc viuere
tempore, quo nata est Blanca Lucia, & conse-
quenter illam non esse effectam legitimam
39 per subsequens matrimonium, resistente dispo-
sitione *tex. in cap. Tanta, qui filij sint legitimè.*

Verùm viso originali libro Baptizatorum, à quo
extracta dicitur dict. attestatio; Præterquod
ipsa

ipſi atteſtationi additum fuiſſe patet diuerſo
atramento, & manu dictum verbum *illegiti-
mam*; Quæ additio non niſi dolosè facta fuit, ex
quo percipi poteſt, qua ſinceritate, & pietate
tractentur negotia Ven. Hoſpitalis, & quibus
diffugijs vexentur partes, atq; exceſſiuis expen-
ſis grauentur, dum maliciosè, & dolosè huiuſ-
modi atteſtationi verbum tam ſubſtantiale ad-
ditum fuiſſe liquet; Exemplum enim dictæ at-
teſtationis traditum D. Blancæ, ſcriptum dici-
tur manu Cribelli pragmatici eiuſdem Ven.
Hoſpitalis, qui idcirco rationem reddere tene-
tur dictæ additionis factæ; Præter etiam, quod
40 liber ipſe Parochi multas patitur exceptiones
iam deductas, nempe abraſionum, additio-
num, & præpoſterationis temporis in multis
folijs, ex quibus conſtat illum non fuiſſe diligen-
ter cuſtoditum ad formam Sacri Tridentini
Concilij de reformatione *Seſſ.* 24. & ſic minime
probare *Mounldus conſ.* 154. *num.* 13. *Canaleb.
deciſ.* 12. *num.* 13. *par.* 2. *Galin conſ.* 15. *num.* 6.
& 32. *Maſcard. de probat. concluſ.* 740. *num.* 4.

Aduertendum eſt pro conſtanti tenendum D.
Blancam, de qua agitur, vti talem ſolo nomine
Blancæ fuiſſe ſemper appellatam à dictis eius
Patre, & Patruo Herculę, etiam in tot actis, &
publicis inſtrumentis, atq; in diſpenſatione
conceſſa per Summum Pontif. de Blanca Can-
tona loquente; Prout publicationes matrimo-
nij, & matrimonium ipſum de Blanca tantum
verba facere liquet; Quemadmodum etiam
hanc eandem veritatem iuditialiter agnouiſſe
ipſoſmet DD. Deputatos Venerandi Hoſpitalis
conſtat, dum denunciari curarunt die 13. Maij
1645. Io. Baptiſtæ Cantono iuditium contra
ipſum Ven. Hoſpitale promotum per eandem
D. Blancam ocaſſone fideicommiſſi, de quo
agitur. Adeo quod in dubium nullo modo re-
uocari poteſt per Ven. Hoſpitale D. Blancam
41 alio nomine vocari *Muriſcot. var. reſol. lib. p.
cap.* 12. *num.* 51. vbi tradit identitatem probari
ex partis confeſſione facta in ſupplicatione.

His ſic ſtantibus luce meridiana clarius patet
Blancam Luciam deſcriptam in libro Baptiſma-
li non reſpicere, neq; continere perſonam D.
Blancæ, de qua agitur, cum valde diferat no-
men Blancæ Luciæ a nomine Blancæ, vt de ſe
42 patet, Diuerſitas enim nominis inducit diuer-
ſitatem perſonæ, *l. ſi idem cum eodem C. de codi-
cillis, Alex. conſ.* 96. *num.* 6. *lib.* 5. *Cephal. in l.
Centurio num.* 170. *ff. de vulg. & pupil. Bertazol.
conſ. Ciuil. p. num.* 84. *& conſ.* 80. *num.* 27. *Ho-
red. de beneſ. compatibil. c.* 8. *num.* 3. *Murilina.
deciſ.* 36. *num.* 7. *& Coſta conſ.* 15. *num.* 4. *&
conſ.* 44. *num.* 19. *Gratian. deciſ. Marchia* 67. *n.* 4.
Et ſicuti nomina adinuenta fuerunt ſignifican-
43 dorum hominum gratia; *§. ſi quis in nomine in-
ſtitu. de legatis, Mazol. conſ.* 55. *num.* 12. Ità
attenta nominis diuerſitate excluditur identitas
perſonæ, de qua per neceſſe, non per poſſibile
conſtare debet, vtſup. fuit dictum; ad hoc vt
deductum vitium illegitimitatis in Blanca Lu-
cia deſcripta in libro Baptiſmi, locum habeat
in D. Blanca, de qua agitur; Cum enim in iden-
titate perſonæ ſe fundet Ven. Hoſpitale, nem-
pe D. Blancam eſſe eandem deſcriptam in libro
Baptiſmi ſub nomine Blancæ Luciæ, qualita-
44 tem ipſam probare tenetur, *Menoch. conſ.* 495.
num. 41.

Certiſſimi verò iuris eſt differentiam inter nomen
Blancæ, & Blancæ Luciæ, ſaltem obſcurita-
45 tem, & confuſionem parere; Itaut ſecerni non
poſſit vtrum eædem, vel diuerſæ ſint perſonę (vt
diuerſas eſſe ſane liquet), quam obſcuritatem
vitiare quamcunq; diſpoſitionem etiam fauora-
46 bilem tritum eſt, *Io. Montaine tr. de collat. par-
lamentorum par.* 2. *ſub num.* 4. *regiſtr. in lib.* 16.
*tract. per l. duo ſunt Titij ff. de Teſt. tutela, Lau-
rent. deciſ. Auen.* 33. *num.* 4. Quia per nomen
equiuocum ſciri non poteſt, an magis de vna,
quam de alia perſona loquatur diſpoſitio, cuius
47 reſpectu nulla redditur *Dec. in cap. in praeſentia
ſub num.* 43. *de probat. Sebaſtian. Medices tr. de
deffin. qu.* 5. *num.* 7. *Silua conſ.* 57. *num.* 36. *quos
ſequitur Ludouiſ. deciſ.* 344. *num.* 5.

Quanto minus ergò dicendum eſt Blancam Lu-
ciam deſcriptam in libro Baptiſmi eſſe eandem
D. Blancam, de qua agitur. Eſto quod *non*
ſolum fauorabilis, verùm odioſiſſima dicitur
concluſio, quod ſub illa deſcriptione contínea-
tur D. Blança, vt illa illegitima, quippe ſpuria
reddatur.

Vt autem exemplis, & auctoritatibus etiam
cognoſcatur ſub nomine Blancæ *Luciæ* non ve-
nire D. Blancam; Hæc concluſio terminaliter
48 firmatur per *Surd. conſ.* 378. *num. p. cum ſeq. &
conſ.* 429. *num.* 67. *cum ſeq. plur.* qui loquitur de
legitimatione filij ex ſecundo viro ſuſcepti at-
tenta morte primi, concludendo auctor ipſe
non conſtare de identitate perſonæ, ideſt primi
viri, quem mortuum fuiſſe ſupponebatur. Eo
quia illius nomen (vt Ioannes, & ſimilia) in
Ciuitate frequentatum erat; Quo pacto ergo
probata dici poteſt identitas perſonæ in noſtro
caſu, in quo diuerſitas nominis interuenit, non
vniforme nomen, vt in caſu Surdi prædicti.

Prout magis etiam conferunt alia ſcripta in alio
caſu per eundem *Surd. in conſ.* 530. *num.* 13. *in
fine, & num.* 14. *cum ſeq. verſ. fienti enim*, dum
plures examinati teſtes ſuper morte primi viri
affirmauerant vidiſſe mortuum quendam Io-
annem Ombtaſium tali tempore; Alij vero te-
ſtes numero plures contrarium teſtati fuerant;
Qua ſtante contrarietate concludit dictus Au-
ctor plures fuiſſe perſonas eiuſdem nominis, &
cognominis contra regulam dicentem plurali-
49 tatem perſonarum non præſumi, *Pacia. conſ.* 8.
num. 36. *Felic. Alleg.* 72. *num.* 7. *par.* 2. Et ſic
non conſtare de identitate eius, de quo ageba-
tur, ad euitandam teſtium falſitatem, Quanto
magis ergo identitas hæc excluſa dicitur per
nominis diuerſitatem in hoc caſu, & hanc ſen-
50 tentiam comprobant *Vinius deciſ.* 203. *præſertim
num.* 14. *& Pacia. conſ.* 8. *num.* 39.

Conclusionem hanc firmat etiam *Cloffus conf. 38.*
num. 9. in fine, & num. 10. lib. p. tradens nomi-
na personarum, idest earum identitatem non
dici probatam, dum eo in casu in instrumento
diuisionum agebatur de Francischino olim An-
51 tonij; In libro vero æstimi descriptus erat Fran-
cischinus olim Laurentij.
Et quam sententiam amplectitur *Laurentius decis.*
Auenon. 33. num. 9. dùm in casu probandi ma-
trimonij quidam testis nomine Petrus Borrel
negabat se fuisse alias examinatum super dicto
matrimonio; Et esse Petrum Borrigues, quem
examinatum fuisse constabat, concluditq; ipse
auctor aliud esse Petrum Borrel, aliud Petrum
52 Borrigues, etiamsi differentia versaretur in vna
tantum syllaba *l. qui habebat ff. de manu numiss.*
testam. Laurent. dict. num. 9.
Deniq; ad tollendū quamcunq; etiam leuissimam
nebulam, hanc sententiam in proprijs nostris
terminis libri Baptismi plenissimè probat *Me-*
noch. conf. 714. num. 18. & 19. dum in eo casu
agebatur de probanda ætate cuiusdam Antonij
54 filij Bartholomæi Anechini, quam minime
esse probatam concludit per librum Baptismi,
in quo descriptus erat Franciscus Antonius filius
Bartholomæi Anechini, cum non constet de
identitate personæ, idest quod Antonius Ane-
chinus sit ille Antonius Franciscus Anechinus
descriptus in libro Baptismi; Præsertim quia
communiter vocabatur nomine tantum Anto-
55 nij etiam in publicis instrumentis, & contra-
ctibus, non autem Franciscus Antonius.
Et omni in casu saltem huiusmodi probatio identi-
tatis personæ dubia valdè, & ambigua esset, &
consequenter Ven. Hospitale probante minimè
56 releuaret, *l. non hoc C. unde legit. Surd. conf. 6 t.*
num. 15. Mariscot. var. resol. lib. p. c. 12. num.
34. & Mazol. conf. 55. sub num. 12. Resistente
præcipuè verisimilitudine, dùm solo nomine
Blancæ fuit semper vocata D. Blanca, vt di-
ctum est; Si etenim nomen etiam Luciæ illi
fuisset impositum, vt legitur in dicto libro Bap-
tismi, Vtique quod verisimiliter ambobus d.
nominibus fuisset à Parentibus, & a Patruo ap-
pellata, id quod eos minime fecisse testantur
examinati testes deponentes, quod Blancæ no-
mine tantu n ea appellabatur, vel saltem in tot
instrumentis celebratis, atq; in contractu ma-
trimonij, & dispensatione obtenta a Summo
Pontifice, dictis duobus nominibus fuisset appe-
lata, vt a communiter contingentibus obser-
57 uari certum est, *Dec. in cap. in præsentia sub nu.*
43. de probat. Sebat. Medices tr. de diffinit. q. 5. n.
7. Silua conf. 57. num. 36. quos seq. Ludouis. decis.
344. num. 5. & Thes. qu. famil. 44. num. p. lib.
4. Quod vero à verisimili remotum dicitur, non
caret suspitione falsitatis, vt in nostris terminis
58 probat *Ias. dict. conf. 168. nu. 6. lib. 4. Menoch.*
d. conf. 714. num. 22.
His accedit, quod in dubio quis natus præsumitur
tempore congruo, & sic præsumitur D. Blan-
cam natam fuisse post mortem primæ vxoris
59 dict. Iulij Cæsaris eius patris, *Bart. & cæteri in*
l. non solum §. sed, vt probari ff. de oper. non non-
cia. & in conf. 109. & in his terminis probat Ias.
cit. conf. 168. num. 7. lib. 4. Adeo quod ad eui-
tandum suspitionem falsitatis, atq; peccatum,
siue delictum, concludendum est D. Blancam
non esse eam, quæ descripta legitur in dict. libro
Baptismatis sub nomine Blancæ Luciæ die 5.
Septembris 1606. sed natam fuisse post illud
tempus, & sic mortua Margarita prima vxore
60 eius patris *Menoch. conf. 248. num. 35. & conf.*
503. num. 7. Cum identitas personæ minime
præsumi debeat ad euitandum peccatum, siue
61 delictum *l. si marito ff. pro socio Menoch. lib. 6.*
præsump. 54. num. 5. 17. 18. & 23.
Tanto magis, quia etiam ob bonam fidem Cathe-
rinæ matris, quæ erat forensis, legitima etiam
diceretur D. Blanca, etiamsi verè nata illa fuis-
set tempore, quo viuebat prima vxor eius ge-
nitoris (quod non admittitur) vt amplè dictum
62 fuit in alijs scriptis, & copiosissimè probat *Ias.*
d. conf. 168. plenè num. 8. & 9. lib. 4. Card. Pa-
leot. de noth. & spur. c. 9. num. p. & 6. Gratian.
cap. 468. num. 5. cum seq. & num. 60. & cap.
841. num. 32. cum seq. per glos. in d. cap. Tanta,
& nouisс. probat Carenzana tr. de part natur. &
legit. cap. 3. num. 5. de parent adit educat. sub
num. 57. vers. his accedet. Quam bonam fidem
in eadem argui scribit Cardinalis Paleotus eo
ipso, quod forensis erat, non Mediolanensis,
63 *Card. Paleot. cap. 9. num. 13. Lupus de illegit.*
coment. 4. §. p. sub num. 23. cum seq. & num. 30.
Quæ sententia ex eo fortius locum habet in hoc
casu, in quo non agitur de validitate matrimo-
nij, & sic de rebus spiritualibus, in quibus sola
veritas attenditur; Sed de legitimitate filiæ, in
64 qua sola opinio sufficit *Abb. inc. 2. in primo no-*
tab. qui filij sint legit. quem sequitur Ias. cit. conf.
168. sub num. 8. vers. & subijcit ibidem lib. 4.
Et his stantibus superfluum videtur de secunda
inspectione quærere; An scilicet descendentium
appellatione veniant naturales liberi, de qua
65 materia amplissimè *Nicolaus de Vbaldis tr. de*
success. ab intestato Nicol. de Vbaldis de success. ab
intest. par. p. à num. p. vsq. ad num. 50. præsertim
num. 6. cum seq. & num. 10. cum seq. & num. 46.
66 *cum seq.* Vbi sex species narrat eorum, qui
descendentes vocantur, inter quos non excludit
naturales, quos aliquando habiles esse ad suc-
cedendum admittit.
In Italia vero ex communi vsu, & consuetudine,
naturales, & spurij dicuntur, & reputantur de
67 familia, siue parentela, & portant insignia,
& arma familiæ, ita testatur idem *Vbaldus dict.*
tr. de success. Nicol. de Vbaldo cit. par. p. num. 53.
& amplè probat *Menoch. conf. 754. num. 16. post*
infinitos per eum relatos, & in tr. de præsumpt. lib.
4. præsumpt. 88. num. 14. Paleot. de noth. c. 33.
num. 8. Qui Auctor *in conf. 1065.* tradit spurium
posse succedere defficientibus legitimis, vel ijs
68 repudiantibus *Menoch. conf. 1065. num. 2. cum*
seq. plur.

Propte-

Propterea cum D. Blanca (quatenus etiam esset ea, de qua in libro Baptismi, quod omnino negatur) dicatur de familia Cantona effectiua, & ex descendentibus Testatoris, nulla alia existente persona de ipsa familia effectiua, sequitur, quod contineatur sub nomine vocatorum ad dictum particulare fideicommissum, & id circo ea ad illud admittenda venit.

A quo fideicommisso sicuti exclusum omnino dicitur Ven. Hospitale tanquam penitus, & notorie incapax, Ita in mora iam tribus elapsis annis positum mediante petitione D. Blancæ, ad fructuum perceptorum, & percipiendorum, vsq; ad effectualem relaxationem bonorum fideicommisso prædicto suppositorum, illud teneri indubitati iuris est, cum in mora, & mala
69 fide constitutum illud fuerit *l. certum C. de rei vendit. l. litigator C. de fruct. & litis expensis Randens. var. resol. c. 34. num. 22. cum seq.*

Non enim decet Pium locum, cui pietatem exercere est proprium, vt occupatis bonis indubitato fideicommisso suppositis, ad descendentes familiæ Cantonæ, effectiue, siue contentiue spectantibus, quorum non exiguus est numerus in hac Ciuitate, diu per iuris apices alterius opera circonducantur vocati, qui expensis frustantur, inter quos præcipuum locum obtinet D. Blanca, & sic impietatem quodammodo exerceret culpa eorum, qui sub vano prætextu tuendi iura Ven. Hospitalis aliena lacerant, & diripiunt, & sub clypeo huiusmodi defensionis priuatam exercent vindictam. Id quod DD. Deputatos viros integerrimos pro eorum pietate vlterius non esse laturos pro certo habet D. Blanca; Et ita &c. sub censura &c.

Mediol. die 18. Ianuarij 1648.

Iulius Cæsar Caluinus.

P R O

D. Blanca Tadina Cantona;

Contrà

Fratres Cantonos, & Ven. Hospitale Maius Mediolani.



De particulari fideicommisso constituto a q. Hieronymo Cantono, sub quo supposuit Hospitium, & Datia imbotatus Paderni, atq; eius domum magnam sitam propè Ecclesiam Rosæ in hac Ciuitate Mediolani, non est hæsitandum; dum Testator persequentia verba fideicommissum constituerit anno 1591.

Et prohibeo, ac prohibeo omnem alienationem Datiorum imbotatus, & Hospitij loci Paderni ac domus meæ, in qua de præsenti habito, itaut nunquam alienari possint, neq; obligari ex aliqua causa, etiam dotis, & priuilegiata. Quia volo, quod Datia imbotatus, & Hospitij, nec non Domus Mediolani semper ea in perpetuum remaneant in hæredibus, & descendentibus, ac descendentium descendentibus, & INFAMILIA, & vbi cesset familia EFFECTIVA, quod vocata sit familia compræhensiua.

Ex hac enim prohibitione alienandi ad hoc, vt Domus, Hospitium, & Datia perpetuo remaneant in descendentibus descendentium Testatoris, & in familia, resultare perpetuum fidei-
70 commissum probat *Socin. sen. in l. si cognatis num. 18. ff. de rebus dubijs, & in cons. 57. lib. 3. Dec. cons. 38. num. p. Decian. cons. 50. num. 12. Galia cons. 17. num. 24. Menoch. cons. 376. num. 45. cum seq. Rimin. iun. cons. 544. num. 10. cum seq. plur. & num. 32. Petra de fideicom. qu. 5. num. 43. Peregr. cons. 38. num. 6. lib. 3. & post eos, Fusar. de substit. qu. 688. num. 14. & nu. 95.*

Hoc stante fideicommisso, ad quod concurrunt D. Blanca Cantona neptis ex q. Iulio Cæsare filio D. Testatoris, & sic vnica ex eius descendentibus, & fratres Cantoni legitimati per subsequens matrimonium. Perspicuum est præferri debere D. Blancam tanquam vnicam ex familia effectiue Testatoris, & primo loco vocatam, exclusis dictis fratribus in familia contentiua compræhensis, & sic vocatis in defectum tantum familiæ effectiuæ.

Quia subsistente familia effectiua, locus factus non est familiæ contentiuæ iuxta dispositionem Testatoris, quam omnino esse obseruandam est *Tex. apertus in §. dispon. & in Auth. de nuptijs.*

Quod autem D. Blanca dicatur de descendentibus Testatoris, & de eius effectiua familia, habemus, *Tex. in l. liberorum, & l. cognoscere §. liberorum; ac l. non est sine libe. is ff. de verb. signif. ac l. volentas C. de fideicommiss.* ac probat *Menoch. cons. 197. num. 37. cum seq. plur. & n. 61.* maxime quando non superiunt alij ex dictis descendentibus, vt probat idem *Menoch. cons. 309. num. 36. & cons. 318. num. 17. cons. 410. num. 25. cons. 522. num. 2. & cons. 625. num. 11. ac latè probat. Peregr. de fideicommiss. art. 14. num. 37. & art. 25. num. 8. & in his terminis, scribit Cephalus cons. 134. num. 49. Gabriel cons. 132. num. 45. vers. & quamuis lib. p. & idem Peregr. cons. 42. num. 10. lib. 5.* qui omnes vno ore affirmant feminam descendentem a Testa-
73 tore, vocatam dici ad fideicommissum constitutum fauore descendentium ex ipso Testatore, vt in hoc casu pro absoluto habetur.

Neq; vim facit, quod Testator in prima reciproca substitutione facta inter eius filios decendentes sine filijs requisiuerit qualitatem, idest sine filijs legitimis, & naturalibus, & de legitimo matri-
74 monio procreatis; quam qualitatem deficere in dicta Blanca supponitur, dum ea legitimata dicitur per subsequens matrimonium iuxta dispositionem *cap. tantauit, qui filij sint legitimi, & §. sed, & alius in Auth. quibus modis natura les efficiantur legitimi, de qua Gratian. lib. 2. discep. forens cap. 218. num. 12.*

Quando

Quandoquidem licet Testator qualitatem illam
requisiuerit in dicta reciproca substitutione fa-
cta inter eius filios, Non tamen eam requisiuit,
siue repetijt in alia substitutione respiciente
hoc particulare fideicommissum, prout illam
75 non esse, nec præsumi repetitam, probat *glos.*
in l. in repetendis ff. de leg. 3. & in l. Titijs §. idem
respondit ff. de verb. obligat. vbi Ias. num. 5. Capra
cons. 35. num. 19. & cons. 70. num. 8. Rimin. sen.
cons. 224. num. 68. lib. 2. Corn. cons. 129. in fin.
lib. 2. Paris. cons. 38. num. 28. lib. 2. & latè docet
Menoch. cons. 217. cum seq. qui loquitur de te-
stamentaria dispositione D. Io. Triuultij, prout
hoc idem in contract. procedere probat ipse
76 Auctor *in cons. 111. num. 21. cum seq.*

Personarum etenim diuersitas non patitur, vt qua-
litas, quæ in vna requiritur, censeatur repetita
77 in alia, vt præter adductos scribit *Alciat. cons.*
96. num. 25. vers. tertio. Nam dùm Testator
reciprocè substituit eius filios alijs decedentibus
sine filijs, voluit, vt ij nati sint, & procreati
ex legitimo matrimonio. In secunda vero sub-
stitutione vocante alios descendentes descen-
dentium, qualitatem ipsam omisit, idcircò non
illam requiri dicendum est. Quia si illam vo-
luisset Testator proculdubio etiam in eo casu,
78 sicut in alio, expræssisset, *l. vnica §. sit autem c.*
de caduc. tol. Decian. cons. 57. num. 49. cum seq.
lib. p. & Menoch. cons. 349. num. 10. & amplè
probat Gioagn. cons. 58. nu. 11. & cons. 63. n. 36.

Quemadmodum dicitur, quando Testator voca-
uit filios masculos in vna parte testamenti, &
in alia simpliciter vocauit filios. Quia tunc in-
telligitur vocasse in secunda parte tàm fæmi-
nas, quàm masculos, cum repetita in secunda
substitutione non censeatur qualitas masculini-
79 tatis, ita probat *Ias. in l. qui filiabus num. 3. ff.*
de leg. p. & in cons. 42. col. 6. lib. 2. Ruin. cons.
93. num. 15. lib. 2. Paris. cons. 30. num. 27. lib.
2. Socin. iun. cons. 100. num. 20. lib. p. quos sequi-
tur Menoch. cons. 349. num. 9. & in dubio filiam
filij instituti nòn esse excludendam à substitutio-
80 ne probat idem *Menoch. cons. 577. num. 4.*

Quo verò ad qualitatem legitimationis, de qua
plenè constare dicitur per attestationem Paro-
chi S. Vincentij in Prato, dum natam fuisse D.
Blancam testatur tempore, quo Iulius Cæsar
eius Pater erat solutus, id amplè etiam fuit co-
gnitum ex declaratione non solùm per illius
patrem, verùm etiam per D. Herculem Pa-
truum, quam ex eius fratre neptem vocauit,
aluit, matrimonio copulauit, & fraternam
hæreditatem ei renuntiauit per publica instru-
81 menta, vt abunde probat *Rota decis. prima par.*
prima in nouiss. & tradit Hodier. ad Surdum decis.
14. & quam qualitatem abundè probauit D.
Blanca coram I. C. D. Reina, quarum proba-
tionum virtutem, & efficaciam locum habere
82 in hoc iuditio censuit Sen. Excellentiss. anno
præterito 1645. die 22. Iulij.

Domus vero dicto fideicommisso particulari sup-
posita integra intelligitur, etiamsi nunc in dua-
bus habitationibus diuisa reperiatur, quidquid
in contrarium prætendat Ven. Hospitale, cuius
DD. Deputati agnoscentes vinculum fideicom-
missi iuditialiter obtulerunt relaxare partem
dictæ domus a Testatore relictã ei, cui fuisset
iudicatum per Egr. Prætorem, quamuis inte-
gram domum in duabus habitationibus nunc
diuisam dimittere teneantur.

Ad quod probandum duo consideranda veniunt,
alterum; quod domus appellatione venit inte-
gra domus, non illius pars, vt amplè probat *Io.*
83 *de Amicis cons. 1. num. 6. & 7.* vbi dat exem-
plum de corpore, quod consistit in manibus,
pedibus, brachijs, & alijs membris, & post
Zasium tradit *Rebuff. in d. l. locus ff. de verb. signif.*
quæst. 60. vers. idem dicimus de domo, & post
eos probat *Rhand. cons. 35. num. 22. lib. 2.* cum
domus constare dicatur ex solo, & superficie,
84 *l. eum qui de vsucap.* & probat *Corn. cons. 203.*
85 *num. 1. lib. 1.* siue ex solo, parietibus, & tecto,
vt per *Glos. in l. solum, ff. de rei vendic. & subijcit*
86 *ibidem Corn.* vt etiam dicitur de fundo, quod
petitum, totum petitum esse videtur, *l. si in*
rem, ff. de re vendic. vt inquit Rebuff. loco citato
vers. item in iudicijs.

Alterum, quod Testator disposuit de domo, in qua
tempore conditi testamenti inhabitabat, quod
87 tempus omnino esse attendendum probat
Alex. cons. 232. num. 3. in fine, & num. 4. lib. 2.
Cranet. cons. 234. sub num. 2. Io. de Amicis cons.
1. sub num. 7. Eng. cons. 66. num. 54. cum pluri-
bus quos sequitur Gioagn. cons. 33. num. 2. Gratian.
d. cap. 126. num. 7. & 8. Facto enim legato vxo-
88 ri, vel aliæ personæ de domo, ea relicta cense-
tur, quam Testator habitare consueuerat, vt
post alios probat *Menoch. cons. 329. num. 12.* &
nouissimè tradit *Gratian. lib. 1. discept. for. cap.*
126. num. 7. 8.

Quam integram domum inabitare Testatorem
tempore conditi testamenti fuit probatum per
D. Blancam coram DD. Consultore Reina cita-
to ipso Ven. Hospitali, & quam probationem
afficere etiam fratres Cantonos in hoc iuditio
89 censuit Sen. Ex. anno præt. 1649. die 21. Iulij re-
90 ferente Ampliss. D. D. Senatore Petracino,
idcircò integram domum omnino esse relaxan-
dam per Ven. Hospitale dicendum est.

Quam conclusionem, quod scilicet tota, & inte-
gra domus fideicommisso prædicto supposita
fuerit, suadet non solùm ratio respiciens conser-
uationem familiæ Testatoris, quam magnifa-
ciunt Scribentes, vt post infinitos alios probat
91 *Decian. cons. 1. num. 317. cum seqq. plur. lib. 1.*
& sequitur *Card. Mant. de coniect. vlt. volunt.*
lib. 7. cap. 1. num. 24. Gioagn. cons. 26. num. 12.
& Peregr. de fideic. art. 1. num. 23. & 24. ac nu.
43. & seq. Raudens. cons. 25. num. 30. & cons. 38.
num. 10. quia in vltimis voluntatibus fit larga
92 interpretatio, *Cran. cons. 234. num. 1.* Fauorq;
causæ præponitur fauori rei, vt post alios fir-
93 mat *Dec. cons. 109. num. 4. per cap. ex litteris*
de probat. & l. Iulia ff. de manumiss. Verùm

etiam, quia pars illa domus non contenta in oblatione facta per Ven. Hospitale in est sub eadem domo oblata, quæ connexa, nedum accessoria est, non autem separata, quamuis nunc diuisim habitata, quo casu illam contineri sub
94 domo fideicommisso supposita perpendit, *Crau. cons. 234. num. 2. vers. Secundo, in casu nostro, & sequitur Gabriel cons. 94. num. 12. lib. 2.* & post eos tradit *Gioagn. cons. 33. num. 5.* in fine, & *Gratian. lib. 1. discep. forens. cap. 126. num. 12. cum seq.*

Et eò fortius procedit conclusio esto quod legata domo venire etiam hortum ad domus commo-
95 dum emptum probet *Bald. in l. Olimpieo ff. de serui verb. prad. Io. de Amicis d. cons. p. num. 7. Alex. cons. 233. in princip. lib. 2. Cephal. cons. 244. nu. 15. & seq. Simon de Pratis d. interprat. vlt. volunt. lib. 4. interpr. 1. dub. 30. num. 30. tit. 2. num. 36.* quos sequitur *Surd. cons. 195. num. 3.* & tradit *Raudens. cons. 36. num. 1. lib. 2. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 9.*

Reliquum igitur erit, vt Sen. Excellentiss. dignetur decernere subesse fideicommissum particulare continens integram domum, ac hospitium, atque datia imbotatus Paderni, illudq; spectare D. Blancæ Cantonæ vnicæ ex descendentibus, & ex familia effectiua Testatoris, & perinde sibi esse relaxandam integram dictam domum cum hospitio, & datio imbotatus, vna cum fructibus hucusq; à die mortis q. Herculis, per quam factus ex locus substitutioni, cum in mora statim fuerit constitutum Ven. Hospitale per interpellationem primò extraiuditialiter, deindè iuditialiter factam per D. Blancam, & ità iuris esse arbitror, sub correctione &c.

Mediolani 15. Maij 1651.

Et ita censuit Excellentiss. Senatus die 2. Augusti 1651. Referente Amplissimo D. Senatore Andrea Alifero, decernendo condemnandum esse Vener. Hospitale ad relaxandum prædictam domum integram, & datia imbotatus, atquè hospitiũ Paderni vna cum fructibus perceptis à die litis contestatæ per D. Blancam contra d. Hospitale.

Iulius Cæsar Caluinus.

SVMMARIA.

Creditori etiam inuito dantur bona in solutum iusto pratio num. 1.

Quod vigore Non. Constit. *procedit deducta tertia parte iusti pratij num. 2. & 13. Limitatur conclusio in pluribus casibus num. 3. & 5.*

Inclusio vnius est exclusio alterius num. 4.

Debitor diues dicitur agere contra aequitatem dando in solutum tot bona loco pecunia nu. 5. & 6.

Decretum Senatus in ea materia nu. 9. & 12. & 15.

Æmulatio euitanda num. 7. & 8.

Io. Bragberij Senatoris mentio num. 10. & D. Senatoris Gabrielis de la Hoz. num. 11.

Dotis fauore, vt ea restituatur, subhastantur bona debitoris numero 14.

Io. Guidoboni Canalchini Senatoris mentio num. 16.

Casus inopinatus ad debitoris praiuditium operatur, vt recedatur à Non. Const. num. 17. 19.

Renuntiatio benefitio constit. & iuramento intelligi debet rebus sic stantibus num. 18.

Ad impossibilia quis cogi non debet. num. 20.

Clerici gaudent benefitio nouar. constitu. num. 21.

Hares cum benefitio inuentarij assignat Creditoribus tot bona iusto pratio loco pecunia num. 22. & 23.

Debitor e aptis pignoribus mobilibus citatur ad videndum ea vendi plus offerenti num. 24.

Expensa licitationis deducuntur prius ex pratio rei ad hastam vendita num. 25.

Creditor accipiens bona in solutum, alio non declarato, dicitur accipere pro toto debito num. 26.

Æstimatio immobilium pracedere debet subhastationem num. 28. & 29.

Creditor ex causa pratij rei vendita non videtur accipere bona in solutum, idem in restitutione pratij pro recuperatione bonorum num. 30. vel euictione causa d. num. 30.

Correlatiuorum eadem est disciplina num. 31.

Rescissio contractus ob lasionem locum habet tàm in venditore, quàm in emptore num. 32.

Debitor, qui bona in solutum dare intendit, debet exhibere instrumenta acquisitionum dictorum bonorum num. 33. & 34.

Facultas dandi tot bona in solutum creditori deducta tertia parte iusti prætij, ex dispositione *Nouar. Constit. in titulo de bonis, in solutum dandis*, aliquando ÆQVITATE suadente locum non habet.

CAP. CCLXIII.



1 PRobatum fuit supra in *cap. 44. lib. 1.* Inuito etiam Creditore dari in solutum eidem bona debitoris iusto prætio, ex dispositione *Auth. Non nisi debitor C. de solut. & §. quoad autem in Auth. de fid. instru.* qui textus in ÆQVITATE fundati sunt, vt inquit *Costa remed. subsid. 3. in prin.* Quia per eos temperatur iuris rigor, vt tradit *Surd. decis. 30. num. 10.* scribit *Lauret. decis. Auenion. 132. sub num. 3. vers. imò datia,* & deducta tertia parte iusti præ-
2 tij prouiderunt *Nou. Constit.* in hoc Dominio *in tit. de bonis in solutum dandis §. molesti quandoq;* vbi in fine excipitur casus debitorum ex causa ficti simplicis, vel libellarij, sub quo venit etiam census, pensionis, & crediti, adiutorij Massaritij, expensarum litis, mercedis, depositi veri, & realis, prætij rei venditæ, onerum
3 datiorum mercimonij, litterarum cambij veri, & realis

& realis fideiussionis, & redemptionis captiuo-
rum; ita vt iuxta regulam, quod inclusio vnius
4 est exclusio alterius *vulg. l. cum Prætor §. 1. ff. de
iudic.* de qua *Menoch. cons. 351. num. 11. & cons.
583. num. 11.* Pro alijs casibus omnibus bona
in solutum dari posse dicendum videtur.

De ÆQVITATE temen solet aliquando Senatus
5 contrarium obseruare, cogendo scilicet debito-
res ad soluendum debitum in pecunia numera-
ta, etiam si debitum non sit ex exceptuatis in
Nou. Constit. Quando scilicet debitor est Diues,
è contra Creditor pauper; namq; tunc contra
6 ÆQVITATEM agere dicitur debitor diues,
qui loco pecuniæ numeratæ debitum soluere
intendit per assignationem tot bonorum, dedu-
cta tamen tertia parte iusti prætij, cum tunc
ad emulationem potius (ne dicam perfidiam)
quam quod necessitate motus bona assignare
velle dicatur, quæ emulatio, & defatigatio om-
7 nino euitanda venit *l. opus nouum ff. de oper. pu-
blic. c. Pisanus in fin. de restitut. spoliato*, cum id
dolo, & animo nocendi fieri dicatur, quod
proximo nocet, & facienti nihil, vel parum
8 prodest *Salic. in l. altius l. defernit, & aqua, Fa-
ber sua Instit. in tit. de lege Fusia Canina. toller.*
& post multos alios probat *Menoch. lib. 1. præ-
sumpt. 29. num. 23. cum seqq. plur. & in fine nu.
28.* de qua materia mera ÆQVITATE sua-
dente actum fuit supr. *in cap. 30. nu. 112. lib. 1.*

Et ita censuit Senat. Excellentiss. die Lunæ 23.
9 currentis mensis Martij 1654. Referente Am-
pliss. D. Senat. Io. Bragherio fauore N. paupe-
10 ris contra D. Antonium Franciscum Fossanum
notoriè diuitem, & debitorem D. Mulieris au-
reorum mille, ratione dotis sibi promissæ.

Prout die 23. Augusti 1653. referente Ampliss. D.
11 Senatore D. Gabriele de la Hoz. sequendo ean-
dem ÆQVITATEM, censuit Senat. Excellen-
12 tiss. D. Rozonum teneri soluere in pecunia nu-
merata aureos octo centum circiter debitos
cuidam mulieri Bergomensi ratione mutui, reie-
cta oblatione dandi bona in solutum, motus
præcipuè ea ratione, quod mulier ipsa tanquam
extera non erat molesta debitori, adeò vt illum
carcerari faceret, atq; etiam, quia iniquum
videbatur, vt mulier forensis bona stabilia in
alieno Dominio loco pecuniæ consequeretur,
præsertim mediocris valoris, quæ deindè incul-
ta quodammodo, & infructuosa penitus sibi re-
mansissent.

Et quamuis ex Senatus Consultis pluribus sæpius
censuisset Senatus, vt pro restitutione dotium
13 assignarentur tot bona stabilia, deducta tertia
parte iusti pretij, ad formam dictarum *Constitut.*
vt censuit die 10. Ianuarij 1608. in causa resti-
tutionis dotis inter hæredes Octauij Reuertæ,
& Annam Coriam, decernendo dotium debito-
res non posse vti benefitio *nouar. constitut. de bo-
nis in solutum dandis*, nisi earum forma ad vn-
guem seruata, tam circa deductionem tertiæ
partis iusti valoris, quàm circa alia omnia, cir-
cunscribendo quascumq; alias declarationes in
contrarium aliàs factas, de quo testatur Tortus
ad statuta Papiæ 91. *in ciuil. num 47.* & nouissi-
mè ob deteriorationē bonorum causa belli de-
cernere solet, vt bona sub hasta venderentur,
14 & ex eorum prætio dos in pæcunia solueretur,
& hoc præsertim fuerit ordinatum superioribus
annis fauore D. Marchionissæ Placidiæ Vicecco-
mitis; Nihilominus ÆQVITATEM in omni
iuditio sequendo contrarium censuit Senat. Ex-
15 cellentiss. eodem mense Augusti 1653. fauore
D. Mariæ Croceæ Vigurræ Derthonensis refe-
16 rente Ampliss. D. Senat. Io. Guidobono Ca-
ualchino decernendo, vt assignarentur D. An-
næ Marenghæ Vxori D. Ribrochi Derthon.
tot bona pro dotium restitutione ad iustam æsti-
mationem, & absq; detractione tertiæ illius
partis, motus præcipuè ea ratione, quod licet
plenè non constaret de solutione dotis facta
primo viro, sororio eiusdem D. Mariæ; Atta-
men bona fide ille relaxauerat D. Mariæ tot
bona iusto prætio, quæ deinde vili prætio adha-
stam vendita fuerunt instantibus dictis Iugali-
bus, qui pro modica summa bona magni valo-
ris consequti fuerant.

Non omittitur etiam, quod ob casum inopina-
tiuum debitori superuentum, ob quem debitum
in pecunia per soluere impeditur, debitor excu-
17 satur in casibus per *Constitut.* vt supra exceptis;
ita vt in ijs etiam ob infortunium inopinatum
admittatur ad dandum bona in solutum, etiam
si expresse renuntiasset huic benefitio, quod
magis est, & cum iuramento, quia renuntiatio,
18 & iuramentū debent intelligi rebus sic stanti-
bus *l. quod seruius*, vbi *Ias. ff. de condit. ob caus.*
& probat *Bertaz. claus. 41. glos. 5. sub num. 4.
19 vers. Est verum*, cum ÆQVVM sit, ac videa-
tur; vt inopinatissimo infortunio debitori
sucurratur, cuius contrarium tenet expressè
20 *Gozad. cons. 32. num. 17.* ÆQVVM enim, &
rationabiliter videtur, ne quis cogatur ad im-
possibile, *c. impossibilium de regul. iur. & sup.
cap. 44. num. 8.*

Harum vero *Nouar. Constitut.* benefitio gaudent
etiam Clerici, cum illis faueant, vt perpendit
21 *Bursat. cons. 181. num. 3. lib. 2.* & amplè pro-
bat *Costa in eius memor. in verb. Clerici ligantur*,
quos sequitur *B.mius cons. 236. num. 28. lib. 3.*
dicens, quod nemo cogi potest ad id, quod fieri
nequit.

Quæ sanè *Constitution.* locum non habent in hære-
de cum benefitio legis, & inuentarij, vt benè
22 probat *Ias. in l. fin. §. si præfatam num. 14. C. de
iur. deliber. Rolan. tract. de inuent. fol. 86. Plotus
in l. si quando num. 290. C. vnde vi*, qui ideirco
bona hæreditatis pro iusta estimatione dare in
23 solutum potest Creditoribus, vt suprà dixi *cap.
44. num. 36. & 37. vbi num. 38.* alij excipiuntur
casus, in quibus limitantur constitutiones.

Facta vero executione in mobilibus citatur debi-
tor ad videndum subhastari, & ea vendi plus
24 offerenti, & postea prætium traditur creditori
cautione data *l. 1. §. fin. C. de iure dot.* nempè

deductis prius expensis, licitationis gratia factis
25 per *text. in l. 1. ff. si iu cauf. Iud.* Vel non reper-
to emptore poterit Iudex decernere, quod res
Creditori insolutum dentur, quas si simpliciter
accepit, pro toto debito accepisse videtur; Ideò
bonum est, vt pars declaret, pro qua quantita-
26 te accipit, vt sit ius ei saluum pro residuo *l. si
ex maiore C. de exception. & l. fin. C. de iur.
dotium*, & amplè scribit *Rebuff. ad constit.
Regni tit. de lit. oblig. art. 12. glos. prima sub
numer. 8. vers. quaro bonis molibus, & numer.*
27 *seq. plur.* & si dolus, vel fraus interuenerit in ci-
tatione, iterum fieri debet licitatio, vt declarat
idem *Rebuff. in tract. de sequest. ar. 1. glos. 7. fol.*
813. In subhastationeq; immobilium præcede-
re debet æstimatio, alias nulla erit subhastatio.
28 *l. si quoi C. de rescind. Vendit. vbi Castren. & Salic.*
ac tradit *Afflic. decis. 358. num. 5. Rol. cons. 32.
num. 34. lib. 1. Franch. decis. 54. num. 7.* quos
29 sequitur *Tortas ad statut. Papia 48. num. 41.* &
præcipuè hoc est seruandum, quando bona
dantur in solutum ipsi Creditori, vt tradit *Re-
buff. d. art. glos. vna sub num. 11. vers. & quando.*
Dum autem *noua constit.* excipiunt ab eorum be-
nefitio dandi bona insolutum debitori pro præ-
tio rei venditæ, Idem intelligi debet in causa
restitutionis prætij faciendę emptori, vel vigo-
30 re retractus, siuè ex causa euictionis, quia tri-
tum est correlitiuorum esse candem discipli-
nam, & dispositum in vno locum habere & in
31 alio *l. fin. C. de indit. vidu. toll. & l. 1. & 2. C.
de supras. lib.* 10. & expresè scribit *Rebuff. ad
constit. Regn. tit. de rescis. contract. art. vnic. glos.
15. num. 4. fol.* 436. Vbi scribit rescisionem ra-
32 tione læsionis habere locum tam in venditore,
quam in emptore.
Isq; qui bona in solutum dare intendit, exhibere
debet instrumenta acquisitionis huiusmodi bo-
33 norum, vt constet de Dominio debitoris *Ro-
man. cons. 163. num. 5. vers. quinimo per l. apud
Iulianum §. si Titius ff. de legat. 1. & l. si nomen
ff. de hered. vel act. Vendit. & l. si instrument. C.
de fideius.* aliter obligatio diceretur illegitima,
34 & nulla declaranda veniret. *Oldrad. de rescrip.
pralud. 7. tit. litter. Principum sub. num. 239.
prope finem verum stante in fin.*

SVMMARIA.

Donatio inter virum, & vxorem dicitur nulla num. 1. Ratio affertur num. 1. & 2.

Limitatur, si matrimonium non tenet num. 3. & 4.

Matrimonio anullato, debetur dimidia donatorum sponsa, si osculatus est eam sponsat, & etiam haredibus sponsa num. 5. & 6. 7.

Declaratur procedere fauore sponsa, si ea ignorabat impedimentum num. 8.

Sponsa grauata dicitur per osculum num. 9. Vir verò de eo gloriatur num. 10.

Viro donante sponsa lucrū sibi querendum, non quasitum, sustinetur donatio num. 11.

Sponsus validè donat sponsa etiam si traditio vel donata sequatur post matrimonium num. 12.

Donatio reciproca inter virum, vxorem, valet nu. 13.

Donatio antè nuptias facta augeri potest aucta dote, & sic proportionaliter num. 15.

Vir potest facere donationem propter nuptias, si nulla facta fuit, & aucta est dos num. 16.

Dos diminui potest constante matrimonio, item & donatio num. 17.

Donatio facta vxori per maritum senem valet num. 18. Idem in donatione facta per maritum ignobilem num. 19.

Donatio facta inter virum, & vxorem, si est inualida, morte confirmatur num. 20. 21.

Vxor potest donare marito gratia honoris, vel dignitatis adipiscenda num. 2. & seq.

Donatio facta per coniunges post annum contracti matrimonij valet, si filios non procrauerint nu. 25.

Donatio ex legibus Hispanicis inter virum, & vxorem susceptis filijs reuocatur pro quatuor partibus num. 26.

Vxor decedente viro lucratur de iure communi vestes, annulos, & iocalia num. 27.

Donatio facta vxori per maritum ad reficiendam domum valet num. 26.

Ciuitatem deformem aspectu aborrent leges nu. 27.

Donatum à viro vxori in itinere, vt se ad domum viri reciperet, donatum videtur in domo Patris vxori num. 28.

Annuli necessarij ad matrimonium contrahendum non veniunt sub donationis nomine num. 29.

Annulus, quo fuit desponsata vxor, si erat alienus, & postea restitutus, si maritus alium emit, iste succedit loco primi, & vxori debetur n. 30. & 33.

Donatio inter sponsos valet num. 31.

Vxori tradita per virum si non apparet fuisse donata vsus gratia data videtur, & restituenda veniunt num. 32.

Consuetudo loci domicilij vxoris attendi debet circa lucra nuptialia num. 34.

In dubio ad vsum tantum tradita censentur vxori per virum num. 35. & 36.

Dona sponsa ex consuetudine mitti solent num. 37. & eorum donatio valet, prasertim si res missa sint parui, ac minimi valoris num. 38.

Donandi animus colligitur inter coniunctos ex rei modicitate num. 40.

Mariti haredes repetentes ornamenta probare tenentur eo esse magni valoris num. 41. Et quod tradita fuerant à marito num. 42. si verò è contra mulier ea petit ab haredibus viri, onus habet probandi num. 43.

Donata ornamenta prasumuntur per maritum, quando agitur inter nobiles, & diuites num. 44. & 45.

Nobilium est proprium exercere liberalitatem nu. 46.

Largitas facit homines claros, & famosos num. 47.

Dare beatius est, quam accipere num. 48.

Dionisij Siracusanorum Tiranni sententia Sapientissimi Regis num. 49. Liberalitas eiusdem num. 50.

Pompei Magni liberalitas num. 51.

Principem nihil magis decet, quàm liberalitatem exercere num. 52.

Principis, & caeterorum Nobilium promissio, pro facta

facta habetur num. 53.

Comitissa Matildæ summa liberalitas num. 54.

Alexandri Magni liberalitas maxima num. 55.

Alexandri Magni liberalitas à Seneca inclusa nu. 56.

Antigonus vti auarus reprahenditur num. 57. & 58.

Alphonsi Regis Castellæ summa liberalitas num. 59. & 60.

Statutu Mediolani canetur mulierem lucrari dotim, & omnia ex causa parata, si filij non supersint; aliter liberis existentibus, aliter excludantur vestes nuptiales, iocalia, & alia pratiosa num. 61.

Maritus non detrahit à dote expensas factas in illius recuperatione num. 62.

Parata à Viro primæ Vxori, & tradita secundæ, veniunt in paratis dictæ 2. Vxori num. 63.

Parata per maritum vxori, si distracta deindè per maritum fuerant, non veniunt restituenda n. 64. 65. Limitatur conclusio, si facta fuisset probabiliter pignoratio omnium bonorum mariti num. 66.

Parata ad promiscuum vsum viri, & vxoris non debentur vxori num. 67. Limitatur, vbi legata fuissent serica, linea, & lanea per maritum num. 68.

Paratorum nomine veniunt vestes incisa panes futorem existentes num. 69.

Perla alteri rei annexa non veniunt appellatione paratorum num. 70.

Parafrenalia linea, serica, lanea, & similia per vxorem ad viri domum allata decenio consumpta censentur num. 71.

Iudicis arbitrio hoc relinquitur num. 72.

Parafrenalia dicuntur bona mobilia per vxorem allata ad domum mariti, præsertim ratione sui proprij vsus num. 73. Quæ per matres sponsarum tradi solent num. 74.

Donatio inter Virum, & Vxorem, licet regulariter sit inualida, sustineretur nihilominus in pluribus casibus.

CAP. CCLXIV.

DOnationem inter Virum, Vxorem nullam esse voluit *Vulp. in*
1 *l. 1. & tot. tit. ff. de donat. inter vir. & vxor.* ea ratione, ne mutuo amore se inuitem spoliarent Vir, & eius Vxor, cui dispositioni confert Sanctio Imperatoris Iustini *in l. cum multa C. de donat. ant. nupt. & l. 3. §. sciendum autem eod. tit.* hinc dixit Imperator Antoninus *maiores nostri inter Virum, & Vxorem donationes prohibuerunt, amorem honestum solis animis estimantes, famæ etiam coniunctorum consulentes; ne concordia pretio conciliari videretur, neuè melior in paupertatem incideret, deterior di-
2 tior fieret.* De quo idem *Vulp. in l. hac ratio ff. eod.*

An autem prohibitio huiusmodi, quam Cæsar dis-
3 posuit tex. *in d. l. hac ratio §. Videamus.* Quando matrimonium non tenet ex aliquo impedimento, & eo casu valere donationem statuit ibidem I. C. (& si iniquum videatur, vt melior sit conditio eorum, qui deliquerunt, idest, qui contra legem matrimonium contraxerunt) contineat rigorem, vel potius ÆQVITATEM concludit *Bald. in cod. §. videamus*, quod de
4 Rigore valet donatio, si matrimonium non tenet, secus de ÆQVITATE, subijciens, quod ille, qui deliquit, non est magis capax, quàm innocens.

Huius ÆQVITATIS intuitu distinguunt D.D.
1 inter casum, quando matrimonium non habet locum re integra, ob affinitatem inter sponsum,
5 & sponsam patefacta, vel ratione mortis alicuius ex ipsis superueniente, siuè quouis alio impedimento legitimo; inter casum, quando sponsus iam osculatus est sponsam. Primò enim casu donatio per sponsum facta resoluitur in totum; Secundo vero casu resoluitur tantùm pro dimidia parte fauore sponsæ respectu sibi donatorum à sponso; Respectu enim ad donata per sponsam sponso in totum reuocantur, & mulieri
6 restituenda veniunt *l. si à sponso C. de donat. ante nupt.* Quia quo ad eam omne donatum sibi debet restitui, & habebit medietatem rerum per sponsam donatarum, si osculum interuenit, alias totum restituet, & sibi, aut eius hæredibus restitui debet, tam si interuenit osculum,
7 quàm si non interuenit *d. l. si à sponso in fin.* ità probat *Palac. rub. in cit. tract. de donat. inter virum, & vxorem §. 3. sub num. 5. versic. si autem per casum pag. mihi 8.*

Si tamen sponsa impedimentum ignorabat, quia vbi illud sciuisset, locum non habent donatio,
8 neq; in parte *d. l. si à sponso*, vt ibidem notat *Palac. rub. vers. & intellige illud.*

Ratio diuersitatis inter vnum, & alterum casum esse potest, quoniam sponsa vtroq; casu gra-
9 uatur, & verecundia afficitur cum rubore, cum quodammodo præstiterit loco desiderati amplexus spōso, ille verò osculo redditur alacrior, per quod mulieri obesse dicitur, dùm fortè propter huiusmodi osculum difficilimè alterum Virum inueniet; Viro autem nihil hoc nocet,
10 vt perpendit *Palaea. rub. d. §. 3. in fine.*

Limitatur tamen conclusio circa prohibitionem donationis inter Virum, & Vxorem, quando donatio facta non est de proprio ipsius Viri donantis, propter quod videtur effici pauperior Vir; Namq; si renuntiat Vxori lucrum sibi quærendum, per quam renunciationem tale lucrū remanet in persona vxoris; Tunc valet huiusmodi
11 donatio, siuè renuntiatio *d. l. si sponsus, & l. si maritus ff. de donat. int. vir. & vxor. Socin. Senior. cons. 189. Visu testamento vers. ad secundam rationem respondetur lib. 2. alias consil. 114. lib. 1. de quo addicitur ad Bald. l. c. lit. A.* cui conclusioni confert *text. in l. damnum dicitur, & in l. Proculus cum ibi not. ff. de damn. infect.*

Prout æquè limitatur in sponso, qui potest validè donare sponsæ, etiamsi traditio rei donatæ fa-
12 cta sit postea constante matrimonio, dummo-

do

do antè contractum matrimonium facta sit tra-
ditio Procuratoris Vxoris, vt inquit *tex. in. d. l. si sponsus, & ibi Bald. &c.*

Et si donatio fuerit reciproca inter Virum, & Vxorem, ita vt alter locupletior non sit factus
13 in alterius præiudicium, valet donatio, quia
tunc inuicem compensatio facta dicitur *l. quod autem §. si maritus, & §. si vir ff. ed. de donat. int. vir. & vxor.* & ibi *Bald.* & latè tradit *Palac. rub. in cit. tract. inter vir. & vxor. §. 10. post Roman. cons. 146. colu. 1.* Hinc cautum fuit per
14 Imperat. Iustinum. *in l. si constante 19. C. de donat. ant. nupt. & in c. cum multa eod. tit.* quod si constante matrimonio aucta fuit dos Vxori, vel ab ea, vel ab alio eius nomine, potest Vir, vel alius eius nomine donationem ante nuptias augere ad ratam auctæ dotis; & si nullam dona-
16 tionem propter nuptias fecerat, eam facere
potest constante matrimonio, æqualem auctæ dotis, vt subijcit ibidem *glos. magna*, & scribit *Surdus decis. 161. num. 20.*

Quæ glos. declarat etiam posse constante matri-
17 monio diminui dotem, & simul donationem
propter nuptias ad ratam, nisi mulier diminuerit dotem in fraudem filiorum.

Idem dicitur, si donatio facta fuit per maritum senem vxori Iuueni, etiam si vxor nihil donasset viro, cum Iuuentutem suam satis donasse
18 viro dicatur vxor *Alciat cons. 254. numer. 1. Crauet. cons. 443. num. 12. Veggius cons. 52. nu. 20. & Decian. cons. 74. num. 14.* id quod procedere etiam affirmat *num. 12.* in marito ignobili donante vxori nobili *Galia ad consuetud. Alex.*
19 *in verb. viginti q. 8. num. 82. cum seq.* quos
sequitur *Surd. cit. decis. 161. num. 2. cum seqq. & Paluc. rub. cit. §. 10. vers. & hinc est.*

Præterea licet huiusmodi donatio inter virum, & vxorem non teneat ex iuribus iam deductis, ea tamen confirmatur morte ipsius donantis, si in ea ille perseuerauit; Quia licet donatio inter Virum, & Vxorem sit prohibita, non tamen
20 est omnino nulla *l. 1. & l. 3. ac l. si maritus la*
2. atq; l. Papinianus, & l. cum. hic Stichus ff. eod. & l. 2. ff. de pact. dotal. iuncta l. donationes quas C. eod. titul. In eadem enim volũtate perseuerare præsumitur donans moriendo *d. l. cum hic Stichus, & l. Sancimus C. de testam. atq. c. maiores de Baptis.* ac latè probat *Surd. decis. 161. nu. 10. cum seq. & Palac. rub. cit. tract. §. 69. num. 1. & 4.* dicens perinde esse, ac si donatio esset testamento confirmata, Et eo casu etiam detrahitur falcidia tanquàm ex legato, vt ait *Bart.*
21 *cit. l. cum hic Stichus.*

Limitatur vlterius conclusio ipsa, quando vxor donat marito gratia honoris, vel dignitatis cõsequendæ, vel gratia ludorum reparandorum
22 auctoritate publica *l. quod adipiscendæ cum dua-*
bus legib. seqq. ff. eod. de donat. inter Virum, & Vxorem, & l. si filia §. Neratius ff. famil. ercisc. Exemplũ traditur, si vxor donauit viro causa studiorum, vel ad Doctoratum obtinendum,
23 confert dispositio *l. Marcellus ff. ed. titijs*,

Idem si pro militia, vel pro nobilitate acquiren-
24 da, vt post *Azonem tradentem octo casus, in*
quibus valet donatio inter coniuges, probat *Palac. rub. d. tract. de donat. inter virum, & vxorem §. 54. sub num. 1. pag. 99.* subijcendo *num. 2.* idem procedere si donatio inter coniuges fieret
25 post elapsum annum à tempore contracti ma-
trimonij, Si filios non habeant, etiamsi nascentibus filijs reuocata dicatur donatio, pro quatuor partibus ex quinq; in Regno Hispaniarum, *ex dispositione legis Regni lib. 3. tit. 1.*

Deniq; donationem per maritum vxori factam pro refectione domus, siuè ædium validam esse
26 respondit *Baldus I. C. in l. quod viris ff. eod. de*
donat. int. vir. & vxorem, cum speciale hoc dicatur priuilegium ad deformationem Ciuitatum tollendam, & decorum aspectum recuperandum, quod expedit maximè Ciuitatibus *l. 2. §. si quis nemine col. vlt. ff. vi quid loco public.* & scribit *Amator. Redireq. part. 1. art. 7. num. 2. de priuileg. credit.*

Decedente autem viro, quid lucretur vxor, si ius commune attenditur, vxor lucratur vestes, annulos, iocalia, atq; alia sibi data ante contra-
27 ctum matrimonium per *text. in l. si quis per vxo-*
rem in verb. de contrahendo matrimonio, & in verb. nostris oneribus ff. de donat. inter. vir. & vxor. vbi dicitur, quod non videtur donari, quod necessarijs oneribus expenditur, sed videtur potius per id, quod debitum est, exsolui;
28 quam sententiam amplectitur *Rom. cons. 146.*
num. 2. vers. vera autem conclusio: Quia donatum videtur in domo Patris etiam si in itinere illud recepisset mulier, dum ad mariti domum ea associabatur *Crauet. cons. 443. num. 15. vers. quinto annulus, & Natta cons. 317. num. 3.*

Annuli etenim, cum necessarij sint ad matrimonium contrahendum, inspecta consuetudine, non continentur sub nomine donationis, sed ha-
29 bentur pro impensa debita; *Bart. & Alex. in*
l. 1. §. nec Castren. in verb. peculium ff. de collat. bonor. Palac. in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 4. num. 2. Vbi fortius subdit, quod si annulus
30 esset alienus, & contracto iam matrimonio,
maritus illius loco alium daret, ille nouiter traditus, esset vxoris, tanquam subrogatus in locũ primi, neq; dici posset donatio noua, sed iam factæ confirmatio per *tex. in l. si donata res §. 1. ff. de donat. int. vir. & vxor.* qui *text. propriè loquitur*, quando datus est in Ecclesia tempore benedictionis, idem voluit *Roman. in cit. cons. 146. in fine*, quem sequitur *Surd.* memorata *decis. 161. nu. 1.*

Quemadmodum vestes, ornamenta, monilia, & alia, quæ à sponso mittuntur sponsæ ante celebratum matrimonium, si expresè donata sunt ad sponsam pertinere tradunt communiter
31 scribentes; cum inter sponsos valeat donatio
d. l. cum his Nattus §. si sponsus, & l. si quis sponsum ff. de donat. int. vir. & vxor. & l. Seia §. Virgini C. eod. tit. & scribit *Bald. in l. cum te num. 1. C. de donat. ante nuptias, & in Auth. ex testamento*

mento num. 8. in fi. C. de collat. Afflic. decis. 315.
num. 7. Campeggius tract. de dote part. 2. q. 55.
vers. tamen aduertendum col. 2. in fin. Natta cons.
317. *num.* 1. & 2. quos sequitur *Surd. alleg. decis.*
166. *num.* 24. qui Auctor *seq. num.* 27. conclu-
dit contrariam sententiam tenens refert *num.*
vero 27. concludit, quod si non apparet ea fuis-
se donata, sed vsus gratia concessa, restitui de-
32 bent hæredibus viri, ad rem *Gratian. lib. 4. cap.*
228. *num. 68. lib.* 1.
Quod tamen in annulo limitatur, quo vxor fuit
33 desponsata, scribit *Castil. decis. 92. num. 14 post*
Roma Cranet, & Caualcanum, tradit *Hodierna*
ad Surd. cit. decis. 166. *num.* 4. Et ità sæpius iu-
dicatum per Senatum Tauren. testatur *Thesam.*
Iun. qq. forens. 15. *num.* 2. *lib.* 3. vel aliter con-
suetudo vigeat, quæ attendi debet in loco Do-
34 micilij Vxoris, vt inquit *Lofred. cons. 42. num.*
6. Georg. Alleg. 45. num. 44. cum seqq. quos se-
quitur *Hodierna l. c. num.* 5.
Si autem dubium est, an fuerit donata, nec ne,
ea ad vsum tantùm concessa dicuntur, cum in
35 dubio donatio non præsumitur *Bart. in l. 1. §.*
nec Castrense nu. 10. vers. & ideò puto ff. de solut.
Angel. in cons. 139. vbi scribit, quod commo-
36 datum hoc dicitur gratia commoditatis, *An-*
char. cons. 181. asserens, quod ea missio causa-
tur à consuetudine, propter quam quilibet te-
netur mittere bona ad sponsam, nec id posset
absq; verecundia omittere, atq; ità in necessita-
37 tibus cadere nequit liberalitas *l. rem legatam*
ff. de adim. legat. Roma. d. cons. 146. num. 3. vers.
est, & tertius casus, Castrens. cons. 428. num. 2.
lib. 2. & latè post eos examinat *Surd. d. decis.*
116. *num.* 27. & 28. vbi limitat conclusionem,
quando res missæ non sunt magni valoris; quia
38 tunc donatæ videntur, *Imol. in l. penult. §. 1.*
col. 2. in fine vers. Item attende, quia in dubio ff.
solut. matrim. Quo loci subijcit, an sint magni,
39 vel parui valoris, standum est arbitrio Iudicis,
qui secundum qualitatem personarum, & alias
circunstantias iudicabit, & est *glos. in l. si filij tui*
in glos. 2. in fin. C. de donat. int. virũ, & vxorem,
& post multos probat *Beretta cons. 37. num. 4.*
lib. 6. ac Natta cons. 147. num. 11. dicens, quod
ob rei modicitatem inter coniunctos facilè col-
40 ligitur animus donandi *Menoch. de arbitrar.*
casu 218.
Quo casu hæredes mariti repetentes iocalia, &
ornamenta tenentur probare, quod ea sint ma-
41 gni valoris, alias sucumberent; quia hoc est
fundamentum eorum intentionis, vt inquit
Alex. in cons. 42. in fin. lib. 5. qui loquitur de
annulis, qui non probantur esse festiui, quem
sequitur *Cranet d. cons. 442. num. 25. & cons.*
443. *num.* 15.
Prout probare tenentur hæredes, quod illa facta
42 fuerint à marito, vel saltem, quod ea habuerit
solum post contractum matrimonium, vt con-
suluit *Alex. d. cons. 42. per totum lib.* 5. & sequi-
tur *Natta cons. 147. num. 9. & Surd. alleg. decis.*
166. *num. 39. qui num.* 30. distinguit casum, si
hæres petit huiusmodi vestes, annulos, & gem-
43 mas apud vxorem existentes; Vel è contra mu-
lier eas petit ab hæredibus, pænes quos illæ re-
periuntur; namq; primò casu onus faciendi
huiusmodi probationem spectat ad hæredes se-
cundo vero casu tenetur vxor huiusmodi pro-
bationem facere.
Quamuis, quando res agitur inter nobiles, &
Diuites, semper præsumitur donata fuisse
huiusmodi iocalia cum vestibus per sponsum
44 sponsæ missa *Afflic. decis. 315. num. 7. post Bald.*
in c. qui iurauit p. 12. de probat. Lofred. cit. cons.
42. *in princ.* & ità se cum alio Arbitro iudicasse
testatur *Surd. in fin. decis.* 166. declarando vestes
quotidianas deberi vxori ad arbitritum Iudi-
cantium, & eodem modo quedam monilia, quæ
ipsa vxor nobilis prætendebat sibi fuisse missa
antè nuptias à marito, à Socero, & à Socru;
quia & si prætiosa essent; tamen atenta quali-
tate, & conditione personarum, quantitate
earum patrimonij, & dotis datæ, iuxta ea, quæ
45 idem Auctor *num.* 8. perpendit circa qualita-
tem personarum, de quo *Ludouis. decis. 74. &*
Hodierna ad ipsam Surd. num. 1. cum plurib. seqq.
atq; *Thesaur. qu. 15. num. 2. lib. 3. q. q. forens.*
Nobilium etenim est proprium exercere liberali-
46 tatem, & eorum, qui in dignitate sunt constitu-
ti, etiam donationes facere *c. 1. de donat. & c.*
iam nunc 28. qu. 1. Cum largitas faciat homines
47 famosos, & claros, vt inquit *Cicer. lib. 1. de of-*
fic. fol. 15. & lib. 2. fol. 6. Quippe facit eos bea-
tos, cum in donatore consideretur quædam
48 beatitudo, vnde Chrstus V. N. dixit *Beatius est*
dare, quàm recipere c. cum marthæ de celebr. miss.
& c. Prædicator ib. q. 1. glos. in rubric. ff. commod.
Bald. in l. hac ratio ff. de donat. Vnde Dionisius
ille maior Siracusanorum Tyrannus, cum in
filij adolescentis cubiculum digressus multa
pocula, & argentea, & aurea vidisset excla-
49 masse fertur; *Indignus es fili Principatu, qui*
tot poculis à me acceptis neminem tibi conciliaris,
Dictum sanè sapientis Regis dignissimum, qui
Dionisius in hac virtute excellens summopere
laudatur, dùm honoris tantùm detulit Platoni,
Vt illi nauem vitatam mitteret, cumq, summis
muneribus, & incredibili liberalitate honora-
50 ret. Pariq; laude extollitur Pompeus Ma-
gnus, qui eo honore Possidonium Filosofum
affecit, vt ad illius domum venturus lictores di-
51 missis fascibus ad stare imperasset, vt narrat
Menoch. lib. 6. præsumpt. vltim. num. 7. & 8.
Nihil enim Principem magis decet, quàm diuitias,
& opes ad benignitatem, liberalitatemque con-
52 ferre, vt inquit *Cicer.* præcipue quando Prin-
ceps, vel quiuis alius nobilis dare, vel donare
53 promisit; nam propter eorũ nobilitatem adeo
certa præsumitur donatio, ac si iam actualiter
facta fuisset: Propterea Principum promissa
pro factis habentur *l. nemo ff. de integr. restit.*;
cuius respectu Comitissa Matilda dicebat in do-
54 natione facta Ecclesiæ *aliquantulum terræ illi*
donat; quæ tamen donabat 30. millia iugera
terræ,

terræ, vt voluit glos. la l. sed, & susceperit §. 1.
vers. modica ff. de iudic.

Simili literalitate fecisse dicitur Alexander Ma-
gnus, qui cuidam pauperi elemosinam petenti
Ciuitatem dedit, & cum ille diceret, quod talis
elemosina sibi non conueniret, Respondit, non
curo quid te accipere, decedat, sed quid me dare
56 conueniat de quo Seneca lib. 2. de benfitijs cap.
16. dicit, nec Alexandri, vt Regia videtur, &
animosa, sed stultissima, eo quia non considerauit,
57 quid, cui, quanto, & quare largiatur; E contra
repræhendit Antigonum de nimia cupiditate,
dum cuidam petenti talentum argenti; respon-
dit, Plus petijsse quàm illum decebat, ille pe-
tijt denarium solum, cui respondit Antigonus,
58 non decet Regem tantũ modicam rem dare,
& sic per cauilationem opus liberalitatis euasit,
de quo meminit glos. in cap. si quæstiones de si-
monia.

Liberalitatem maximam exercuit Alphonsus
XII. Rex Hispaniarum, qui Reginæ Constan-
59 tipolitanæ ad se venienti, petentiq;, vt pro re-
dimendo Rege marito suo, quem captum à
Turcis dicebat, tertiam partem prætij sibi da-
60 ret (alias in duas partes Ro. Pontif. & Rex Ga-
liæ sibi concesserat) respondit Gratias Rom.
Pontifici, & Francorum Regi reddas, & quæ
tibi concesserit restituas; Quoniam ego totum,
quo indiges, tibi tradam, illa dedit quinquagin-
ta quinque librà argenti exemplo illius Regis,
de quo Matth. 18. vt refert Palac. Rub. d. cit. § 9.
num. 5. alia plura liberalitatis exempla narrat
Valer. lib. 4. cap. fin. & Menochius cit. præsupt.
num. 9. cum seq. lib. 6.

In hac tamen Ciuitate Mediolani, ex Statuto 291.
61 num. 7. prouidetur, quod Viro moriente sine
descendente masculo, vel fæmina eiusdem ma-
trimonij, vel alterius ex linea masculina resti-
tuatur dos Vxoris, & insuper lucretur vxor
omnia eius causa parata, si ad domum mariti
traducta fuit, vel aliter ab cognita, in quibus
continentur data vxori tàm antequam vadat,
quam antequam iuerit ad maritum (verba præ-
citata statuti) si verò decesserit cum descenden-
te masculo, vel fæmina, similiter lucretur vxor
omnia eius causa parata, exceptis veste nuptia-
li, tanquam magis prætiosa, per lis, annulo
sponsalitio, gemmis, colanis aureis, coralibus,
& alijs omnibus monilibus, & ornamẽtis, ac re-
camis, tam perlarum, quàm auri, & argenti
siuè fuerint transmissæ ad domum mulieris,
siuè non:

Et si verò clarissima est dispositio statuti: Sæpè ni-
hilominus dubia oriuntur circa illius interpræ-
tationem: Et primò circa dotis restitutionem, si
maritus expensas fecit pro ea consequenda
in litigando, non detrahuntur huiusmodi ex-
pensæ, sed dos integra restitui debet, vt notat
62 Boer. decis. 22. num. 23. & post Ias. sequitur Car-
pan. ad ipsum Statutum 291. num. 22. & 23.

Secundò loco hæsitatur etiam, an in lucro prædi-
cto veniant parata a viro primæ vxori, & tra-
dita secundæ, & contineri in lucro decidit text.
63 in l. ea tamen in fin. & in l. seq. ff. de legat. 3. de
quo Carpan. ad dictum Statutum num. 41.

Tertio, si hæc parata causa vxoris fuerint distra-
cta, vel pignorata ab ipso marito specialiter, &
64 eo casu hæredes mariti non tenentur lucre, &
vxori tradere; Quia maritus ea distrahendo,
vel pignorando censetur nozzæ quod essent
eius causa parata: prout si donasset, censetur
65 reuocata donatio, ità nosse Bart. & Bald. in l.
si maritus la 2. C. de donat. inter vir. & vxor, ali-
ter dicendum est, si facta fuisset generalis pi-
gnoratio omnium bonorum; quia tunc tenere-
tur hæres ea eximere ab illa generali obligatio-
66 ne, & tradere vxori, Boer. in eius comment. ru-
bric. 4. §. 5. vers. sed quid, sequitur Carpan. d.
loc. num. 42.

Quarto non veniunt parata ad promiscuum vsum
eius, & mariti, vt contingit in rebdis ad com-
munem vsum constructis, quę nõ id circò dicun-
67 tur paratæ ex causa matrimonij text. in l. Quin-
tus, vbi Bart. num. 1. ff. de aur. & argent. legata,
Socin. Sen. cons. 121. num. 2. lib. 1. Ruin. cons. 71.
num. 1. lib. 2. nisi fortè factum fuisset legatum
vxori per maritum de lana, lino, & serico,
quia sub legato venirent etiam ea, quæ ad pro-
68 miscuum vsum facta sunt Roma singul. 638. cum
ibi add. & Carpan. l. c. num. 34. cum plurim. seqq.
qui num. 37. concludit, quod in hoc lucro ex
causa paratorum veniunt vestes nondum sutæ,
sed incisæ, quæ sunt pænes sutorem, vt notatur
69 in tex. l. & si non sunt §. insecta, & in §. fin. vbi
Bart. ff. de aur. & argen. legat. Cremens. sing. 64.
Tiraquel. de legit. connubial. glos. 2. num. 12. Ias.
in l. cætera §. sed si parauerit, in fin. ff. de legat. p.
Gabriel in tract. commun. opin. tit. de præsump.
conclu. 12. num. 2.

Perlæ autem annexæ alteri rei, an compræhẽdan-
tur in hac exceptione, notatur in tex. d. l. & si
non sunt §. perueniamus ff. de aur. & arge. legato,
& non compræhendi probat Alciat. in terminis
huius statuti cons. 740. quod est cons. 31. lib. 2.
70 in Veneta impræsione, quem sequitur ibidem
Carpan. num. 108. in fin.

Et parafrenalia per vxorem ad viri domum alla-
ta, idest vestes, & supellectilia linea, & lanea,
& similia, decenio consumpta præsumitur, vt
71 notat Bart. in d. l. quoad præsens num. 3. C. de
murileg. lib. 11. Alex. cons. 45. n. 3. lib. 1. Afflic.
ad constit. Regni rub. 78. de instru. consec. num. 6.
lib. 1. & rubr. 26. de reb. stabil. in fin. lib. 3. Vrsil.
ad Afflic. decis. 13. num. 44. quamuis Iudicis ar-
72 bitrio hoc relinquat, vt notat Corset. Iai singul.
mors ad finem, conferunt tradita per Menoch. de
arbitr. casu 49. num. 5. quos sequitur Carpan. l. c.
73 num. 108. & parafrenalia dicuntur bona mobi-
lia, quæ vxor defert ad domum mariti, præser-
tim ratione sui proprij vsus l. fin. C. de pactis con-
uentis, & l. si ego §. dotis ff. de iur. dotium, &
quæ Arredium, siuè scirpam communiter vo-
cant, tradit Alex. cons. 42. num. 14. in fin. lib. 1.
& cons. 63. an. 7. lib. 2. quem sequitur Menoch.
cons.

74 *conf. 56. num. 3. cum duob. seqq.* videlicet eæ res per matres sponsarum tradi solitæ.

SVMMARIA.

Confiscatio bonorum ratione delicti non extenditur ad bona futura num. 1. 6. 31. 32.
Legitima non debetur filijs Patre viuente num. 2.
Legitima filij non confiscatur Patre viuente, etiam ratione delicti lesæ maiestatis nu. 3. 5. & 13. Contrarium tradit Martinus Laudensis num. 4.
Successio non cadit in condemnatum capitaliter nu. 7.
Pœna imposita respicit tempus cōmissi delicti vigore nouar. constitutu. num. 9.
Decretum Senatus Ex. Mediolani in ea materia n. 9.
Pauli Belloni Senatoris mentio num. 10.
Statutum si imponit confiscationem pro condemnatione, inspicitur tempus condemnationis nu. 11. & 12.
Legitima filij non venit in confiscatione, nisi expressè de ea loqueretur statutum num. 13. 14.
Statutum iubens, vt in confiscatione veniat legitima filij, est in humanum, & strictè interpratandum num. 15. 27. 28.
In confiscatione Patris reseruatur legitima filij, ex Nouar. Constitut. num. 16. 17.
Legitima debetur Nepotibus ex hæreditate Aui, si eorum Pater est bannitus num. 18. & si eo viuente Nepot non possit prætendere legitimam nu. 19. 22.
Legitima non debetur ei, cui ab intestato non debetur successio num. 20.
Filius nunquam ingreditur locum Patris viuentis num. 21.
Statutum disponens, quod Auus soluat condemnationem pro Nepote, intelligitur, si mortuus est Pater, non verò si vixerit nu. 23. 24. & 25.
Filius existens in vtero, in fauorabilibus pro nato habetur num. 26.
Pater coactus soluere condemnationem filij imputatur solutum in eius legitima num. 29. 30.
Filij bona castrensia, vel quasi non veniunt in confiscatione Patris num. 33. 34.
Crida pro bonis confiscatis nocent non contradicentibus, etiam si actu non sint apprahensa, vel descripta num. 35. & 36.
Confiscatio bonorum est accessoria ad pœnam capitalem num. 37. Decretum Senat. Excellentiss. n. 39.
Cessante principali, cessat accessorium num. 38. & 40. & num. 42.
Confiscatio bonorum respicit tantùm bona, quæ de iure publicari possunt num. 41.
Condemnatione non facta, de ea nulla haberi potest ratio num. 43.

Confiscatio pro delicto cōmisso non extenditur ad bona futura, sed restringitur ad præsentia; præsertim in legitima filij, qui post cōmissum delictum sui iuris effectus est.

CAP. CCLXV.


Onfiscatio bonorum ratione delicti non extenditur ad bona futura, idest ad ea, quæ post delictum peruenerant delinquenti, sed tantùm præsentia compræ-
1 hendit *tex. in l. si manda vero sibi*
§. is cuius ff. mandati l. eius §. p. ff. de Testam. & l. incertæ forma C. de iur. fisci lib. 10. vbi Bart. & alij latè tradit *Farinacius q. 24. num. 19.* & nouissimè *Hodierna ad Surd. decis. 167. numer. 12.* præcipuè per *l. incerta forma C. de iur. Fisci lib. 10.*

Hac stante conclusione, licet legitima filij delinquentis post Patris mortem debita non veniat in confiscatione, cum viuente Patre ea non
2 debeatur *l. fin. §. si impuberi ff. de collat. bon. & l. 2. §. interdictam ff. de vulgar.* & probat *Ceual. comm. contra comm. q. 53. num. 38. vers. & pœnam: Farinac. de crimi. læsæ Maiestatis q. 116. nu. 145. & Merlin. de legitim. lib. 4. toto tit. 1. qu. 353. num. 5.* post *Surd. decis. 167. nu. 1. vbi Hodierna. num. 12.* Etiam si ageretur de crimine
3 rebellionis, vt inquit *Padil. in l. si emancipatas num. 33. C. de veris & facti ignorant.* quidquid in
4 contrarium dixerit *Martin. Laudens. in tract. Crimin. de crimin. læsæ Maiest. num. sinè vers. 24.* tradens filium cōmittendo crimen læsæ Maiestatis perdere legitimam viuente Patre, sibi obventuram post illius mortem, contra quam Martini traditionem iudicauit Reg. Cam. Summa-
5 riè, vt testatur *Vrsil. ad Afflict. decis. 127.* quem sequitur *Hodier. decis. 167. sub num. 13.*

Quam sententiam defendit *Nellus in tract. banni-*
6 *torum part. q. 30. & 31.* & quem sequitur *Vrsil. ad Afflic. decis. 127. in fin. & Ruin. cons. 123. lib. 4.* vbi *num. 7.* scribit, quod acquisita per confiscationem per condemnatum non debentur Fisco, etiam si acquirātur ex causa de præterito, quod magis est, *Natta consil. 472. num. 7. Farinac. q. 24. num. 20. Gomez. tom. 3. variar. resol. tit. de confisc. bonor. num. 1. cum seq.* ea ratione, quia tempore delatæ successionis, filius redditur incapax ex condemnatione capitali, & successio non cadit in eum, vt latè tradit
7 *Mangil. de imput. detr. legit. q. 4. num. 34. cum seq. vers. sunt alij.*

Difficultas maior inesse videtur, quando filius cōmisit delictum Patre viuente, & sub illius potestate existens; condemnatio verò, cuius vi-

gore sequitur. confiscatio facta est post Patris
obitum; Pro cuius difficultatis dilucidatione
considerenda sunt verba legis, siuè statuti, vt
inquit *Ias. in Auth. nouissima nu. 12. C. de inofic.*
testam. An scilicet pæna imposita respiciat tem-
pus delicti, vt disponunt *Nouæ Constitut.* huius
Dominij *in tit. de iur. & priuileg. Fisci, C. om-*
nium vers. Fisco publicatur, & ipso iure, & facta
publicata incorporata, & confiscata Fisco, & ap-
prehensa esse intelligatur à die commissi criminis.
An verò tempus condemnationis respiciat; namq;
vbi tempus delicti inspiciat, certum est non pos-
8 se extendi ad bona postea quæsita, iuxta regul.
vt suprà allegatam, & D. D, communem sen-
tentiam, & ità censuit Senat. Excellentiss. die
26. Iunij 1619. referente Ampliss. Senatore
9 Bellono, & tradit *Carpan. omnino in d. cap. nu.*
215. cum seq. plur. & scribit *Plotus cons. 30. num.*
10 *23. cum seq. & num. 91.* atq; probat *Menoch.*
cons. 526. num. 12. prout etiam idem censuit Se-
nat. Excellentiss. die 16. Septembris 1570. fa-
uore D. Antoniæ de Crispis, quæ contradixe-
rat Cridis pro confiscatione bonorum D. Anto-
nij Mariæ eius Viri, decernendo bona post pa-
tratum delictum, & ante damnationem acquisi-
ta per virum esse relaxanda per Fiscum vna
cum fructibus perceptis, saluo iure ipsius Fisci in
petitorio, vt apud Secretarium Landrianum.
Si vero Statutum dicat pro condemnatione; Inspi-
11 ciendum est tempus condemnationis, vt in pun-
cto tradit *Farinac. d. q. 24. num. 187. Mangil. de*
imput. & detract. q. 41. quod tempus attendi in
12 Curia Romana scribit *Merlinus de legitim. lib.*
3. tit. p. q. 39. num. 3. quos sequitur *Hodierna*
ad d. decisionem 167. num. 17.
In qua confiscatione idcirco non venit legitima,
13 nisi expressè disponeretur per Statutum *glos. in*
rubric. C. de decret. decret. 5. lib. 10. Bart. in l. cum
filio ff. de verb. oblegat. & post multos alios per
eum alleg. tradit *Surd. decis. 167. num. 4.* cum
non sufficiat, quod Statutũ disponat generaliter
sed necessaria sit expressio legitimæ, vt notat
14 *Hodierna ad d. decis. 167. num. 18.* Maximè verò,
quia huiusmodi statutum vti crudele, & in hu-
15 manum strictissimè intelligendum venit, *Me-*
noch. cons. 99. num. 119. Tobias Nonius cons. 54.
num. 11. Vulpel. cons. 100. in princ. Osach. decis.
88. num. 4. 5. Magon. decis. Lucen. 27. num. 1.
Hodiern. l. c. num. 18.
Hinc *Nouæ Constitutiones in d. cap. omnium de iur.*
16 *& priuileg. Fisci* prouident, vt legitima filio-
rum, & ascendentium, etiam in grauissimis de-
lictis, quale est crimen læsæ Maiestatis, assassi-
nij, & aliorum ibidem recensitorum, confisca-
ri non possit, quando confiscantur bona Patris,
nisi de iure communi admittatur huiusmodi
confiscatio, propterea cum iure communi in-
specto, legitima filij non veniat in confiscatio-
ne viuente Patre, etiam in crimine læsæ Maie-
statis, vt supradictum fuit ex *Padil. in cit. l. si*
emancipatus num. 37. C. de iuris, & facti ignoran-
17 *tia*; sequitur, quod Nouæ Constitut. ad ius com-
mune se referentes excludant legitimæ con-
fiscationem, etiam in dictis criminalibus ex-
ceptis.
Extantibus filijs ex filio condemnato, Patre con-
demnati defuncto, legitima debetur filijs dicti
condemnati, illo de medio sublato, vt post
18 *Bald. in l. si qua pœna num. 4. vers. quaro Pater,*
vbi Fulgos, & alij probat *Peregrin. de iure Fisci*
lib. 5. cit. tit. 1. sub d. num. 133. & ità in puncto
fuisse per Rotam refert *Merlin. de legit. lib. 3.*
tit. 1. q. 36. num. 3. & scribit *Farinac. d. q. 24.*
19 *num. 172.* quos sequitur *Hodierna loc. alleg. nu.*
19. Quamuis viuente Patre non possit Nepos
prætendere legitimam in bonis Aui. *Bart. in l.*
Gallus §. & quid si tantum num. 8. ff. de liber; &
posthu. *Ias. in d. Auth. nouissima num. 50.* & ibi
Fabrian. num. 24. Gabriel. cons. 124. num. 40. lib.
2. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsum. 189. nu.
15. cum legitima non debeatur ei, cui non de-
20 betur successio ab intestato, *Angel. cons. 103.*
col. fin. Deci. cons. 167. num. 6. & 7. & consil. 45.
num. 2. quia filius nunquam ingreditur locum
21 Patris viuentis, *Bald. in l. si qua pœna ff. de his*
qui sunt sui, vel alien. iur. Crauet cons. 410. num.
4. Gabriel. cons. 130. num. 38. lib. 2. Riminal.
cons. 75. num. 23. Petra de fideicom. q. 11. num.
120. & post eos *Surd. decis. citat. 167. num. 9.*
De ÆQVITATE enim idest æquius est, & ra-
tionabilius, quod legitima reseruetur Nepoti-
22 bus ex filio, quàm soluatur Fisco, ex deductis per
Bald. in alleg. l. si qua pœna ff. de his qui sunt sui,
vel alien. iur. quem sequitur *Ruin. cons. 8. num.*
6. lib. 5. dicens, quod rationabilius est, vt Nepos
succedat, quàm Fiscus, in legitima, subijciens,
quod si ex forma statuti Auus tenetur soluere
condemnationẽ pro Nepote, id nõ debet intel-
ligi, quando filius viuit, ex qua magis debetur
23 filio, quàm Nepoti. *Ioseph. Ludouic. decis. Perus*
11. num. 7. addens eam rationem, ne contingat
scilicet Auum grauari onere soluendi duplicem
24 legitimam, vnam Fisco pro filio, & alteram
Nepotibus, qui sublato filio de medio succe-
dunt; Quam conclusionem locum habere scri-
25 bit *num. 29.* etiam si Nepos nundum esset natus,
sed in vtero adhuc reperiretur, quia in fauora-
26 bilibus pro nato habetur is, qui in vtero est, *Ma-*
crob. cons. 43. num. 36. quem sequitur *Surd. alleg.*
decis. 167. nu. 14. cuius respectu adhuc existens
in vtero gaudet immunitate duodecim libero-
rum, vt diximus supra *in cap. 128. num. 33. cum*
seq. lib. 2.
Huiusmodi verò statutum tanquam odiosum, ir-
27 rationabile, atq; contra ÆQVVM, & bonum
strictissime est interpretandum, vt inquit *Bald.*
in alleg. l. si qua pœna ff. de his qui sunt sui, vel
alien. iur. Quippè sapere Tyranidem huiusmo-
28 di Statutum scribit idem *Bald. in l. lex Cornelia*
ff. de vulg. qui in l. fin. C. de boni proscript. inquit,
quod est iniustissimum, & rigorosum, exorbi-
tans, & odiosum.
Quidquid verò soluit Pater coactè pro condemna-
tione contra filium in eiusdem legitima, impu-
tatur

29 tatur, *Bart. in l. Stichus ff. de pan. lega*, *Bald. in*
l. omnimodo C. de inofic. Testam. & hanc senten-
tiam communem esso testatur *Fabian. in d. Auth.*
nouissima num. 106. C. de inofic. testam. Gabriel
cons. 109. num. 10. lib. p. Qui Pater non tenetur
instituere filium, pro quo coactè soluit legitimã,
30 *Bart. in l. si cum dotem §. si post solutum in fin. ff.*
solut. matrim. cum alijs citatis per *Bened. in c.*
Raynutius vers. in eodem testamento relinquens il
primò num. 215. de testam. quos sequitur *Surd. cit.*
decis. 167. num. 11. 12. & ibi in decis. ipsa plures
alios explicat casus, in quibus legitima filij
etiam per Patrem illi assignata confiscari ne-
quit, ad quem remittitur lector.

Sed quia aliàs respondi pro D. Francisco Casato
super consimilem quæstionem, in qua alij arti-
culi excutiuntur, placet responsum ipsum hic
subijcere pro maiori dilucidatione materiæ fa-
tis repræsentate in Tribunali Illustriss. Magi-
stratus Extraordin. reddit.

P R O

D. Francisco Casato.

IVra futura non venire in confisca-
tionem disponit *text. in l. si manda-*
31 *uero tibi §. cuius ff. mand.* & probat
Alex. in l. ex pacto §. Iulianus col. 2.
ff. de vulg. & pupill. & in cons. 15.
in fin. lib. 1. latissimè *Menoch. cons. 101. nu. 24.*
Peregrin. de iur. Fisci lib. 5. tit. 1. num. 132. cum
seqq. & ità censuit Senatus die 26. Iunij 1619. vt
refert in eius manus scriptis D. Senator-Bello-
nus *sub num. 13.* Idcircò, si filius familias deli-
quit ità, vt veniat bonorum confiscatio pro hu-
iusmodi delicto mortuo Patre post delictum
32 acquisitorum, vt expresè probat *Curt. cons. 59.*
incip. Dux Philippus n. 13. cum seq. & Decius cons.
442. num. 20.

Hoc idem probat *Marsil. de bannitis verb. bona nu.*
2. Costa in eius memor. in verb. Testamentum in quo
Pater in fin. vbi tradit ità iudicatum fuisse per
D.D. Quæstores Extraord. *fol. mihi 685. Bossius*
in eius pract. tit. de bonor. publicatione num. 15.
27. & 80. & amplè defendit *Plotus in his termi-*
nis cons. 30. nu. 5. cum plur. seqq. vbi iudicatum
fuisse per Quæstor. Extraord. & ipse testatur,
quos sequitur *Carpan. ad d. cap. omnium nu. 119.*
de iur. & priuileg. Fisci.

Si autem confiscatis bonis Patris non veniunt in
confiscatione bona castrensia, siuè quasi, &
33 aduentitia, profectitiaue filij *tex. in l. 3. §. sed*
vtrum versic. nec eo moueor ff. de minor. ac tradit
Carpan. d. cap. omnium num. 201. Plotus cit. cons.
30. num. 19. & 20. Menoch. cons. 526. num. 12.
& Peregr. allat. lib. 5. tit. p. num. 124. cum seqq.
plur. Ita confiscato filio, non venire bona Pa-
tris est certum, Quippè neq; etiam bona ca-
34 strensia, vel quasi filij scribit idem *Carpan. l. c.*
num. 215. cum plurib. seqq. & Plotus alleg. cons.
30. numer. 23. 24. & 91. & censuit Senat. Ex-
cellentiss. die supracit. 26. Iunij 1619.

His itaq; stantibus, iuris indubitati est non posse
molestari per filium D. Casatum ob delictum
commissum tempore, quo erat filius familias,
de quo eodem tempore inquisitus obtinuerat
gratiosam liberationem à Sua Excellentia
respectu personæ; qua stante nil vlterius actum
fuit respectu bonorum, cum nulla possideret
bona vti filius familias.

Cum enim confiscatio ad futura bona non se ex-
tenderet, vt dictum fuit, & attendi debeat tem-
pus commissi delicti iuxta dispositionem *No-*
uar. Constit. in tit. de iure, & priuileg. Fisci §. om-
nium, vbi habetur, quod ratione delictorum, in
quibus venit confiscatio vel de iure communi,
vel vigore statutorum, siuè decretorum; quod
tunc bona malefactoris publicantur, & appræ-
hensa intelligantur à die commissi criminis,
etiam si per ignorantiam, vel negligentiam,
aut impossibilitatem officialium, vel aliter verè,
& actu non fuerint appræhensa; sicuti tempore
commissi delicti nulla bona possidebat D. Casa-
tus, vti filius familias, & sic inanis fuit confis-
catio, cui idcirco locus esse non potuit ob non
existentiam bonorum tempore patrati delicti,
ita nullo modo habendum est in considera-
tione, quod post obtentam liberationem perso-
nalis molestiæ acquisiuerit paternam hæredi-
tatem, attenta Patris morte.

Id quod confirmatur per aliam declarationem fa-
ctam à Senatu Excellentiss. eodem die 20. Iunij
35 1619. quod scilicet virtute *d. capi omnium* cri-
dæ noceant non contradicentibus ad bona,
quæ non sunt appræhensa, ac descripta: ea ra-
tione, quod ipso iure appræhensa censeantur;
Ex quo Senatus Consulto patet non attendi
tempus condemnationis sed patrati delicti;
itaq; bona per delinquentem acquisita post
commissum delictum, & inquisitionem de eo
transmissam, licet antè condemnationem, non
venire in confiscatione dicendum est. Aliter di-
uerso iure iudicaretur Fiscus in præiuditium
non cõtradicentium bonis minimè actu appræ-
hensis, & in præiuditium bonorum post deli-
ctum, & inquisitionem acquisitorum, contra
36 iuris regulas, de quibus *Fontanel. trac. de pactis*
nuptial. claus. 9. glos. 7. part. 1. nu. 60. lib. 1. quod
non est affirmandum.

Præterea attenta gratia obtenta per D. Casa-
tum; certum est non posse illum vlterius mole-
stari, nec condemnari in persona; Hoc stante;
37 cum confiscatio sit accessoria ad pænam capi-
talem *Peregrin. de iur. fisci lib. 6. tit. 8. sub nu. 37.*
vers. ego vero, cessante principali pæna, cessare
etiam debet accessoria respiciens confiscatio-
nem, ac si mortuus esset delinquens, vt in indi-
38 uiduo notat *Plotus in sapius cit. cons. 30. nu. 32.*
post *Grama. decis. 107. nu. 6.* & sequitur *Benintten-*
dus Decis. 37. Laurent. decis. Aueno. 121. Misinger.
sing. obseru. 77. centur. 6. quos sequitur *Carpan. in*
d. cap. omnium nu. 59. & ita censuit Senat. Ex.
39 respectu delinquentis mortui, die 11. Augusti

1552. *vt in addit. ad Nouar. Constitut. fol. 25.* de quo rescripto *Clar. in eius pract. q. 51. vers. scias etiam*; Non video, quo pacto possit molestari D. Casatus ratione prætensæ confiscationis.

Non releuare videtur, quòd cum gratia contineat clausulam *quoad personam tantum*; excludat omnino confiscationem; quandoquidem, eam intelligendam esse censeo, quatenus gra-
40 tiatus esset condemnatus in bonorum confiscatione, vel facta fuisset bonorum descriptio.

Præterea, cum attenta potestate Patris, sub qua tempore delicti commissi, & obtentæ gratiæ subiacebat D. Casatus, confiscatio bonorum cadere nequiret; nullius effectus fuisse videtur clausula in dicta gratia apposita, & ad personam restricta, dum publicatio bonorum respi-
41 ciat tantum bona, quæ de iure publicari possent, vt tradit *Menoch. cons. 223. nu. 23.*

Deniquè pro coronide illud etiam adducitur, quod cum à die patrati delicti lapsum sit tempus annorum decem, atq; à die obtentæ gratiæ cursus annorum septem, neq; publicata, fuerint bona D. Casato per actum aliquem extrinsecum; Hoc vnico fundamento iure com-
42 muni inspecto extinctum dicitur ius omne Fisco ea publicandi; cum quinquenio tollatur publicatio *l. in cognitione ff. ad Senat. cons. Sill.* vt post *Angel.* & alios probat *Bossius in tit. de Fisco, & eius priuileg. nu. 52.* ac tradit *Socin. Iun. cons. 71. n. 5. lib. 2.* Addendo, quod vbi ommisso iure communi, *ad Noua. Constitut.* dispositionem, confugiamus, quæ à die commissi delicti publicata esse bona ipso iure prouiderit, vt subdit
43 *Boss. nu. 53.* Tunc nullo modo posset haberi consideratio temporis condemnationis, quæ nunquam facta fuit *Peregrin. d. lib. 3. tit. 8. nu. 37.* & ex his &c. Mediolani die 10. Septembris 1641.

SVMMARIA.

Tutela munus gratuitum esse debet, & siue salario exercendum. nu. 1. & 2. Ratio. nu. 3. 4.

Contrarium verius est concurrente legitima causa. nu. 5. & 6. etiam fauore Affinium nu. 15. & matris;

Iudicis arbitrio debetur salarium Tutoribus nu. 6.

Operarius dignus est mercede sua. nu. 7.

Nemo suis proprijs expensis militare alteri tenetur. num. 8.

Altari qui inseruit de altari viuere debet. nu. 9.

Tutoris officium sibi damnosum esse non debet. nu. 10.

Salarium constituendum est Tutori habita ratione qualitatis personæ, quantitatis patrimonij pupilli n. 11.

Tutor sinè salario, si pauper est ali debet ex bonis pupilli num. 12. Obseruantia Senatus, & inferiorum Iudicum circa materiam num. 13. & 14.

In matre Tutrice filij cessat spes successionis num. 16.

Incommodum sentire debet, qui aliquando commodum sentire debet num. 17.

Iuditium auctoris num. 18. in ea causa.

Tutor qui tutelam assumpsit sibi statuto salario per Iudicem, illud sibi debetur, quia alias non assumpsisset tutelam num. 19.

Tutori non debetur salarium, si ab initio non fuit sibi statutum num. 20. & 21.

Contrarium verius magna subsistente causa num. 22. 23. & 24.

Causa iusta consequendi salarium à Tutore quæ num. 24. in fine.

Salarium quod debeatur Tutori, & Procuratori, Sindico, & cuilibet administratori num. 25. 26.

Tutoribus Regum, & Principum, & aliorum Illustriũ personarũ præstantur alimenta pro se, & suis loco salarij num. 27.

Salarij loco in Hispania consequitur Tutor decimam partem redditnum bonorum pupilli num. 28.

Tutores in Galia faciunt suos omnes fructus bonorum immobilium pupilli, vsurpant etiam quo ad proprietatem, præstitis alimentis pupillo num. 29.

Seruitori, siuè famulo constituitur salarium, si operas suas locare consueuit arbitrio Iudicis, si de salario non fuit ab initio conuentum num. 30. & 31.

Aduocato salarium debetur vsq; ad aureos centum pro singula causa num. 32.

Salarium quando debeatur Tutori, Curatori, & alijs administrantibus rem alienam.

CAP. CCLXVI.

TVtelæ, & curationis munus gratuitum esse debet, & nullum,
1 salarium illis deberi exponit *glos. in l. in eos in Verb. datu ff. de tutelis, & glos. in l. 1. §. mandatum in verb. nisi gratuitum ff. mand. Guido Papa decis. 68. fol. 29. Boer. ad consuetud. Bituig. §. 11. tit. de consuetud. iur. ità pers. fol. 19.* Tutores enim, & curatores mandatum habent vel à defuncto, vel à lege, quod quidem mandatum, nisi detur gratuitum, nullum est, & irritum, quia vt plurimum Tutelæ, & Curatelæ officiũ, originem suam ducit ab amititia, cui nihil æque aduertatur, quam mercedis promissio, aut expectatio, siue acceptatio, Hæc enim ad loca-
2 tionem, aut ad conductionem proprius spectant, quam ad amicitiæ iure *d. l. prima §. mandatum ff. mandati*, & probat *Iodocus tract. de Tut. & Cur. tit. de curat. merc. cap. vnico num. 3. cum seq. plur.*

Qui Auctor sub *num. 5. rationem d. conclus. affert*; Quod si deberetur salarium Tutori, & Curato-
3 ri, ex eo salario Tutores, & Curatores partim alerentur, atque eo alimento postea cessante, à tutelæ, aut Curæ administratione se se subtraherent, & excusarent, quod longè diuersum, alienumque foret à laudanda tanquam Nobili Iustiniani Imperat. Constitutione *in §. sed, & propter paupertatem excusationem tribui*, tam D. Ioannes, quam per se D. Marcus rescripsit, *si qui imparem se oneri iniuncto possit docere.* Ideoquè infinitis propemodum iuribus ostenditur,

tutelæ, cureue munus, quomodocumque intelligatur, verè onus esse, & sarcinam, nullo
4 modo libertatem, vt licet videre *ff. & C. eo instit. de excus. tut.* varijs in locis se se ibidē offerētibus.

De ÆQVITATE tamen, ob iustam, legitimamque causam à Iudice, & Prætore (causa cognita) certum aliquod, determinatumque salariū
5 Tutoribus, Curatoribusque constitui debet. Fit enim non rarò, vt Pupilli, aut minores, sint diuites; Tutores verò, & Curatores pauperes, qui eo in casu non tenentur diuitum bona tueri, & administrare cum sua tenuitate, immò cum suis laboribus, & sudoribus, idque gratis; Honestatis enim, ÆQVITATISQVE ratio hoc non exposcit, sed vt conueniens salarium illis constituatur, vt inquit *Iodocus cit. cap. vnico num. 9. fol.* 118. Quam sententiam sequi videtur *Corneus in cons. 62. num. 9. lib. 4.* dicens non esse iure cautum, quod Tutor petere possit salarium sibi constitui; licet id facere valeat Iu-
6 dex pro sui facultate, & arbitrio. *Menoch. d. cons.* 228. *num. 9. & 10. & num. 40.*

Quocirca si Tutor, aut Curator, licet pauper, diuitis sui pupilli, vel minoris bona diligenter,
7 atque fideliter gubernauerit, profectò ex ijsdē bonis pupilli, aut minoris merito alendus est, dignus est enim operarius mercede sua, *cap. quicumq; suffrag. 2. quæst. 2.* vt notat *Specul. in tit. qui sint legit. §. 1. in verbo item pupillus, & Mansuer. in tr. de tut. & cur. quem sequitur Iodoc. cit. cap. vnico num. 9.*

Notum namq; est, quod nemo suis proprijs expen-
8 sis militare alteri teneatur *cap. ex officij de præscript.* & qui alteri inseruit, de altero viuere
9 debet, *cap. cum secundum de prabend.*

Hanc conclusionem probat *Glos. in l. à Tutor. §. p. ff. de administr. tut.* & amplectitur *Bald. in l. in eos ff. de tutel.* officium namque tutoris sibi esse
10 non debet damnosum, *l. sed si quis ex signator. ff. quemad. testam. aper. Iodoc. vbi suprà num. 12. & 15. Ancbar. quæst. famil. 61. num. 7. lib. 2.*

Quod salarium constituendum esse Tutori, & Curatori habita ratione qualitatis personæ, & quantitatis redituum patrimonij pupilli, siue
11 minoris, tradit *Iodoc. d. num. 15. per tex. in l. à Tutoribus §. fin. ff. de administ. tut. & C. si hæreditas ff. de exhibit*, quam sententiam comprobat *Menoch. de arb. casu 512. num. 6. & pleno cons. 228. præsertim num. 9. & 10. ac num. 40. & nu. 49. Graunt. Theorema 12. num. 3. Franc. decis. 122. num. 3. Ancbar. cit. quæst. 61. num. 7. & 8. lib. 2.* & post eos sequitur *Caualc. de Tut. & Curat. num. 310.*

Vel saltem alendum esse Tutorem ex bonis pupilli, siue minoris, si tenues habet facultates Tutor,
12 probat idem *Iodoc. cit. cap. vnico num. 14. & 15.* quam sententiam comprobat *Vincent. Mancin. tr. de Tutel. quæst. 8. principali num. 30. fol. 72.*

Et ità obseruari quotidie videmus, tùm per Excellentiss. Senatum, tùm per inferiores Iudices in hoc Dominio, decernendo tutelas, & curas
13 cum salarijs, habita ratione quantitatis patrimonij pupilli, & personæ Tutoris, circa quod
14 Iudicis arbitrium versari scribit *Menoch. de arb. casu 461. num. 3. cum seq. & cit. casu 512. num. 5. & 6. & nu. 16. cum seqq. atque probat Franch. alleg. decis. 122. num. 5.* Qui testatur sic seruari in Tribunali Neapolit.

Quæ conclusio locum etiam habet in tutoribus, & Curatoribus sanguine coniunctis pupillo, aut
15 minori, & præcipuè in Matre; Quia respectu Matris ex disposit. statuti 302. lib. prohibetur mater succedere ab intestato in parte aliqua hæreditatis filiorum, existente Agnato (in qua tamen prohibitione contineri legitimam arbitror, & Deo dante infrà explicabitur) Quo casu cessat ea ratio, quod ad ipsam spectet spes successionis in bonis filiorum, quam rationem ma-
16 gnificat *Vulpian. in l. p. §. si apud ff. de legit. tutor. & Imper. Iustin. in §. vltim. instit. de leg. per tut.* Naturæ etenim consentaneum est, vt eos
17 sequantur incommoda, qui & aliquando commoda sentire possunt *l. secundum naturam de reg. iur. & cap. qui sentit de reg. iur. in 6.*

Et ita respondi superioribus mensibus pro D. Francisca Magdalena Cripa tutrice eius filiorū,
18 cui tempore susceptæ tutelæ fuerat iudicialiter assignatum salarium, sine quo illa non susce-
19 pisset tutelæ onus, vt considerat *Franch. cit. decis. 122. num. p.* qui multos præd. sententiam amplectentes refert.

Quamuis autem concludenter probauerit *Me-*
20 *noch. cit. cons. 228. & casu 512. de arbitr.* Salariū non deberi Tutori, aut Curatori ob iam gestam tutelam, siue curam, quando ab initio nullum sibi fuit constitutum salarium *l. qui mutua §. Salarium ff. mandati, & l. Salarium C. eodem*, Quia nihil patiuendo pendente admini-
21 stratione, remittere, aut donare videtur, vt inquit *Menoch. d. casu 512. num. 2.*

Attamen quando magna subest ÆQVITAS, locū
22 non habet conclusio ipsa, quia pro bono, & ÆQVO æstimat Iudex præstari debere salariū
23 pro iam acta administratione, vt post *Soncin. Sen. cons. 196. lib. 2. colum. vlt. atq. post Rebuf. & tandem Scottum*, probat *Menoch. cit. cons. 228. num. 38.* & confirmat *in d. casu 512. num. 4. & 5.* & tradit *Caualc. tract. de Tut. & Cur. num. 310.*

ÆQVITATI enim consentaneum non est, vt Tutores, & Curatores grauentur grauissimo hoc munere, cuius causa negotia propria quodammodo prætermittere, vel minus diligenter cu-
24 rare coguntur, nisi aliqua ex parte eorum detrimentum rependatur mediante salario constituendo, vt inquit *Menoch. cit. casu 212. nu. 13.* Qui concludit *num. 6. cum seq. plur.* esse in facultate Iudicis salarium constituere Tutori, & Curatori, & *Bar. in l. in eos inof. ff. de tutelis, & in l. Tutoribus §. vlt. ff. de admin. tut. atq. in l. p. §. vlt. in sè ff. mandati*, qui *Menoch. num. 11. cum seq.* exponit, quæ sit iusta causa constituendi
25 salarium, tàm Tutoribus, & Curatoribus, quam Procuratori, Sindico, & cuilibet administratori.

In

In qua verò quantitate constitui debeat huiusmo-
di salarium, in Iudicis arbitrio pariter relinqui-
tur, vt supra conclusum fuit, habita ratione
26 personæ, & patrimonij, vt scribit *Coru. cons. d.*
cons. 62. in fin. lib. 4. quem sequitur *Menoch. alleg.*
cons. 228. num. 48. & in d. casu 512. num. 16. vbi
aditur *Rimin. Sen. cons. 388. num. 30. l. 2. & de*
Salario Aduocati in causis capital. & praniss. tradit
Paris. cons. 105. num. 20. & 21. lib. 4.

Tutoribus verò Regum, & Principum, & aliarum
M. personarum esse præstanda allimẽta pro se,
27 & suis scribit *Menoch. cit. cons. 512. num. 18.*
& in Hispania ex dispositione legis fori potest
Tutor consequi decimam partem redituum bo-
28 norum pupilli, & subijcit *Menoch. ibid. nu. 19.*
vbi etiam testatur, quod in Galia Tutores fa-
ciunt suos omnes fructus bonorum immobilium
29 pupilli, vel minoris, bona verò mobilia etiam
quoad proprietatem sibi acquirent, præstitis
tamen alimentis pupillo, & minori; Et si in ea
regione nulla extat lex, vel consuetudo, atten-
30 dere potest Iudex cõsuetudinem loci vicini, cui
Iudicis arbitrio relinquitur, quod salarium con-
stitui debeat seruitori, & famulo, si nullum
fuit ab initio conuentum, vbi tamen consueuit
operas suas locare, aliter nihil præter victum
31 prætendere posset. *Ias. in l. in summa §. in fru-*
mento num. 2. ff. de cond. indeb. Granut. theorem.
12. num. 15. & post eos *Menoch. cit. casu 512.*
num. 3. & 20. Qui Auctor, *in seq. casu 513.*
amplè examinat, quale esse debeat salarium
Aduocati, quod aureos centum pro singula
32 causa excedere non debere probat *num. 3. &*
seq. ac num. 7. ex Vlpia. in l. p. §. in honorarijs ff.
de rat. & extraord. cognit.

SVMMARIA.

In legitimam importantur alienata per Filium grauatum num. 1. 3. 4.

Hæres potest sibi satisfacere pro eius creditis alienãdo bona testatoris num. 2. & pro quocumque alio credito, & deductione falcidia num. 4. 5.

Fideicommissarius non potest recuperare res bona fide alienatas per hæredem, etiam oblato prætio num. 6. & 7. quod declaratur procedere quatenus fert legitima num. 89.

Quod legitimè factum est, retractari non potest nu. 7.

Contrar. probat Bimius num. 10. vt scilicet Fideicommissarius possit agere aduersus posteriorem creditorem, qui emit, si plus crediti importantia fuit alienatum.

In solutum datio facta per grauatũ retrotrahitur ad tempus præcedentis obligationis num. 11.

Trebell. Materna dos, expensa funeris, æs alienum à Testatore contractum, expensa meliorationum deducuntur à Fideicommiss. vltra legitimam num. 12.

Bona per grauatum alienata imputantur in credita, & deductiones ipsius grauati, vt sunt legitima, Trebell. & credita propria grauati.

CAP. CCLXVII.



IN legitimam (quæ quasi debitum dicitur, vt supra affirmauimus) imputantur alienata
per filium hæredem grauatum
ex ÆQVITATE, vt disponit 1
tex. in l. Marcellus §. res, quæ ff.
ad Trebell. & cõcludit Paulus de Mõtepico in repe-
tit. l. in quartam num. 44. verb. sed æquum, ff. ad
leg. falcid., ac tradit *Gabriel com. opin. tit. de le-*
git. concl. 4. num. 8. Alba cons. 503. num. 2.
quos sequitur *Bimius cons. 75. num. 5. lib. 1. &*
cons. 274. num. 9. & 23. lib. 3.

Si etenim potest hæres pro eius creditis proprijs
sibi satisfacere, eligendo rem aliquam hæredita-
2 riam, ex qua sibi fieri intendit, vt probat *Bald.*
in l. fin. §. in computatione num. 4. C. de iure de-
lib. & scribit *Honded. cons. 58. num. 27. l. p.* eo
fortius admittendum est, vt res alienata impute-
tur in eius creditum, quasi illam eligerit pro eius
3 crediti satisfactione, ità permittente ÆQVI-
TATE obseruari debere docet *Gioga. cons. 73.*
4 *num. 6. lib. 1.* & hoc tàm pro legitima, quam
pro alio quocumque credito, etiamsi prohibea-
tur eligere sibi bona; Quia alienando, de
ÆQVITATE præsumitur, vt alienata in cre-
5 ditum imputentur, *ex Bald. in l. iubemus sub nu.*
3. C. ad Trebell. Peregr. de fideicommiss. art. 40.
num. 27. Concludentes res alienatàs bona
6 fide per grauatum ratione eius creditorum non
posse recuperari à Fideicommissario, etiam
7 oblato prætio; quia quod legitimè factum est,
reuocari non potest. *Cap. factum legitimè de reg.*
iur. in 6. & in terminis probat *Ias. in cons. 161.*
lib. 4. & probat idem *Peregr. art. 42. num. 23.* vbi
testatur ità fuisse iudicatum.

Hoc tamen intelligendum venit, quatenus fert
legitima ipsa, siue creditum grauati, vt decla-
8 rat *Dec. cons. 236. num. 3. & Rol. cons. 78. num.*
21. lib. p. Ità vt, si iam tot bona alienauit gra-
uatus, quantum sufficit pro legitima, vel alio
credito consequendo, amplius ius alienandi nõ
habet, nec bona fideicommissi obligandi, quæ
9 remoto circuitu auocat substitutus; *Peregr. de*
fideicom. art. 39. nu. 8. & 9. vers. 4. post *Caph.*
cons. 189.

Contrarium tamen verius esse scribit *Bimius alleg.*
cons. 274. sub nu. præsertim 25. vers. nec aduer-
satur. dicens, quod si fideicommissarius vult à
10 creditore auocare rem in solutum datam sub
prætextu aliarum alienationum per grauatum

antea

antea factarum, agere debet (si plus legitima, vel plus credito alienatum est) contra eum, qui est posterior tempore ratione obligationis.

Qui Auctor etiam scribit subsecutam dationem in solutum, factam per grauatum fauore Credito-
11 ris, retrotrahi, & referri ad originem, & tempus præcedentis obligationis, *ex Gabriele cons. 141. num. 8. lib. 1.* & consequenter anteriorem illum habere hypotecam, quam alium, qui medio tempore contraxit, idest post contractam priorem obligationem, sed ante in solutum dationem. *Bim. cit. cons. 276. num. 29. cum seqq.*

Inter quæ credita hæredis grauati continere Trebell. maternam dotem, expensas funeris, æs
12 alienum à Testatore contractum, expensas meliorationum factas per grauatum in bonis fideicommisso suppositis, disponit tex. *in l. in quantit. ff. ad leg. falcid. & in l. non amplius ff. deleg. p.* atque probat *Puris cons. 86. num. 10. & 2. lib. 3.* quos sequitur *Porta Imol. cons. 38. num. 6. cum seqq. plur.*

SVMMARIA.

Damna per noxam data refici debent domino num. 1.

Delictum omne noxa dicitur num. 2.

Noxa ponitur aliquando pro peccato num. 3. & damnum significat num. 4.

Noxalis actio locum habet tantum, quando priuatum maleficium commissum est per animal, vel per seruum num. 4.

Animal, quod damnum dedit, non potest retineri per damnificatum num. 5. saltem si famu illud perire periculosum est num. 6.

Distinguitur, quando damnum passus scit vel cuius sit animal, quia ignorans damnum animalis, potest illud retinere, vt sibi consulatur num. 7. vel facta recognitione, si Dominus non est soluendo, retineri potest. num. 8.

Pœna damni dati applicatur damnificato num. 9. quod locum habet, etiam si tale animal erat mansuetum num. 10.

Animal non mansuetum iuxta naturam sui generis, si damnum dedit in corpus humanum, tunc Dominus condemnatur arbitrio Iudicis, vltra damni refectionem num. 11. in alijs rebus in duplum num. 12. & 13.

Iudicatur res secundum propriam suam naturam, non secundum accidens num. 14.

Pastor bonorum Ecclesiæ tenetur ad huiusmodi emendationem num. 15.

Animal, quod nocuit, si euasit, cum haberet consuetudinem redeundi, competit tunc damnificato vtilis actio, non directa num. 16. si verò nouit, & euasit, non tenetur num. 17. & 44.

Canis alicuius si comedit carnem alterius, non tenetur Dominus canis num. 18. contrarium num. 19.

Dominus bestiæ, quæ damnum dedit, tenetur ad refectionem, si in eo culpa etiam leuissima detegitur numer. 20. secus, si nulla culpa ei potest imputari num. 21.

Animalis damnum dantis ferocia spontanea esse debet ad obligandum Dominum, num. 22. quia si alieno impulsu, tenetur prouocans num. 23. & 24.

Damni qui causam dedit, tenetur ad emendam num. 25. præsertim si causa proxima est damno num. 26.

Damni emenda consideratur, tam si corpore suo, quàm per aliam rem animal damnum dedit nu. 27. & 28.

Damnum debetur à Domino, si animalia inter se committunt, quia Dominus prouocatis tenetur nu. 29. & 30.

Agressorem occidens impunè euadit num. 31.

Animal ferum in publico alligari non debet num. 32. & 33.

Pœna irrogatur non tantum ad vindictam, quam ad exemplum num. 34.

Animalia bruta ob grauitatem criminis condemnantur num. 35. exempla plura num. 36. & 38. Decretum Senatus in ea materia num. 37.

Agens ad damnum habet causam damni, Reus damnum, & eius animal datum num. 39.

Actio hæc datur cuilibet damnum passo, non tantum Domino animalis num. 40.

Feram irritans tenetur de damno sequto nu. 41. & 42.

Animal, quod damnum dedit, vbi plurium sit, datur actio aduersus singulos num. 43.

Fera Bestia, si à Domino aufugit, & damnum dedit, non obligat Dominum ad illud resarciendum n. 44.

Dominus feræ, quæ aufugit, non dicitur vlterius illius Dominus num 45.

Dominus non tenetur, vbi animal, à quo damnum datum est, interijt ante litem contestatum num. 46. & 47. si absque Domini culpa, aut dolo interijt animal num. 48.

Animal viuum debet tradi, non mortuum num. 47. & 48.

Dominus feræ tenetur aut æstimationem litis soluere, aut æstimationem aquiliæ mandare agenti contra eum, qui feram interfecit cessante eius iussu num. 49.

Dominus quid resarcire debet, etiamsi animal sit quadrupes, vel auis num. 50.

Damnum à seruis datum sub noxali actione venit num. 51.

Pœna publica venit imponenda pro publico commisso num. 52. neque sufficit deditio serui ibidem.

Damnum à Filio familia commissum olim à patre erat resarciendum num. 53.

Patribus absoluta potestas in filios sublata num. 54. & patres, qui in filios seuere egerunt, enarrantur, num. 55.

Serui damnum inferentes si erant, plures tenentur tantum scientes, non ignorantes num. 56.



Animal,

Animal, quod damnum dedit, an possit retineri per illum, qui passus est damnum, donec sibi reficiatur damnum datum.

CAP. CCLXVIII.


NON rarò controuertitur de dam-
nis per quadrupedes datis, vel de
alijs per noxam commissis, quæ
propriè à seruis dari solent, vt *tex.*
1 *tit. ff. & instit. de noxali actione, &*
tit. si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. Id cir-
cò non ab re erit materiam ipsam trutinare,
cum ÆQVITAS vt plurimum in ea considere-
tur, & præsertim enucleasse an Dominus, qui
damnum passus est in re, vel corpore, possit
propria auctoritate retinere animal, à quo dam-
num datum fuit, donec sibi emendetur damnum.
Et eo declarato, quod delictum omne noxa dici
2 potest *l. p. C. si aduersus delinquentem.* Hinc
3 apud Festum noxa punitur pro peccato, aut
pro peccati pæna; & apud antiquos noxa dam-
num significat, quamuis à Poetis ponatur pro
4 culpa, vt inquit *Pe. Gregor. lib. 38. Sintag. iur.*
cap. 11. num. 2. & 3. qui *num.* 4. scribit locum
habere noxalem actionem tantum; quando
priuatum maleficium commissum est, ex quo
alteri damnum datum per seruum, vel animal,
pecunia resarciri debet, si in noxa non da-
tur damnificans *l. quid si, §. quod aiunt ff. de*
ædil. edic.

Non posse retineri animal dispoſuit *tex. in l. quin-*
5 *tus ff. ad l. aquil.* quam sententiam amplectitur
Bar. in l. hoc amplius §. de his nu. 3. ff. de damno in-
ferendo, & in l. satis ff. de incend. rui. & naufr.
dicens, quod in animalibus, quæ possunt incur-
rere periculum interitus, ne fame pereant, non
6 potest fieri retentio, secus in alijs animalibus, &
in ruderibus, vel ratis.

Distinguendo tamen Doctores concludunt, quod
aut damnum passus scit, cuius sint animalia,
aut ignorat, si scit prohibetur illa retinere,
7 cum possit sibi consulere per noxalem actionem
intentandam contra Dominum animalium, si
verò ignorat, de ÆQVITATE potest retinere
animal, donec sibi reficiatur damnum, vt scri-
bit *Io. Faber. in §. 1. instit. si quadrupes pauper*
fecisse dicatur; asserēdo hoc esse satis ÆQVVM,
quem sequitur *Angel. in eodem §. 1. num. 7.* &
tradit *Alcia. reg. 1. præsumpt. 50. & præsumpt.*
10. Papiens. in forma inquisit. vocand. constituen-
do num. 4. & late tradit *Plotus in l. si quan. num.*
878. cum seq. de in litem iur. vel saltem facta re-
cognitione, si Dominus animalium est soluen-
8 do, aut cautionem præstet de soluendo dam-
num, dimittuntur, vt scribit *Alcia. cit. reg. 1.*

Pæna enim hæc damni refectionem continens
aduersus animal, quod damnum dedit, dicitur
9 applicari insolidū ipsi damnificato per *l. si verò*
§. pen. ff. de his, qui deiecerunt, & l. si cui ff. de
verb. signif. ac l. delicti, vbi Imola de publ. Iud.

Quod intelligitur, etiam si animal, quod damnum
dedit, erat mansuetum, & contra naturam sui
10 generis damnum dederit; Si verò quadrupes
non mansueta iuxta naturam sui generis dam-
num dedit in liberum corpus, etiam non occi-
dendo, Tunc Dominus ex ædilicio Iudicis arbi-
11 trio pariter condemnabitur vltra damni refe-
ctionem: In alijs autem rebus, in duplum, vel
noxalis actio his duobus casibus contra Domi-
num dirigitur; Pænalesque actiones pro eodem
facto concurrentes non perimunt se concursu,
12 vt tradit *Angel. in alleg. §. 1. in princip. instit. si*
quadrupes pauper fecisse dicatur.

Et sic distinguitur damnum datum ab animali
mansueto, vt à boue, vel equo, siuè cane, quo
casu tenetur Dominus ad damni emendationē,
vel ad traditionem ipsius animalis, vel datum
sit damnum ab vrsu, siuè Leone, aut Lupo, &
similibus animalibus, quæ cicurantur; quo casu
13 non solum tenetur Dominus ad reficiendum
damnum damnificato per animal datum, sed
etiam ad pœnam Iudici arbitrariam, si huma-
num corpus nocuit; Iudicamus enim rem se-
cundum propriam suam naturam, & non se-
14 cundum accidens *§. is autem Instit. ad l. aquil.*
glos. & Dut. in l. p. §. de potul. & scribit *Angel. in*
cit. §. 1. num. 2. Instit. si quadr. paup. fec. dicitur.

Ad quam damni emendationem, vel ad traden-
dum ipsum animal, tenetur etiam pastor, siue
15 custos animalium Ecclesiæ, quando ex illius
negligentia damnum commissum fuit. *Felin. in*
cap. Ecclesia S. Mariæ in vers. quint. exempl. 18.
qu. & sequitur *Surd. cons. 301. num. 88.* Qui ta-
men Angel. in fine *d. num. 2.* distinguit, quan-
do fera, quæ nocuit, non euasit, cum haberet
consuetudinem redeundi, & tunc locum habet
16 vtilis actio, non directa *§. fin. Instit. eodem tit. si*
quadr. paup. fec. dic. aut verò prorsus euasit, &
tunc nec vtili, nec directa tenet; si verò fera
nocuit, & euasit, tunc Dominus non tenetur,
17 etiamsi postea redijt, concludit *Angel. loco reg.*
arg. l. qui res §. aream ff. de solut. & si canis ali-
cuius comedit carnem alterius, non tenetur Do-
minus canis ad refectionem damni, quia canis
nocuit secundum naturam sui generis, vt scri-
18 bit *Faber in sæpius cit. §. p. Inst. si quadr. paup.*
fec. dicitur, quem ibidem sequitur *Angel. num.*
3. post *Florian. in l. p. §. p. ff. eodem tit.*

Quidquid in contrarium dicant alij plures per *l.*
19 *qui occidit §. si quis ff. ad legem aquil. & l. fin. C.*
eodem tit. Oinot. in eodem §. 1. num. 5. Qui Flo-
rianus iterū distinguendo dicit, quod aut potest
compræhendi aliqua culpa Domini saltem le-
uissima, & tenetur Dominus ad emendam dam-
20 ni vtili saltem aquilia, vt *l. quemadmodum §.*
Magistratus ff. ad l. aquil. aut nulla culpa argui
potest, & tunc nullo modo tenetur Dominus,
quam

quamuis subijciat idem Auctor dari tunc actio-
21 nem in factum ex *l. quoties ff. de præscrip. verb.*
Iac. & Cyn. in d. l. fin. C. ad l. aquil.
Oportet verò, vt ferocia animalis fuerit sponta-
22 nea, & ex se commota *d. l. p. §. 4. ff. eodem tit.*
si quadr. & scribit *Oinot. in d. §. p. sub num. 5.*
vers. oportet autem. Nam si ex alieno sit insti-
gata fera, aliæ actiones suppetunt *l. aquil. & ad*
d. l. 1. §. 4. Vt si cum ÆQVVM permulsisset
quis, vel palpatus calce percussit *d. l. p. §. 4.*
siuè alia quadrupes aliam concitarit *d. l. p. §. 8.*
Quo casu in Dominum concitantis est actio, vt
23 *l. p. §. ... in l. qua actione §. proinde ff. ad leg.*
aquil. & in l. si ex plagis §. in alieno, & §. fi. eo-
dem, tit. uclatè scribit *Porrus in eius fasciculo §.*
damnum vers. de hoc impulsu pag. 344. vbi etiam
24 agit de impulsu nauis in aliam facto.
Semper enim in eum, qui damni causam dedit, di-
25 rigitur actio, quia is damnum dedisse videtur
cit. l. 1. §. 4. & 7. ff. hoc titulo, & tradit *Oinot.*
all. num. 5. vers. semper enim, Maximè si causa
26 proxima est damno, non autem remota. *Cabal.*
tr. de homici. num. 365. cum seq. quem sequitur
Porrus in d. §. damnum pag. 326. & pag. 344.
vers. adhæret; Nec interest, vtrum corpore suo
quadrupes pauperiem dederit, vt si equus cal-
27 ce, bos cornu percusserit, an per aliam rem,
quam tetigit, vt si plaustro bos obtriuerit ali-
28 quem, vel alia re deiecta *d. l. p. §. siue autem,*
onus in aliquem onerata quadrupes euerterit
cit. l. p. §. 4. & declarat *Oinot. alleg. num. 1.*
Rursus, cum Arietes, vel Boues committunt, &
alter alterum occidit, aut feriendo inhabilem
reddit, si prouocans perijt, aut inhabilis reditus
est, nulla datur actio, si prouocatus agit
29 *d. l. p. §. cum arietes,* ex quo duæ notantur re-
gulæ, quod scilicet, cum quis se contra aggres-
sorem deffendit, naturale ius omnibus animan-
30 tibus inditum est *l. 4. ff. ad l. aquil.*
Hinc scripsit Cicero de officijs impunè euadere
non modò à pæna criminali occidentē agresso-
31 rem *l. qui agressorem C. de sicar.* sed etiam pecu-
niaria legis aquil. vel simili, *l. si ex plagis §. p. ff.*
ad l. aquil. si quis verò se immiserit in alterius
tabernam, atque ibi ab alligato cane feroce
læsus sit, actionem non habet *l. in fin. ff. eodem.*
Nec enim domi, sed in publico feram bestiam
in ea parte, quâ populis interest, Prætor, seu
32 Ædilis aligari prohibet *l. qua vulgo 42. ff. de*
ædil. edicto. si verò a soluto læsus sit, erit actio.
33 Nec enim improbum animal solutum habere
conuenit *d. l. 1. in fine addit. ad Angel. in cit. §.*
1. vers. iam dictum est, & Oinot. alleg. num. 1. in
fine, at si animal, pecus, vt equus, aut mula
pauperiem fecerit, vbicumque hoc, & quan-
documque fiet, erit actio *l. vlt. ff. eodem tit.*
Nec mirum, quia ratione grauitatis delicti, non
tantum ad vindictam, quàm ad exemplum per-
34 tinet pæna, & non tantum id obseruatur,
vt ea afficiantur homines, qui iniuriant, sed
etiam contra bruta animalia pæna exerceatur.
Legimus enim apud Iudeos Taurum, qui ho-
minem occiderat, lapidari, & carnes mortui
35 proicij. ità disponentibus legibus à Moyse pro-
mulgatis, de quibus *Fara. in Epitom. orbis terr. tit.*
de Iud. vers. si Taurus pag. 61. in fin. atque in
Concilio Vormatiensi iubetur interfici apes,
36 quæ hominem occiderant; *teste Pe. Ærodio lib.*
3. rer. Iudic. tit. 16. cap. 1. post princ.
Cuius intuitu Senatus Excellentiss. die 14. Octobr.
1589. in causa cuiusdam Zanini Zoluti de loco
37 Casalis Nucetæ pueri annorum 17. ob coitum
cum asina, licet minime consumatum (vt ipsi
dixère) censuit semel fustigandum esse Zani-
num, cum inscriptione Tituli delicti, & dein-
dè trasmitti ad triremes per trienium, eo addito,
quod Asina combureretur.
Et sicuti Romæ in honorem anseris, qui cecinerat
38 gallos in limine adesse, argenteus positus est in
capitolio, quod suo clangore capitolium con-
seruasset, ità ex aduerso canes, quod non lat-
trassent, veluti id ex perfidia, atque per prodi-
tionem fecissent, supplicijs annuis viuos afficie-
bant Romani, vt narrat *Ærodius cit. cap. 1.* quo
loco in inanimatis etiam locum habere pænam
pluribus exemplis narrat.
Est igitur à parte agentis causa damnum acceptū
39 *l. 1. & 10. eo tit. ff. eod.* seu aliquid interesse *l. 2. eod.*
tit. si parte rei damnum per illius animal datū,
& Dominum, quod in noxa habet *l. 1. §. in Be-*
stijs, verbo non potest conuenire, quia desijt Do-
minus esse, & §. vlt. in verb. sed eo iure, quo do-
mini sunt, vt inquit Oinot. sæpius cit. num. 5. in
fine, & ante eum scribit, addicit. ad *Ang. in*
dicto §. 1. in fine vers. si autem.
Non solum autem datur hæc actio cuilibet dam-
40 num passo, non tantum Domino, vt in *l. aquil.*
& in l. item mela §. legis, & §. cum cui ff. ad l.
aquil. verū & alijs, quorum est interesse, vt Co-
mendatario, & Fulloni; cum enim ratione
damni dati teneantur Domino ipsius rei, pati
damnum à quadrupede, quæ pauperiem fecit,
videtur *l. 2. ff. eod. tit.* & etiam hæredibus, cæ-
terisque successoribus, vt bonorum possessorū
tenetur *d. l. 1. §. vlt. ff. eod. tit.* cum sit rei ni-
mirùm damni persecutoria hæc actio, non ta-
men se extendit ad eos, qui sua culpa, factoue
41 damnum fecerunt, vt qui feram irritarunt,
d. l. item mela §. item eum ff. ad l. aquil. vel se in
42 locum domesticum, vbi fera alligata erat *l. 2.*
in fin. ff. eod. Quod secus erit in pecude soluta
l. vlt. eod. tit. quamuis aduersus Dominum qua-
drupedis, non cuius fuit *d. l. 1. §. in Bestijs,* Sed
43 cuius nunc est, *d. l. p. §. & eum,* & vbi plurium
sit animal, aduersus singulos in solidum datur
actio huiusmodi *l. p. §. noxæ autem eod. tit.* & pro-
bat *Oinot. loco cit. in l.*
Si verò pauperies, idest damnum datum est ab
animali, quod aufugit à Domino, vt ab Vrso,
44 siuè Lupo, & similibus, & consequenter ob na-
turalem feritatem, cessat hæc actio, neque Do-
minus ad quidquam tenetur, cum vlterius non
45 dicatur Dominus færæ, quæ aufugit *addicion.*
ad Angel. in sæpius cit. §. primo versic. cæterum;

ſi inſtiuti quadr. paup. feciſſe dicatur.
Si autem ante conteſtatam litem, animal, quod
46 nocuit, deceſſerit, extinguitur actio hæc *d. l. p.*
§. planè, quia alternatiuè eius locus eſſe non
poteſt, ſcilicet, aut noxam ſarcire, aut animal
noxæ dedere, *cit. l. c. §. cum arietes in fin.* non
enim dari mortuum animal poteſt, ſed viuum
47 tradi debet *d. l. p. §. noxa autem*, & ſcribit *Pe.*
Grego. loco cit. cap. 11. num. 3. & cap. 12. n. 11.
niſi ipſius Domini dolo, aut culpa interfectum
48 ſit animal, quoniam tunc detracta noxæ mentione,
inſolidum erit actio, ſiuè id ante, ſiuè
poſt litem conteſtatam fiat, *arg. l. non ſolum cum*
ſeq. ff. de rei vendic. & l. ſi ex legati cauſa 23. ff.
de verb. obligat, quod ſi ab alio occiſum fuerit,
49 debet Dominus, aut æſtimationem litis ſoluere,
aut æſtimationem aquiliæ mandare agenti
contra eum, qui interfecit, vt *ſubijcit Oinot. in*
fine, quia deſinit Dominus eſſe *d. l. c. §. in Beſtijs*
in verb. non poteſt ff. eod. tit.
Cæterum, quæ de pecudibus, & quadrupedibus
50 damnum dantibus ſtatuta ſunt, eadem ratione,
& in bipedibus, & auibus, quæ damnum dant,
locum obtinent, vt explicat *Vlpia. in l. quemadm.*
39. §. hac actione ff. ad l. aquil. & docet *Pe. Gregor. cit. lib. 38. cap. 12. num. 1. in fin. p. 1.*
Sub eadem noxali actione venit omne damnum à
51 ſeruis datum, maleficio mediante, ſiuè iuſſu,
aut ſententia Dominorum, ideſt mediante priuato
maleficio, ob quod damnum alteri datum
reſarciendum eſt pecunia, quia pro publico
commiſſo publica pœna imponenda venit, ne
52 que ſufficit deditio ſerui *l. quod ſic 17. §. quod*
aiunt ff. de edelic. edic. & l. 4. §. fin. ff. de noxali
actio. & latè tradit *Pe. Gregor. all. lib. 38. cap.*
11. num. 4. & 5. vbi probat concluſionem alias
locum habere etiam in maleficijs per filium fa-
53 milias commiſſis, pro quibus Pater tenebatur
de iure antiquo; Quamuis noua hominum conuerſatione
ſublatum tradit *Iuſtin. in §. ſed veteres
inſtit. eod. tit. de noxali actione*, cum & vitæ,
54 neciſq; & libertatis poteſtas, quæ parentibus
concedebatur in filios, adempta fuerit *l. fin. C.*
de patr. poteſt. & §. 20. inſtit. de his, qui ſunt ſui,
vel alio iur. Quia alias majorem poteſtatem in
liberos Patrē, quam Dominū in ſeruos habere
notum eſt, & ſcribit *Pe. Ærod. lib. 6. tit. 7. c. 10.*
55 vbi de Iunio Bruto T. Mar. Torquato, Pou. Tiburto,
& Sp. Caſſio meminit, à quibus filij fuerant
ſeuerè puniti, mentionem facit, cum nulla
alia meliori ratione filios in officio, & obſequio
contineri poſſe exiſtimabant, quam per abſolutam
patris auctoritatem in filios. Id circò
ſi filius famil. damnum dedit, vel maleficium
etiam publicum commiſit, Pater pro eo condemnari
non poteſt. *Rub. C. ne filius pro Patre*,
& ſcribit *Pe. Greg. alleg. cap. 11. num. 5.* & dictum
fuit in ſuperior. *cap. 265. num. 33.* niſi de
pecul. perfecti, ſi illum non deffenderit *l. quoties
enim 34. & l. ſi condemnatus 33. ff. de nox. act.*
Et ſi plures Domini erant ſerui damnum dantis,
parſque eorum ſciret, cæteri vero ignorarent,
56 illi tantum tenentur, qui ſciebant, & quæ ab
ignorantibus repetere nequeunt, etiam pro
parte, quæ iſtis ſpectaret, tenentur *l. ſi comm.*
famil. 9. ff. eod. de nox. act. de quo Pe. Gregor.
alleg. cap. 11. ſub num. 9. verſ. & ſi ſcientes,

S V M M A R I A.

Apices iuris dicuntur ſubtilitates, & ſtricta iuris ratio num. 1. 3. 4. 5. 9. 10. & 11.
Contendens in re clara, aut liquida, non debet audiri num. 2.
Apices dicuntur quæcumque bonam fidem non tangunt num. 6. & 33.
Mercatorum in curia excluduntur iuris appices nu. 7.
Ius gentium æquitatem meram ſpectat num. 8.
Pacta ſeruare ius eſt iuſtiſſimum num. 12. Limitatur num. 13.
Sceuola I. C. peracutus erat ad excogitandum, quod in iure, aut in Æquo verum eſſet, aut non eſſet num. 14.
Æquitas eſt, quæ de iure multum remittit, Ius eſt, quod omnia ex inflexibili exigit num. 15.
Circonſtantiæ concurrentes in caſibus faciunt variare diſpoſitiones num. 16.
Apices iuris reiciuntur in executione facienda debitori num. 17. 18. & 22.
In executionibus proceditur de Æquitate num. 19.
Debitor non ſoluens præſumitur calumnioſè facere num. 20.
Limitatur pluribus modis num. 21.
Limitatur, ſi non ſoluit pretium rei empta in licitatione, carceri mancipatur num. 23. & 26.
Licitatur non ſoluens pretium promiſſum, quaſi irridere videtur Iudicem num. 24.
Decretum Senatus Pariſien. in ea materia num. 25.
Vendendi poteſtate data alicui, non data eſt, vt habeat fidem de pretio num. 27.
Debitor capi poteſt, ſi notorium ſit, illum non eſſe ſoluendo num. 28.
Notorium debet apparere, ſaltem adhibita ſummaria cognitione num. 29.
Apices Iuris ammittuntur in ludis licitis nu. 30. & 31.
Excuſationis exceptio verè non eſt de apicibus n. 32.

Iuris Apices reiciuntur in Iudicijs ſummarijs, & in illis, in quibus de ÆQVITATE proceditur.

CAP. CCLXIX.

IVris apices dicuntur ſubtilitates,
1 ideſt ſummum ius, vel ſtricta iuris
ratio, in Æqui, & boni ratio non
habetur, ſed res ad viuum reſecatur,
quæ bona fide agenti non
conueniunt, vt eximius ÆQVITATIS cultor
Vlpianus dixit, *in l. ſi fideiuſſor §. quadam ff. mandati.*
Hinc emanauit vulgatum illud, diſputantem
in re liquida (ideſt clara) non eſſe audien-

1 dicendum , de quo latius disserit *Bar. in l. confes-*
sus ; ff. de custod. reor. quem sequitur *Prateius in*
suo lexic. Iur. in verb. api, idemque *Bar. in l. si fidei*
§. quadam ff. mandati , Apices iuris esse putat ,
qui subtilitatem quamdam respiciunt magis ,
2 quam facti veritatem, quem sequitur *Stracha de*
Mercat. tit. quomodo procedend. sit in causis Mer-
cator. qui est prima particula vlt. part. num. 5.
Vbi explicat exempla apices iuris continentia ,
4 Videlicet , si esset instituta directa actio , cum
vtilis competebat, vel non esset lis contestata, &
similia , quia prædicta nõ sunt intelligenda , vt
iuris ciuilis rationẽ non habeant, qnia esset con-
5 tra legem bona fides *l. hac ille ff. depositi* , cuius
sententiam probauit *Bal. in l. placuit C. de Iudic.*
Baldus verò *in cap. p. col. 2. de constit.* scribit iuris
apices dici , quidquid bonam fidem non tangit ,
sed extrinsecus agitandum est , Id quod probat
6 *Soncin. in cons. 120. cum in præsenti col. 7. vers.*
hac ex eo lib. p.
Id circò in curia Mercatorũ (vbi negotia ÆQVI-
7 TATE terminanda sunt , vt diximus supra in
cap. 6. num. 11. lib. p.) non potest opponi ex-
ceptio, si non interuenit stipulatio , sed fuit nu-
dum pactum , quæ contraria esse videatur ,
vtrumque tamen verum esse subijcit , Quia aut
ius commune detrahat iurigentium ex causa, &
tunc seruandum est ius commune , vt in solem-
nitate testamentorum , aut ius commune non
intromittit se, detrahendo iuri gentium , sed nõ
8 adijcit ei robur , vt in parte nuda , & tunc ser-
uandum est *ius* gentium , vbi mera , & sola
ÆQVITAS debet , attendi quod notandum
refert , & probat *Blanch. tract. de compromissis*
num. 43.
Sed & clarius , & magis iuxta naturalem ÆQVI-
9 TATEM dicendum est secundam Stracham
loco cit. num. 6. vers. hactenus ille, quod apex est
cuiuscumque rei summitas , quæ acuminata est,
atque indiuisa , vnde regulæ à summitate iuris
prodnctæ ; metaforici apices dicuntur , quasi
nimium plerumque à casu aliquo singulari re-
10 motæ , consideratis rei , de qua agitur , circon-
stantijs ; vndè alij apices iuris varijs vocabulis
demonstrari posse dicebant, veluti summum ius,
ius inflexibile , generalis deffinitio , verborum
subtilitas , legum seueritas , perdurum ius , stri-
ctum ius , nonnunquam summa iniuria , sed hoc
11 vltimum impropriè , vt inquit *Strach. sub d. nu.*
6. vers. veluti , Summum tradensius , summum
quod bonum in se est , ex circonstantijs , si ser-
uares, efficere summam iniuriam, veluti seruare
12 pactum , est iuris positio iustissima *l. p. ff. de pa-*
ctis . Si tamen pactum ad aliquam facti spetiem
transferas , veluti cum turpis res in pacto dedu-
citur , aut contra leges , bonosue mores pactũ
est initum, dolore malo factũ est, si iuris formu-
lam adduceres , serua pactum , esset profecto
summa iniuria , idque ex circonstantijs habetur
13 iuxta sexcenta exempla *l. Iuris gentium §.*
Prator ait , l. si vnus §. pacta l. contra iuris ciuilis
ff. de pactis , l. fin. C. pactum , quod doli , l. pacta
qua contra C. de pactis, cum alijs, quas refert Stra-
cha d. vers. Veluti , subijciens, quod Sceuola (vt
14 ait Cicero de claris oratoribus) peracutus erat,
ad excogitandum, quod in iure, aut in ÆQVO
verum esset , aut non esset .
Hinc etiam donatus ille Terentianus interpres,
non merus gramaticus in Adelfos (vt subijcit
15 *Stracha vers. hinc etiam*) ait , inter Ius , &
ÆQVITATM hoc interest ; Ius est , quod om-
16 nia inflexibilia exigit , ÆQVITAS est , quæ
de iure multum remittit . Circumstantiæ igitur
sunt , quæ variant , & quæ præcipuè conside-
randę sunt , & ex quibus a regulis iuris generali-
ter recedimus , ex quibus colligitur nullam in
Bartolo fuisse repugnantiam , vt scribit *Stracha*
cit. num. 6. in fine .
In multis itaque casibus reici iuris subtilitates
(idest apices) tradunt scribentes , præcipuè
17 verò , quando fit executio debitori , vt quod
præscripto termino debitori ad soluendum , eo-
que elapso , capiantur bona , nulla facta distin-
ctione mobilium , vel immobilium , vt ex legis
18 subtilitate prouisum legitur , *In l. Adino Pio §.*
venditione , & ibi *glos. & Bart. num. 5. ff. de re*
iud. & ibi *Bal. Alex. & cateri* : quia ex quadam
ÆQVITATE eo casu reijciuntur iuris subtili-
19 tates , & apices *cap. dilecti de Iud.* & sola
ÆQVIVAS consideratur , vt cauetur per con-
stit. Reg. Franc. de qua rebuf. *in tit. de lit. obli-*
gat. art. 12. glo. vn. num. 1.
Et si enim debitor , qui sine causa non soluit , præ-
20 sumitur in calumnia *l. si quis aliter ff. de verb.*
oblig. Tamen si ratione belli , aut pestis , vel
inopiæ, alteriusue iustæ causæ , sibi non liduit ,
calumniosè facere non censetur , maximè , si cũ
non haberet pecuniam , vel aliam rem mobi-
lem , offerat rem immobilem , vel plures res in
21 Creditoris electionem , quia tunc Iudex hoc
arbitrari debet cautione euictionis data , vt
probat *tex. in §. quod autem, in auth. de fideiuss.*
col. 1. & in Auth. hoc nisi de solut. scrib. *in l. 2.*
§. 1. ff. si certum pet. & Rebuff. d. loco art. 10. glos.
2. num. 2.
Similiter si personaliter obligatus est debitor , &
captus est, non disputant, quod prius bona erant
22 excutienda, tanquam iuris apices continens *glos.*
in l. 3. §. tutores in verb. vinculis ff. de suspectis
Tutor. quem singularem dicit *Bald. in Margarita*
in verbo carceratus quast. 10. & in verbo finis qu.
43. Ias. in d. l. à Dino Pio §. in venditione col. 2.
ff. de. Re. Iud. quos sequitur *Rebuff. d. art. 11.*
glos. 3. num. 1. Qui *num. 16.* tradit , quod qui
23 in licitatione promisit , neque soluit , carceri
mancipari poterit pro solutione pecuniæ ibi
promissæ , etiamsi aliò non sit obligatus modo .
Quia is , qui sic promisit , stultè agit , & quasi
irridet Iudicem , & alios volentes illam rem
24 emere , ob id puniri debet , vt statim soluere
cogatur ; Et ita iudicasse Senat. Parisiens. die
25 23. Ianuarij 1519. testatur ibidem Rebuff. qua
de re ad istam auctoritatem , & licitationem
non admittitur quis , nisi pecuniam præsentem

ſoluat, etiamſi vellet conſtituere redditus, ex
26 quo elicitur, quod cui data eſt poteſtas vendendi non eſt data poteſtas habendi fidem de
27 prætio, & conſequẽter ſolutionem expectandi. *Doct. in l. ſingularia, ff. ſi certum petatur*, & ſcribit ibid. *Rebuff. cit. num. 16. in fine*.

Præterea ſi notoriè appareat debitorem non eſſe ſoluendo, tunc, nulla facta diſcuſſione bonorũ,
28 capi poterit, ſi debitum eſt liquidum *l. 1. C. de c. Fiſci deb. lib. 11.* vbi *Docto. per gloſ. ſing. in l. ſi. ff. ſi certum petatur*, de quo tamen notorio neceſſe eſt, vt conſtet, ſaltem adhibita ſummaria
29 diſcuſſione *Alem. appell. de appell. Rebuff. cit. gloſ. 3. num. 23.*

Prout iuris apices, & ſubtilitates omittuntur in luſoribus, vel ludis licitis, præcipuè Schacorũ,
30 in quibus ſola facti veritas attenditur, quia ſi acciderit controuerſia, vnius periti iudicium, ex ſpectatoribus præſentibus ſufficiet, ità probat *Thom. Accius de ludo Schacor. quaſt. 12. princip. num. 93.* quia quando Luſores cum bona fide agere voluerint de ludi apicibus, vt ſi tacto latrunculatore, ille omnino mouendus ſit, non
31 eſt curandum *l. fideiuſſ. §. quadam ff. mandat*, & tradit *Tho. Accius cit. tract. quaſt. 7. principali num. præſertim 16.*

Et excuſſionis exceptionem verè non eſſe de apici-
32 bus iuris probatum fuit ſupra in *cap. 114. nu. 16.* cum ea fuerit adinuenta ad circuitus euitandos, de Apicibus verò iuris verè dicitur quid-
33 quid extrinſecus agitatum eſt, nec bonam fidẽ tangit, vt poſt Bald. & Soncino tradit *Rugiuel pract. quaſt. cap. 1. ſub num. 79.* & dictum fuit ſupra in *cit. cap. 114. num. 7.*

SVMMARIA.

Falcidia detrahitur ex omni legato num. 1. & 2. 22. & 23.

Lex generaliter loquens, generaliter etiam intelligi debet num. 3.

Lex, ſi non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus num. 4.

Falcidia detractio inuenta fuit, ne hæreditates repudiarentur num. 5.

Abſurda ſunt euitanda num. 6.

Eccleſia detrahit falcidiam ex legato facto alteri Eccleſiæ num. 1. 6. & 7. Contrarium verius num. 8. 9. 10. & 12.

Textum vbi habemus, non eſt diſputandum num. 9.

Æquitas fundata eſt in principijs iuris naturalis n. 10.

Priuilegiatus non vtitur priuilegio aduerſus æquè priuilegiatum num. 13.

Limitatur, quando alter agit de damno euitando, alter de lucro captando num. 14. Item quando in ſpecie alter eſt priuilegiatus, alter verò in genere nu. 15. 16. 17. 18. 19. & 20.

Duabus actibus eodem die factis, in dubio prius perfectus præſumitur qui eſt benignior num. 21.

Hæres ſine lucro remanere non debet num. 23.

Reſeruatio detrahendi Falcidiam facta in inuentario prodeſt hæredi num. 24.

Inuentarium licet non ſolemniter factum prodeſt pro Falcidia detractione num. 25.

Falcidia detractionis magis fauet lex, quàm detractioni Trebellianicæ num. 26.

Falcidia detractio locum habet tàm in legato, quàm in fideicommiſſis num. 27. ratio affertur num. 28.

Falcidia debetur ex pupillari ſubſtitutione num. 29.

Legataria portio ad illius hæredem cum onere tranſire dicitur num. 30.

Tempus mortis Teſtatoris, ſiuè Agnati legati ſpectatur in detractione Falcidiæ num. 31.

Falcidia petitio nullo tempore præſcribitur nu. 32.

Statutum Mediolani prohibens beneficium inuentarij non continet Falcidiæ detractionem num. 33. & 34.

Falcidia non deducitur ex legitima num. 35.

Falcidia non detrahitur ex legato dotis num. 36. declaratur num. 37.

Falcidia detrahitur ex legato lucroſo, non autem ſi indè nullum lucrum percipitur num. 38.

Falcidia non detrahitur ex legato pio num. 39. 40.

Legatum pium quando dicatur num. 41. 42. & 43.

Pauper dicitur, qui aliunde non habet vnde ſe alat num. 24.

Falcidia detrahitur ex legato alimentorum num. 45.

Falcidia detrahitur ex dote legata, non autem ex dote reſtituenda, quæ dicitur æs alienum num. 46. Regens Natta *contrarium affirmant num. 61.*

Alimenta æquiparantur piæ cauſæ num. 47. Contrarium tradit Cyrus *num. 48.*

Falcidia detrahitur ex legatis de falcabilibus etiam pro alijs minimè de falcabilibus nu. 49. 51. etiam ſi contrarium ſtatuiſſet Teſtator num. 50.

Falcidia detrahitur ex particulari inſtitutione n. 53.

Legatum factum ſeruo, factum dicitur Domino n. 52.

Inſtitutio facta in re certa per verbum commune importat legatum num. 55. 56.

Falcidia debetur, etiam poſt ſolutionem legati num. 57. 58. 59. & etiam illius fructus num. 60.

Doctoris auctoritas intelligi debet ſecundum legem, ſiuè rationem, quàm allegat num. 62.

Io. Baptiſta Cantoni Senatoris, & Regentis mentio num. 63.

Eccleſia, ſiuè locus pius hæres an poſſit detrahere Falcidiam de legatis Pijs, vel locis Pijs factis.

CAP. CCLXX.

1 Regulare eſt, quod Falcidia detrahitur ex omni legato ad hæredis benefitium, *tot. tit. ff. ad legem falcidiam*. Ergo procedit regula etiamſi hæres ſit locus Pius, vel Eccleſia, & legata ſint facta alteri Eccleſiæ, aut Pio loco iuxta
2 *text. in Auth. de Sanctis Epiſc. §. ſed hoc præſenti*; & in indiuiduo probat *Io. de Imola in l. 1. §. ad municipium ff. ad legem falcid.*

Cũ enim lex generaliter loquatur in cit. textu, generaliter

3 neraliter etiam intelligendus venit *l. 1. §. gene-*
raliter ff. de legat. praestand. & l. 3. ff. de officio
Praesidis: Et sic cum lex non distingit, nec nos
4 distinguere debemus *l. de pratio ff. de publ. & l.*
si seruum §. non dicit ff. de acquir. hæred.
Præterea cum lex Falcidiæ fuerit introducta ad
euitandum hæreditatum repudiationes, eo
quia hæredes vniuersales nimis onerati lega-
5 tis sæpè repudiabant hæreditates, & intestati
remanebant Testatores, vt inquit Imperator Iu-
stinian. *Instit. ad legem falcid. in princ.* Idem ab-
surdum repudiationis sequeretur; Vbi Ecclesia,
vel locus Pius non posset detrahere Falcidiam
a legatis etiam Pijs; præsertim, si nulla alia
legata facta fuissent in testamento, ex quibus
Falcidia detrahi posset, Ad quod sanè absurdum
6 euitandam concludi debet licere Ecclesiæ fa-
cere Falcidiæ detractionē ex legatis etiam Pijs.
Hanc sententiam amplectitur *Abb. in c. in præsen-*
7 *tia de probat*, dicens, quod Franciscus de Al-
bergo hoc consuluit per illam rationem, quod
priuiligiatus non vtitur priuilegio aduersus
æquè priuilegiatum *l. sed & milites ff. de excusat.*
Tutor. l. verum §. penult. & §. fin. cum l. seq. ff.
de minorib. atq. l. assiduis C. qui potior. in pignor.
habet. & l. priuilegia ff. de priuil. creditor.
Contrarium tamen de ÆQVITATE verius est, &
8 expressè disponit tex. in *Auth. similiter C. ad le-*
9 *gem falcid.* vbi autem habemus textum dispo-
nentem, non est disputandum *l. illam vers. de*
modu C. de collat. & l. ancilla C. de furt. non enim
debetur Falcidia naturaliter hæredi, vt habetur
10 *in glos. l. 1. ff. de condit. indeb. & in l. cum quis*
C. de iuris, & facti ignorant. atq; l. error. C. ad leg.
falcid. Ergo ÆQVITAS est illa, quæ in princi-
11 pijs iuris naturalis fundata est, vt inquit *Bald.*
in l. 1. C. de legib. & sequitur *Montisperela in cons.*
105. num. 9. & in fin. consilij. Vbi concludit,
quod de ÆQVITATE Ecclesia hæres non po-
test detrahere Falcidiam de legato facto alteri
Ecclesiæ.
Quam sententiam comprobat *Corn. cons. 236. nu.*
5. lib. 3. dicens, & ipsæ quod cum *text. in d.*
Auth. similiter, loquitur generaliter, vt de le-
gatis ad pias causas, non detrahatur falcidia
12 generaliter etiam intelligi debet alli *l. 1. § ge-*
neraliter ff. de legat. præstand. maxime, quia, cū
non reperiatur in iure cautū expressè, quod pia
causa, siuè Ecclesia detrahat falcidiam de lega-
tis Pijs, standum est cum generalitate *citatæ*
Auth. similiter.
Hanc conclusionem amplè defendit *Tiraquel.*
tract. de priuileg. Piæ causæ priuileg. 26 quo loci
plures alios hanc sententiam sequentes refert,
& quam sententiam sequitur *Surd. tract. de ali-*
ment. tit. 8. priuileg. 18. num. 8.
Non refragrante; quod priuilegiatus non vtitur
priuilegio contra æquè priuilegiatum *§. sed h e*
præsenti in Auth. de Sanctis. Episc. Quia limita-
13 tur regula ipsa plurimis modis, tùm quia præ-
ferenda semper est causa, quæ magis specialiter,
14 & ad quid certum, est prouisa, vt tradit *Mon-*
tesperela cit. cons. 105. num. 6. Tùm quia locum
tantum habet regula, quando vterq; est priui-
legiatus in specie, secus, si vnus est priuilegiatus
in genere, alius verò in specie, vt distinguendo
15 probat *Surd. de aliment. cit. tit. 8. priuileg. 18.*
num. 7. per l. fin. ff. ex quibus caus. maior. & pri-
uileg. 61. num. 13. Nam tunc priuilegiatus in
16 specie vtitur priuilegio aduersus priuilegiatum
in genere. Casus est in *l. fin. C. ex quib. caus.*
sic in proposito casu, vbi Pia causa non est priui-
legiata in specie, quod detrahere possit Falci-
diam, magis quam quælibet alia persona, sed
solum reperitur priuilegiata in genere; E con-
tra legatarius ex causa Pia priuilegiatus in spe-
17 cie reperitur per *d. Auth. similiter*: Ergo is præ-
ferendus est, vt possit vti priuilegio, ne ex le-
gato sibi facto detrahatur Falcidia, ita probat
Corne. cit. cons. 234. num. 5. vers. quia locum ha-
bet, vbi multos in eam refert sententiam, &
scribit *Monach. cons. 52. num. 43. & cons. 680.*
num. 44. quos sequitur *Surd in citat. priuileg. 61.*
num. 13.
Tùm deniq; quia cum Ecclesia hæres agat de lu-
cro captando, mediante detractione Falcidiæ,
legatarius verò de damno euitando, ne coga-
tur dimittere hæredi quartam partem legati
19 sibi facti; præferri debet legatarius priuilegia-
tus hæredi æquè priuilegiato, vt damnum eui-
tet, cuius respectu restituitur minor etiam con-
tra Fiscum, vel Rempublicam æquè priuilegia-
tam, vt probat *Specul. in tract. de restit. in integ.*
§. 1. num. 17. quem sequitur *Menoch. cons. 100.*
nu. 284. & antè eum tradit *Montesperel. in alleg.*
cons. 105. num. 4. & sub num. 12. vers. num si
20 *minor. & versic. verò vterq;* Magis enim subue-
niri debet ei, qui tractat de damno euitando,
quam ei, qui agit de lucro faciendo *l. fin. C. de*
condic. & probat *Alex. in l. debitor num. 7.* vt
dicitur de tempore incerto ratione hypotecæ,
dum bina instrumenta facta fuerint eodem die,
& ignotatur quod ex ijs fuerit primò loco ce-
lebratum, & res agitur inter duos priuilegia-
tos; nā tunc sine dubio præsumitur pro benignio-
21 re, vt post *Bart. in l. 1. §. 1. ff. de boni. possess. se-*
cund. tabul. & in l. edicto in fin. C. de edict. Diui
Adrian. tol. dictum fuit supra in *cap. 174. n. 36.*
Et quia alias in terminis respondi pro D. Laura
Scacabarocia minore, & sic priuilegiata, contra
D. Camillam Marchionissam Coriam similiter
minorem, & priuilegiatam legatariam, ea, quæ
in eo casu concurrebant, hic inserere placuit,
vt infrà.
De Falcidiæ detractione hæsitari nullo modo po-
test; quia regulare est ex legatis detrahi Falci-
22 diam, vbi ea ad dodrantem ascendent tex. in *l.*
1. ff. ad leg. Falcid. & in l. 2. C. eod. tit. Fachin.
contron. iur. lib. 4. cap. 34. vers. & hanc senten-
tiam, Ne hæres sine lucro remaneat, vt tradunt
23 scribentes, præsertim *Ias. in l. 1. § deniq; num. 9.*
ff. ad Trebel. & scribit *Peregrin. decis. 85. num. 1.*
in fin.
Factum enim fuit inuentarium bonorum relictorū

per

per Alphonſum Teſtatorem primò reſpectu
mobiliu, ſuppelectilium, anno 1630. Deinde
anno 1633. nato hærede inſtituto de alijs bonis
24 cu expreſsa reſeruatione beneficij Falcidię iuxta
textum in §. hunc vobis in Auth. de hæred. & Fal-
cid. de qua re latè Monticula tract. de inuent. di-
uerſ. plena q. 135. Quod inuentarium in hoc
caſu licet ſolemne non fuiſſet factum, validum
25 eſſe pro Falcidiæ detractione probat Paris. conſ.
132. num. 4. lib. 1. inter conſil. Socin. Iun. & ſe-
quitur Roland. conſ. 27. num. 14. & 22. lib. 1.
& probat Tirmagiola in repet. l. in quartam ſub
num. 54. ff. ad leg. Falcid. ad rem Odd. conſ. 8.
num. 28. cum ſeq. Cui Falcidiæ detractioni magis
fauet lex, quam detractioni Trebellianicæ, vt
26 inquit Montepiens in repet. l. in quartam num. 4.
& 13. ff. eod. Roland. de inuent. part. 5. verſ. quia
in præcedenti n. 8. fol. 191. infam. 8. tract. part. 2.
Quæ detractio locum habet tàm in legatis, quàm
27 in fideicommiſſis, text. in l. Falcidia ratione C.
eod. tit. & in l. quod rei de bonis §. fructus, ac l.
cum Pater, & ibi Caſtrenſ. verſ. quia ius defal-
candi ff. eod. tit. Rationem deducens, quod ius
28 defalcandi non incipit competere pupillo, ſed
in perſonam ſubſtituti; Adeò quod pro portio-
ne legata Ludouicæ Sorori Camillæ cum reci-
proca pupillari ſubſtitutione altera ex ipſis So-
roribus moriente autè nuptias, Falcidiā deberi
nemo dubitat; tùm quia text. alleg. in l. Falcidiæ
rationem tollit omnem ambiguitatem, prout
eandem remouet alius optimus textus in d. l. cum
Pater 60. ff. eod. & tradit Iaſ. in rubric. ff. ad Tre-
bell. num. 6. & 11. cū ſeqq. Trumagiole in d. l. in
quartam num. 16. ff. eod. Peregrin. de fideicom.
ar. 3. num. 52. 55. & 62. Ruſtiens de ſubſtitut. lib.
1. cap. 2. part. 1. num. 29. & dictum fuit ſupra
29 in cap. 28. num. 24. cum ſeqq. lib. 1. & in ſpecie,
quod Falcidia debeatur ex pupillari ſubſtitutio-
ne probat Surd. conſ. 265. num. 20. in fin. Tùm
quia quatenus a ſubſtituta Camilla non debere-
tur Falcidia (quod tamen ſuperabundè dictū ſit)
30 ſaltem debebatur per ipſam legatariam, cuius
portio cum ſuo onere ad Camillam tranſiuit;
ſpectari enim debet tempus mortis Teſtatoris,
31 ſiuè Agnati legati l. in quantitate 73. vbi gloſ.
ff. eod. tit. Neque Falcidię petendæ facultas vllo
32 tempore præſcribitur tex. in l. Legis falcidiæ
58. & in l. quid de bonis 5. §. non idcirco ff. eod. ad
legem falcidiam.
Et hanc concluſionem procedere non obſtante
ſtatuto Mediolani 172. lib. 1. prohibente benefi-
33 tium inuentarij in aditionibus hæreditarijs, ter-
minaliter probat Petr. Antonius Anguia pleno
conſil. 24. lib. 3. & ibidem ſcribit Carpan. nu. 81.
Quos in indiuiduo ſequitur Bimius conſ. 52. num.
12. in fin. & conſ. 222. nu. 54. Quia deductioni
34 Falcidiæ non obſtare ſtatutum, quod reſtrin-
gendum venit vti iuris communis correctoriū,
iuribus vulgatis.
Neq; affirmari poteſt agi hic de legitima Alphon-
35 ſi, ex qua deduci nequit falcidia l. Scimus antea,
vbi ſcribentes præcipuè Iaſ. num. 1. & 8. C. de
inoffic. Teſtam. Sed de Alphonſi hæreditate, &
de legatis per ipſum factis, licet pro parte de-
ducendis ex portione eidem debita ratione le-
gitimæ, & ſic locum non habere nequit diſpo-
ſitio d. l. Scimus.
Prout etiam dici non poteſt legatum dotis, in cuius
cauſam factum fuit per Teſtamentum Alphon-
ſi illud libr. 24. mille tàm D. Camillæ, quam
Ludouicæ eius filiabus, ex quo Falcidiam non
36 poſſe detrahi affertur teſtus in l. cum dotem 57.
ff. eod. ad legem. falcid. Quandoquidem diſpoſi-
tio d. l. in dotem, locum habet, quando legatum
37 factum fuit Creditori dotis, vti Vxori, & ſic le-
gata fuit dos, quam receperat Vir, ſiuè Socer,
de quo loquitur Textus prædictus; Non autem
quando legatur dos minimè recepta d. l. cum
dotem, & l. ſi vſusfructus 80. §. dos legata eod.
tit, & declarat Caſtren. in d. l. cum dotem verſ.
quia ille primus, & ibi Angel. Tunc enim lega-
tum non dicitur lucratiuum legatario, cuius
38 lucri cauſa fuit conceſſa Falcidiæ detractio ex
legatis tot. tit. ff. ed. C. ad legem falcid.
Idem, ſi legatum in cauſa dotis factum eſset Pium,
39 videlicet factum perſonæ pauperi, gloſ. in l. Si-
militer ff. eod. & conſequenter minimè defalca-
40 bile, vt ſcribit Fabian. de Chiochis in repet. Auth.
noniſi. num. 253. C. de inof. teſtam. Bal. de Bartoli
in repet. l. 1. num. 40. cum ſeqq. & num. 51. ff.
ſolut. matrim. Id quod intelligendum eſt, quan-
41 do legatum factum fuit perſonæ pauperi, quod
aliundè obueniat, quam ab illis, qui dotare te-
nentur Tiraquel. de priuil. pia cauſa priuil. 150.
& Campeg. de dote q. 91. part. 1. quos ſequitur
Coſta de fact. ſciens. & ignorant. diſtinct. 75. in fin.
Cauſa namq; pia propiè dicitur, quæ animæ ſalu-
42 tem reſpicit gloſ. in l. illud. C. de Sacroſ. Eccleſ.
atque ſcribit Bal. de Bartol. loc. relato in fin. qui
43 num. 45. declarat dotis legatum non ſemper
continere cauſam piam, propriè loquendo, niſi
quando promitteretur, vel daretur mulieri pau-
peri, ſequenti verò num. 46. reprobat opinio-
nem eorum contrarium tenentium.
A quo caſu pij ſpecie legati non abeſse notiſſimum
eſt; cum pauper dicatur mulier, quæ aliundè nō
44 habet vndè ſe alat, vel docet Auth. ſimilit. C. ad
legem falcid. & ſubijcit Bart. l. e. num. 51. & id
circo detractioni Falcidię ſubiacere legata præ-
dicta concludendum eſt gloſ. in l. tali ff. de iur.
doti, & in l. ſi non deſignata C. de falſ. cauſ. adiect.
leg. quam ſententiam multis exornat exemplis
idem Bart. num. 53. & quam amplectitur Nicol.
Bello. conſ. 19. num. 18. & Bat. Nouel. de dote
priuileg. 49. pauper. & priuil. 11. num. 1. part. 8.
verſ. Tu aduerte.
Quin etiam ſicuti ex legato alimentorum detrahi-
45 tur Falcidia tex. in l. hereditatem 68. & in l. Diui
88. ff eod. ad leg. falcid. & probat Surd. de alimen.
46 tit. 8. priuil. 18. Ita multò fortius detrahitur ex
dote legata, quæ longè minus priuilegiata dici-
tur, quam alimenta, vt amplè ſcribit idem
Surd. de alimen. tit. 9. q. 1. ſub nu. 10. cum duob.
47 ſeqq. Quia alimenta æquiparantur piæ cauſæ,
licet

licet verè piam causam non contineant, vbi sint
legata pauperi *tex. in §. interdicimus in Auth. de
Eccles. tit. 5.* & probat *Surd. all. tit. 9. q. 3. num.
1. & 3.* & terminaliter antè eum probat *Alex.
& Ias. in l. 1. ff. solut. matrim.* ille in *num. 12.* &
48 iste *nu. 8.* Quidquid in contrarium affirmauerit
Cynus in l. non omni C. de administrat. tut. vt re-
fert *Surd. de aliment. tit. 1. q. 23. num. 20.*
Additur insuper, quod cum plura sint legata facta
per Alphonsum dictis eius filiabus, & Claræ
vxori; quatenus etiam eorum aliqua non dice-
rentur de falcabilia, & sic priuilegiata essent,
vt legatum dotis (quod non admittitur simpli-
citer) adhuc ex reliquis legatis, præsertim ex
49 pecunijs in Banco S. Ambrosij implicatis, de-
ducenda venit integra Falcidia, etiam pro por-
tione aliorum legatorum non de falcabilium,
quod notatu dignum est, *tex. in l. si seruit 34. ff.
ad leg. falcid.* quam sententiam post *Angel.* &
alios sequitur *Gabriel comm. conclus. liber. 4.
tit. ad Trebell. von clus. 11. n. 9. cum seqq. plur.* &
post eum *Peregrin. decis. 8. num. 4. & Surd. de
alimen. d. tit. 8. Priuil. 18. num. 10. & 11.* vbi
probat ex *Bart.* conclusionem habere locum,
etiam si ex dispositione Testatoris aliquid ex le-
50 gatis non esset defalcabile, quia nihilominus
non præiudicatur hæredi per talem dispositio-
nem, sed cæteri legatarij tenentur pro ea por-
tione, quod perpetuò mente tenendũ esse subij-
cit ibidem in *d. l. quadraginta num. 3. Castrens.*
quos sequitur *Mantic. de coniectur. vltim. volunt.
lib. 9. tit. 19. num. 24.*
Pro qua conclusione facit etiam notabilis *text. in l.
cum quo 56. §. Stichum, & in l. si ex pluribus 36.
eod. tit.* vbi expressè habetur, quod factis lega-
51 tis Domino, & Seruo, si legatum Domini non
est defalcabile, detrahitur Falcidia de legato
Serui pro vtroq; legato, & idem è contra, vt
exponit ibidem l. C. legatum enim factum Ser-
uo, Domino factum dicitur, in cuius potestate
52 est Seruus Dominum repræsentans *l. si mihi §.
regula iuris ff. de legat. 1. tex. in l. præcia verum
vers. Podius scribit ff. ad leg. falcid.* vbi *Alex. &
in d. §. Stichum sub num. 5. vers. quem textum.*
Proceditq; conclusio, tam si sub legati nomine,
quam si sub particulari institutione relicta es-
53 sent legata, cum in Falcidiæ detractione atten-
54 datur tantum, quod causa testati quid capiatur
text. in l. Pater filium 13. & in l. si à me 29. ff. eod.
& expressè probat *Surd. cit. cons. 229. numer. 5.*
quamuis contrarium tenentes recenseat *Corne.
cu. cons. 236. num. 2. præsertim vers. tamen hic
minimè lib. 3.* Institutio enim, siue substitutio
55 facta in re certa per verbum commune, impor-
tat legatum *Bart. in l. Centurio num. 34. ff. de
vulg. per tex. in l. Lucius §. filiam ff. de legat. 2.*
56 quem sequitur *Surd. alleg. cons. 229.* vbi exem-
plum huic nostro simile proponit, quam senten-
tiam confirmat *in cons. 265. num. 17. & 25.* atq;
sequitur *Gratian. lib. 5. discept. forens. cap. 822.
num. 8. & cap. 881. num. 13.*
Nil penitus resistente, quod pecunias in Banco
Ambrosiano implicatas iam consecuta fuerit
D. Camilla cum Clara matre, quandoquidem
cum ignoratum id fuerit permissum per hære-
dem, esto, quod adhuc ignorabatur per d. Al-
phonsum hæredem, an esset in casu detrahendi
Falcidiam; quia ante sententiã Senat. Eccles.
ignorabatur; quæ nam essent corpora hæredi-
tatis, & in quibus ea consisteret, & consequen-
57 ter, an legata excederent dodrantem, nec ne,
iuris indubitati est teneri D. Camillam, & Cla-
ram legatarias ad restitutionem legatorum
consecutorum, donec ex ijs detrahatur Falcidia,
vt post alios probat *Menoch. remed. 20. adi-
piscendæ num. 21.* quem sequitur *Surd. cit. cons.
265.* præcipuè *num. 25. in fin.* & expressè tradit
*Monticula de inuentar. diuers. d. q. 235. num. 187.
cum seq.* atq; in indiuiduo probat nouissimè
*Massinus select. distin. Centur. 1. distinct. 59. nu.
5. cum sequ.* Quam ignorantiam in dubio præsu-
58 mi habetur *in l. qui alterius ff. de regul. iur.* Po-
test enim hæres, qui legata integrè soluit, vti
beneficio Falcidiæ, si alia legata soluere habet,
& Falcidiam retinere, etiam respectu legati in-
59 tegraliter soluti, vt post *Bart.* probat *Roland.
de inuent. par. 4. §. Tertia sit vtilitas num. 6. ver-
sicul. stante igitur fol. 181. lib. 8. tract. p. 2.*
Quinimò non solum quartam, idest Falcidiam, ve-
60 rum etiam eius fructus deberi hæredi disponit
*tex. in d. l. quid de bonis §. fructus prædiorum ff.
eod.* vt inquit Papinianus dicens, quod & si ma-
ximè post impletam conditionem fideicommis-
sorum locum habere cœpit, tamen ex indè fru-
ctus quadrantis apud hæredem relinqui neces-
se est.
Ex quibus patet tutam non esse traditionem *Nat-
61 ta in cons. 297. num. 9.* affirmantis non esse de-
trahendam Falcidiam ex legatis factis per Te-
statorem quatuor eius filiabus, ex *Bal. Nouel.
alleg. priuileg. 49. & Bart. in l. quæsitum §. 1. ff.
de priuileg. credit.* dissentientibus, legatum do-
tis factum per Patrem non subiacere detractio-
nibus Falcidiæ, vti æs alienum, vel quasi, esto,
quod Pater tenetur ad dotandum.
Præsertim verò, quia cum auctoritas *Bart. & Bald.*
claudicare videatur, dum loquuntur in casu
diuerso; cessare etiam hanc auctoritatem dicen-
dum est, cum notum sit Doctorem intelligi de-
bere secundum legem, siue rationem, quam al-
legat, & ex his &c.
Mediolani die 27. Februarij 1648.
Fuit hæc controuersia amicabiliter terminata ex
63 dexteritate Amplissimi Senatoris, & Regentis
D. Io. Baptistæ Cantoni, decernendo, quod
assignaretur D. Lauræ quarta pars Falcidiæ
omnium legatorum vna cum fructibus à die,
quo ea detrahi deberetur.

SVMMARIA.

*Vsusfructus bonorum aduentitiorum filij ad Patrem
spectat num. 1.*
Legatum fit in vltimis voluntatibus num. 2.

Filius

Filius familias prohibetur testari num. 1. & 8. Fallit ad pias causas num. 4. 5. & 8.

Legatum factum per filium familias vxori, maximè modicum solui, debet num. 3.

Filius famil. potest testari ad pias causas num. 4. & 5. Contraria sententia refellitur num. 6.

Testamentum non debet dependere ab alieno arbitrio num. 7.

Legata facta per filium famil. personis quàm piæ causæ infringuntur, neq; acrescunt piæ causæ, sed spectant ad venientes ab intestato num. 9.

Contrarium verius, vt scilicet huiusmodi legata valeant, etiam facta alijs personis num. 10. 11.

Fraudibus obuiandum est num. 12.

Clausula codicillaris sustinet disposita in testamento, & si illud caducatur num. 12. 14.

Donatio absenti facta, vt valida sit, requirit stipulationem Notarij num. 13.

Testamentum imperfectum valet inter liberos nu. 15.

Pater, & filius dicuntur correlatiui, neq; ad imparia sunt iudicandi num. 16.

Quod contra regulas statuitur, trahi non debet in consequentiam num. 17.

Patria potestas introducta fuit ob reuerentiam, quam Patri debet filius præstare num. 18.

Amor Patris in filium maior est, quàm filij in Patrem num. 19. Sententia Senecæ in ea re num. 20.

Filius non potest in ius vocare parentes, nisi prius impetrata licentia num. 21. 22.

Filius tenetur alere Patrem num. 23.

Danaus Rex Argiuorum quinquaginta Filias habuit num. 24.

Ægyptios Pater Dari quinquaginta filias habuit n. 24.

Danaus filiam inobedientem necauit num. 25.

Subditus, & filius obedire tenentur, neq; ad eos pertinet quærere de iustitia iussionis num. 26. 27. & 28. Ouidij dictum num. 29.

Impossibile factum dicitur, quod turpe, aut iniustum est num. 30.

Filia nupta, ad maritum, non ad Patrem pertinet num. 31.

Argiuorum Iuditium circa obedientiam filiæ erga Patrem num. 32.

Ioui ne quidem sacrificia omnia debentur num. 33.

Filius, qui paruit Patri, excusandus est, qui non paruit eum cognitione causa duntaxat num. 34.

Patris auctoritas in liberos qualis num. 35.

Pater damnatus est à Romano Senatu, qui opera seruorũ, non propria manu filium interfecerat nu. 36.

Patrem, qui filium occiderat, Ægyptij per triduum etiam noctu stare circa defunctum iusserunt nu. 37.

Patrem vt auctorem filiorum vitam perdere pro morte filio data iniquum putauerũt Ægyptij n. 38.

Platonis lege Pater, qui filium occiderat, carebat in perpetuum, sed reliquis liberis, coniuge, & patria num. 39.

Parricidium committitur etiam in fratrem, & sororem num. 40.

David Rex prohibuit Absaloni filio, qui fratrem occiderat ex causa honoris, vt ad eius conspectum per biennium veniret num. 41. quem postea osculatus est num. 42.

Legatum factum per filium familias vxori, debet solui ipsi vxori.

CAP. CCLXXI.

SIcuti filius familias testandi facultatem non habet, cum sit sub
1 patria potestate, neq; codicillandi etiam de aduenticijs, in quibus quæritur vsusfructus patri *tex. est in l. qui in potestate C. qui testam. facer. poss. l. 2. & penul. ff. de legat. 1.* ità neq; legare validè potest, cum legata fieri
2 debeant in testamentis, aut codicillis, & sic in vltima voluntate, toto *tit. C. de legatis*, & tradunt scribentes *in rubr. eiusdem titul.* præsertim *Azo. num. 1.* dicens, quod legatum est donatio quædam à defuncto relicta, ab hærede præstanda, vt *Instit. de legat. in princi. & l. 2. ff. eod. tit.*

De ÆQVITATE tamen sustinetur huiusmodi legatum ex speciali fauore à lege concesso vxo-
3 ri, vti opus pium continens. *argu. l. quidam §. illo C. de necessarijs*, & expressè probat *Castren. cons. 428. num. 4. lib. 2.* vbi concludit, quod impiè faceret hæres filij famil. si dictum legatum soluere recusaret, cum maximè hæreditas esset oppulenta, & legatum modicam summam
4 contineret, conferunt tradita per *Gratian. lib. 1. discept. forens. cap. 71. num. 18. 20. & in cap. 713. num. 52. iuncto cap. 893. lib. 5. præcipuè nu. 2. 5. & 12. atq; cap. 820. num. 11. lib. 5.* vbi ratione piæ causæ testamentum filij familias reconualescere postquam ille factus, est sui iuris, probat *in d. cap. 895. num. 55. 78. & 88.* prout filiam familias nubilem donare posse cauetur per *l. filias famil. ff. de donat.*, & post *Bald.* & alios probat *Surd. decis. 166. num. 7.*

Quia communis opinio D.D. est, quod filius familias possit testari ad pias causas, vt scribit *Alex. in l. 1. §. hoc autem num. 4. ff. ad Trebel.* modo interueniat consensus Patris; *textus in c. licet §. fi.* & *ibi glos. in vers. iudicare de sepulcro in 6. Roman. in repet. Auth. similiter C. ad legem falcid. Angel. in §. 1. num. 7. Instit. quib. non sit permissum facere testam.* & post eos, & multos alios per eum relatos, probat *Clar. in §. Testamentum quæst. 5. num. 7. & Gratian. d. cap. 820. numer. 4. lib. 5.*

Quam conclusionem procedere inquit ibidem
5 *Clar. num. 8.* tam si filius famil. velit ad pias causas testari de bonis castrensibus, & alijs, quibus non quæritur vsusfructus Patri, siue de illis, in quibus quæritur vsusfructus, ex *Bauer. Instit. qui testam facer. num. 3. & in §. sciendum num. 6. Instit. de Testam. milit.*

Quo attento resoluitur contraria sententia D. D
6 *in l. Seaa tus C. de Testam.*, de qua ipsemet *Clar. d. qu. 5. num. 7. & in q. 18. sub num. 1.* quod scilicet filius famil. non possit testamentum facere

ēere etiam cum Patris consensu, ea ratione,
quod hoc pacto testamenti facto penderet ex
7 alieno arbitrio, contra dispositionem *l. 1. ff. de
legat. 2.* vt perpendit *Spicus in specul. Testam.
glos. rubric. 4. part. tit. de testamento filij consti-
tuti sub Patris potestate num. 10. pag. 21.* & am-
ple tradit *Tortus ad Statu. Papia 98. in ciuilibus
num. 3.*

Legata verò facta per filium familias, licet valida
8 sint, in quantum piam causam sustinent; non
idcirco sequitur, vt alia etiam alijs personis
facta sustineantur; quia ea infringuntur, & nul-
la ipso iure sunt, neq; acrescunt ipsi piæ causæ,
sed spectant aduenientes ab intestato, vt docet
9 *Bald. in l. senium in fin. C. qui testa. fac. poss.* &
sequitur *Ias. in l. hac consultissime §. ex imperfe-
cto sub num. 10. vers. secundo pro ista C. de Te-
stam.* & post eos, & alios ibi relatos scribit *Clar.
in d. §. Testamentum qu. 5. num. 9.*

Qui tamen *Clar. in q. 6. num. 9. vers. sed quaero;*
querit quod cum testamentum minus solem-
ne sustineatur, si factum fuit fauore piæ causæ;
an legata in eo facta sustineantur, & affirmati-
10 uè respondit ex sententia *Salicet. in Auth. cassa
num. 7. C. de Sacros. Eccles. & Crot. in repet. l. re
11 conuentis num. 160. ff. de legat. 3.* Ea ratione,
quod quia conualidatur institutio, quæ est ca-
put ipsius testamenti; consequenter & cæteræ
partes testamēti sustinentur; in alio autem casu
supra proposito defectus erat in potestate te-
stantis, vti filius familias, cui lex non permittit
testari, nisi ad pias causas, non in solemnitate
tantum, de qua dictum fuit; quàm tamen sen-
tentiam non approbat *Clar. in fin. quaestionis,* ne
de facili paretur via fraudibus, & falsitatibus,
vt perpendit *Curt. Iun. in d. l. Hac consultissima
§. ex imperfecto num. 18. cum seqq. C. de Testa-
mentis.*

Si autem interueniente Patris consensu aliquid al-
teri relinquat filius in testamento, in quo adsit
clausula codicillaris, cum qualitate, quod va-
leat iure donationis causa mortis, si tale relictū
12 factum est absenti, non interueniente nontio,
vel Epistola, neq; aliquo recipiente ipsius ab-
sentis nomine, non sustinetur tale legatum,
prout è contra valet, vbi fit præsens legatarius
acceptans, vel pro eo alius acceptet, vt fieri
solet per Notarios acceptantes donationes, siuè
promissiones nomine donatarij, siuè legatarij:
quia ad validitatem donationis requiritur sti-
13 pulatio; vel pactum, & ità concludit *Socin.
cons. 117. num. 5. lib. 1.* Et eò fortius, quando ex-
pressè dixit filius in testamento, quod etiam va-
leret in vim donationis causa mortis, vt scribit
14 idem *Socin. cons. 125. in princ. lib. 3.* quem se-
quitur *Clar. d. §. Testamentum quaest. 69. numer.
8. & 9.*

Sicuti autem Testamentum imperfectum valet in-
15 ter liberos, *text. in d. l. Consultissima §. ex imper-
fecto C. de Testam.* latè *Natta in Auth. quod sine
n. 37. C. de testam. Menoch. cons. 202. n. 95. cons.
224. nu. 55. cons. 681. n. 8.* dicens sufficere inter-
uentum duorum testium in testamento condi-
to per Patrem inter liberos.

Ità eadem ratione valere videtur testamentum
16 imperfectum filij familias in casibus, in quibus
potest testari fauore Parentum, cum liberi, &
parentes dicantur correlatiui, & ad imparia
iudicari non debeant *l. fin. C. de indic. viduis toll.*
& latè scribit *Menoch. cons. 136. num. 10. cons.
201. num. 99. cons. 279. num. 44. cons. 727. nu.
2. cons. 1192. num. 18.*

Negatiuam tamen partem veriorem esse conclu-
dit *Specul. de instru. edit. §. compendiose,* & tradit
*Alex. in d. §. ex imperfecto num. 7. Boer. decis.
230. in fin. Natta in eod. §. ex imperfecto n. 227.*
Ea præcipuè ratione, quod ea, quæ contra iu-
ris regulas omnes statuta sunt, non debent trahi
in consequentiam; quam sententiam tenendam
17 esse scribit *Clar. d. §. Testamentum q. 12. in fin.*
& sequitur *Spinus de Testam. glos. 31. num. 44.
pag. 424.*

Cæterum Patria potestas introducta fuit, & illius
18 effectus propter reuerentiam, quam filij erga
Parentes præstare tenentur, vt scribit *Spinus
l. c. nu. 6.* quia filius debet amare Patrem, sicut
homo Deum *c. Charitas de panit. dist. 2. cum c.
seq.* & tradit *Iacob. de Liguano in tract. de ami-
citia tit. de amor. Patris Incipit exurgit fol.
mihi 239.*

Qui Auctor seq. diffusè probat maiorem esse
19 amorem Patris in filios, quam filiorum in pa-
20 rentes; Hinc Seneca dixit *parentes suos non
amantes impietatem esse non agnoscere insaniam.*
Cuius respectu filij non possunt in ius vocare pa-
21 rentes, nisi licentia prius impetrata, aliter
processus nulliter factus dicitur, & iure antiquo
22 puniebantur filij in aureis quinquaginta *l. in-
cum ff. de in ius vocand. & §. fin. Instit. de pœna
temer. litigantium,* & probat *Marant. de ordin.
iudic. p. 6. memb. 1. num. 8. per l. lis nulla ff. de
23 iudic.* & post eum, & alios ibi relatos tradit
Spinus cit. num. 6. filiorum enim pietati, & of-
ficio incumbit Parentes egestate pressos alere
*l. si quis à liberis ff. de liber. agnos. Valent. Franch.
tract. de fideiuss. cap. 3. num. 114.* vbi refert;
Sat vixeris Senex parentes quando alis.

Patri autem parere debent filij, cum Pater non
præsumatur quidquam eis iniuria committere.
Hinc narrat *Petrus Herodius lib. 2. verum iudic.
cap. 1. tit. 5.* quod cum Daneus, & Ægistius
Beli filij numerosam sobolem haberēt idest Da-
neus natu maior Rex Argiuorum quinquaginta
24 filias, & Ægistus totidem filios, Daneus coa-
ctus a fratre, vt filias iuuenibus suis traderet in
matrimonium, in ipso nuptiarum die gladios
dedit Virginibus, quibus ex præcepto suo in-
terficerent maritos; paruere omnes vna excep-
ta Hypermnestre, quæ Lynceum seruauit.
25 Propterea Daneus filiam vocauit in ius ob
sprætam paternam iussionem; Se vnum & Pa-
tris, & Magistratus, & Principis personam su-
stinere asserens, quibus omnibus sine exceptio-
ne parentum; Nam, vt quid præciperent ini-

quę, culpam pænes præcipientem esse, nō pænes obedientem, & hoc diudicare, an quod præci-
26 pitur fieri, non fieri oporteat, ad filium, ad subditum non pertinere, minui patriam au-
ctoritatem, ledi naturalia iura, ciuilia violari, si ea in liberorum cognitione versarentur. Quid aliud esse non paruisse Hypermnestram, quàm
27 Patrem præiuditio suo parricidij damnauisse, & suum iuditium fecisse, quod debuit esse Argiuorum, non ne alterum parricidium videri; Atqui ideò præcipisse, vt filij Ægisti interficerentur; quia in eorum salute pernities sua versabatur; Hos sciebat & Regno, & vitæ suæ insidiari, non alia de causa filias suas non duxisse, sed rapuisse, & abduxisse inuito Patre, cui maiori minor natu inuideret; Itaq; etiam iusta imperanti filiam non paruisse Patri.

Prò Hypermnestra verisimilè est ea omnia in iu-
28 ditium adducta, quæ in iure, quæ in Schola, quæ apud Filosophos, Rethores, & Oratores vulgo disputantur de obedientia in parentes; Est mihi Suppitij causa fuisse piam, inquit illa,
29 apud Ouidium; Præterea non fuisse in potestate, vt occideret, tum sexu, tùm pietate in maritum, quinimo ipsū factū haberi pro impossibi-
30 li, quod turpe, aut iniustum est; Deniq; nuptā non amplius ad Patrem, sed ad maritum per-
31 tinere; Itaq; Argiuorum sententijs absoluta est, vt inquit Pausanias, & in iudicij memoriam
32 Venerem Nicophorā, & templū Dianę Suadelæ dedicarunt, quasi vix, & nisi magna in persuadendo in iuditio aduersus Patrem obtinuerit, & vt quemadmodum ne Ioui quidem Sacrificia omnia debentur; sic nec Parentibus officia
33 omnia, vt ait Aristoteles; sed summa præscriptione opus est; qui enim paruerit excusandus est
34 omnino, qui non paruit, cū causæ cognitione dumtaxat.

Propterea licet antiquitus Pater potestatem haberet vitæ, & necis in liberos; non id circo passim
35 hoc admittebatur; sed adhibita magna circonspectione, & temperantia summa, consideratis facti qualitatibus, & circōstantijs, Pompeo etenim accusante Romæ damnatus fuit parricidij Quint. Fabius maximus Seruilinus, quod filium
36 adolescentem, quem antea causa impudicitiæ relegauerat, interfecisset; eo quia opera duorū seruorum, & sic non paterno animo, sed grauatoribus latronis more filium necasset; ex le-
37 gibus verò Ægiptiorum mors non imponebatur Patri, qui filium occidisset, sed prouisum erat, vt Pater filij occisor tribus diebus noctibusq; palam, & obseruante eum militari manu, ità circa defuncti filij corpus esset; iniquū namq;
38 censuerunt eum liberorum causa vitam perdere, cum ipse liberorum auctor esset. Hoc verò pacto grauius puniri, si continuo dolore facti sui penitentia torqueretur, obuersante ei immagine sua, hoc est immagine filij, quam identidem viui, mortuiq; cùm ob naturæ necessitatem, tùm ob spectaculum illud trium dierum
39 animus illudere, ac circonuolitare necesse esset,

Plato verò in ea fuit sententia etiam ipse non interfici Parentes ob occisionem filij, sed relinquens liberos coniuge, patriaque in perpetuum carere, vt narrat *Pe. Herod. lib. 8. de parricidijs 6. cap. 13. per tot.* Quia parricidium etiam com-
40 mitti in fratrem, & in sororem scribit in *seq. cap. 14.* vbi etiam tradit, quod Dauid vetuit Absaloni eius filio venire ad sui conspectū per
41 duos annos, etiam si Amon fratrem vti stupratorem per. vim Thamar communis Sororis,
42 quam postea post biennium iustè occidisse putabat Absalon; quem postea osculatus est Dauid.

SVMMARIA.

Vxor non potest testari sine consensu Viri num. 1. Contrarium verius num. 3. 4. 7. & 22. 31. 32.

Contractus celebrari potest in Testamento num. 2.

Mulieres, & minores de facili decipiuntur n. 5. & 6.

Vxor donare potest causa mortis num. 8.

Contractus præiudiciales magis sunt, tanquam irreuocabiles, quàm vltima voluntates reuocationi subiecta num. 9. & 10.

Donatio causa mortis sola pænitentia renocatur nu. 11. & 12.

Vxor testando non potest præiuditium inferre marito in lucro dotali num. 13. 33. 34.

Lex quod concedit, homo non tollit num. 14.

Statuta obseruanda sunt præcipuè per testantem n. 15.

Statutum disponens, vt lucretur vir, vel vt succedat, multum inter se differunt num. 16. 12. 18.

Statutum non impedit vxorem testari, nisi expressè hoc disponat num. 19. maximè vltra dotem n. 20.

Vxor testari validè potest sinè viri consensu, aut proximorum, quando ille sine iusta causa recusat consentire num. 23. secus, si iusta de causa num. 24. reseruato viri præiuditio num. 26. Declaratur, si periculum est in mora num. 52. & 53.

Viro, & proximis recusantibus consentire vxori testari volenti supplet Iudicis præsentia, & auctoritas num. 25.

Præsentia coniunctorum mulieris in contractibus bona fide illi facti dicuntur num. 27.

Ratificatio Testamenti vxoris à viro, vel proximo facta, relenat nullitatem testamenti num. 28. Limitatur quando vxor prædecedit marito, eo lucrante dotem, vel partem num. 30.

Testamentum vxoris ad pias causas sine mariti consensu valet num. 31. & 32.

Vxoris testamentum cum consensu viri valet etiam in præiuditium creditorum num. 35. 36.

Maritus potest renuntiare lucro dotali in præiuditium creditorum num. 37. sed tutum hoc non videtur num. 37.

Renuntiatio lucri dotalis dicitur diminutio patrimonij, cum illud prouenerit ex causa onerosa numer. 38. 39.

Lucro de futuro renuntiari potest in præiuditium creditorum, & sic in quærendis, non autem in quæsitis num. 40. 41. 48. 49.


Acquirere volens non dicitur patrimoniū diminuere n. 42.

Lucrum

Lucrum non facere differt à damno faciendo num. 43.
Repudians hareditatem dicitur nolla acquirere n. 44.
Personalis actio potest refutari in praiuditium creditorum num. 45.
Hypotecaria actio continet bona prasentia, & futura num. 46.
Actiones in bonis nostris esse dicuntur num. 47.
Adeundi ius non dicitur esse in bonis nostris, sed est mera facultas, sinè spes, qua nec cedi, nec donari potest num. 50.
Adeundi ius non venit sub obligatione iurium nu. 51.

Vxor vtrum sine viri licentia possit validè testari.

CAP. CCLXXII.



PRoxime quæstioni subijcitur alia inspectio in eadem materia testandi, siuè disponendi in vltimis voluntatibus; vtrum scilicet mulier coniugata absq; viri licentia possit condere testamen-
1 tum; & negatiuè respondendum videtur; nam cum testamentum inter contractus enumeretur, & appellatione contractus veniat testamentum *l. eadem ff. de duob. reis, & l. fin. vbi Saticet l. de legib. & in Instit. de leg. fu. can. toll. vbi glos. & Faber.* & latè prabat *Euerard. in argu. à contr. ad vlt. volunt. pag. mihi 279.* In quo testamento idcirco potest celebrari contractus con-
2 sequutiuus ad testamentum *glos. in l. haerede palam §. fin. & ibi glos. in verb. quod si venditio ff. de testam. D.D. in l. Antiquitas C. de testam.* vbi amplè *Ias. num. 6.* Certum est mulierem coniugatam non posse contrahaere sine licentia, & mariti consensu, & consequenter neq; testamentum facere *l. si vxor.* & ibi *glos. C. de cundit. insert.* & tenent D.D. per *tex. in l. transactione C. de transact. Alex. in l. 1. §. fuit quæsitum ff. ad Trebel. & in cons. 116. lib. 7. Rimi. nal. Iun. cons. 379. num. 41. cum seqq. lib. 4.* & post multos alios scribit *Cauale. decis. 29. num. 45. part. 3.* & nominatim tradit *Tortus ad Statut. Papia 198. num. 4. in ciuilibus.*
Contraria tamen sententia verior, & ÆQVIOR
3 est, quod scilicet possit vxor sine viri consensu, vel licentia testari, & in vltima voluntate disponere de bonis suis, de qua *Ias. in l. 2. num. 17. ff. de legat. 1. Anton. Gomez in l. 3. Tauri num. 5.* & post eos, & alios per ipsum relatos probat *Spinus tra. de testam. par. 3. tit. de muliere coniugata num. 8. per totum.*
Quam sententiam expressè disponit Statutum Pa-
4 piæ 98. *in ciuilib.* vbi Tortus decernendo, quod mulier maritata facere potest testamentum, & codicillos, etiam sine voluntate mariti; quamuis antee viuos non possit alienare, neq; obligationes contrahaere sine mariti licentia, & duorum suorum attinentium masculorum, maiorum 25. annorum, Ea ratione, quod mulieres, & mino-
5 res de facili decipiuntur, & seducuntur *l. eiuis bonis ff. de curat. furios, & l. Imperialis C. de nup.* cuius respectu æquissima esse huiusmodi
6 Statuta, vti testatur *Ias. in d. l. 2. num. 16. ff. de legat. 1.*
Statuta verò prohibentia mulierem posse contrahaere sine consensu propinquorum non prohi-
7 bent, quin possit testari *l. verba contraxerunt ff. de verb. sign.* Quia omnes testari possunt; qui nô reperiuntur expressè prohibiti; neque in iure casus, reperitur quod mulier non possit, testari, ergo permissa est illi testamenti factio, vt concludit *Ias. l. cit. suprà num. 17.*
Et eo fortius donare poterit vxor causa mortis, eum cui conceditur, quod est maius intelligi-
8 tur etiam concessum quod est minus *tex. in l. relegatorum §. penult. ff. de Turib. & in eadem l. 2. ff. de legat. 1. vbi Ias. num. 2. Eugen. cons. 85. n. 37. 38. 43. & 44.* Contractus verò sunt magis præiuditiales, quam vltimæ voluntates, cum
9 illi sint irreuocabiles *l. sicut. C. de act. & obligat. & l. in commodatu §. sicuti ff. commodati;* istæ verò ad libitum reuocari valeant vsq; ad extre-
10 mam vitæ spiritum *l. cum hic Status §. oratio ff. de donat. inter vir. & vxor. & l. cum Mar ha de celebrat. missar.* præsertim donatio causa mortis, quæ sola pænitentia reuocatur, vt inquit
11 *Ias. l. c. nu. 19.* quia alienando voluntariè rem donatã mortis causa donatio ipsa resoluta dici-
12 tur *l. rem legatam ff. de ademp. legator l. fideic. §. si rem. ff. de legat. 3.* & probat *Ias. in cit. l. 2. num. 21. ff. de legat. 1.*
Difficultas suboritur; An mulier possit in testamento disponere de dote in viri præiuditium, sine eiusdem consensu; In hac quæstione perpendi debet, an maritus lucretur dotem mortuæ vxore sine liberis; vel aliquã illius partẽ liberis existentibus; quia in vtroque casu non poterit mulier præiudicare marito lucro de dote ipsa testando; nisi aliter dispositum esset per
13 Statutum per *tex. in l. arrogator ff. de adopt. & Auth. præterea, vbi Bald. & cæteri C. vnde vir. & vxor.* & probat *Castrens. in l. cum dotem num. 11. ff. solut. matrim. Ias. cons. 127. Roland. cons. 72. num. 61. lib. 3. & tract. de lucro dotis q. 82. num. 6. cum seq. post Alex. cons. 55. lib. 3. Thesaur. decis. 34 num. 4. Honded. cons. 16. num. 2 & 3. lib. 2.* quos sequitur *Tortus ad dict. Statut 95. num. 9. & Cauagnol. ad decreta Montif. 74 §. 5. qu. 7. num. 2. cum seqq. par. 2.*
Quod enim lex concedit, homo non tollit *d. l. si*
14 *arrogatur §. sed an impuberi ff. de adopt.* neq; potest Testator, siuè contrahens venire contra statuti dispositionem, neq; eius mentem altera-
15 re *l. quidam decedens ff. de administr. tut. Fabian. de monte in tract. de empt. & vendit. quæst. 3. princip. numer. 52. Honded. cons. d. cons. 16. nu 2. & 3. lib. 2.* & post eos tradit *Thesaur cit. decis. 34. num. 2.* Vbi distinguit inter Statutum dispo-
16 nens, vt vir lucretur, vel dicens, vt succedat, vel pertineat ad virum, quia primò casu non potest de dote disponi per vxorem ad viri præiuditium, secundò autem casu præiudicare potest

17 viro *Iaſ. conſ.* 107. *colu. fin. lib.* 1. *Decius conſ.*
386. *col. penul. verſ. Venio ad ſecundum dubium*;
quamuis in vtroq; caſu locum habere ſtatutum
18 concludat *Beccius* . *ſ.* 76. *num.* 17. *& ſeq. Honded. conſil.* 16. *num.* 5. *in fin. & num.* 7. *cum ſeq. lib.* 2.

Neq; per huiuſmodi ſtatutum impediri liberam
teſtandi facultatem dicendum eſt, vt poſt alios
18 voluit *Angel. in conſ.* 281. *nu.* 2. *& Alex. conſ.*
206. *col. vlt. lib.* 2. quia ſi alia bona vltra dotem
habeat mulier, de ijs ad libitum teſtari valet,
20 vt poſt *Cagnol.* probat *Oſac. deciſ.* 20. *nu.* 7. *verſ. non obſtant conſil. Iaſ. in l. ex facto num.* 9. *ff. de vulg. & Rubr. conſ.* 62. *nu.* 30. *lib.* 1. & ita iudicatum fuiſſe pro validitate ſtatuti huiuſmodi per
21 Senat. Taurinenſem teſtatur *Theſaur. c. it. deciſ.* 34. *nu.* 3. *in fin.*

Hanc concluſionem comprobat *Vrſil. ad Afflict. deciſ.* 260. *nu.* 3. 4. *Honded. conſ.* 32. *nu.* 95. *& nu.* 103. *lib.* 1. *Tortus ad d. ſtatut. Papia* 91. *in cur. lib. nu.* 10. *&* 11. qui *nu.* 12. *in fine* ſcribit non eſſe recedendum à priori opinione magis communi; prout pro ea conferunt tradita per *Gratian. lib. diſcep. forenſ. cap.* 816. *nu.* 1. *cum ſeqq. plur. Ciragn. conſ.* 10. *num.* 24. 27. *&* 34. *Io. Gutler. tract. de vlti. volunt. cap.* 4. *nu.* 4. *cum ſeqq. pluris* concludendo, quod ſicuti mulier poteſt teſtari etiam ſine viri licentia, multo magis poteſt ſibi eligere ſepulturam, quidquid in contrarium
22 dixerit *Afflic. deciſion.* 260. per totum, vbi *Vrſil. nu.* 4. *qui ſtat. Guter. reſtrictum eſt in volu.* 8. *tract. p. p. fol.* 177.

Recuſante autem marito, vel conſanguineis præſtare conſenſum, mulier teſtari, ſiuè contrahere valet; An nihilominus poſſit mulier ad contractum deuenire, vel teſtari, & hoc caſu conſiderant ſcribentes, an conſenſum præſtare recuſent ob iuſtam cauſam, vel non; quoniam
23 primò caſu diſpoſitio mulieris non adhibito conſenſu viri, vel conſanguineorum ad formam ſtatuti, nulla omnino redditur, vt poſt alios clarè explicat *Paulus de Caſtro in d. l. ſi cum dotem §. eo autem tempore nu.* 11. *ff. ſolut. matrim. Roland. conſ.* 56. *nu.* 21. *verſ. non obſtat. lib.* 4. & ante eos communiter ſcribit *Bald. in cap.* 1. *nu.* 7.
24 *in tit. de conſuetud. recti feudi*, vbi dicit non valere contractum ſine conſenſu requiſito, etiam ſi conſanguinei nollent conſentire, dummodo non ſint in dolo, & ibi eum ſequitur *Card. Alexand.* quos in terminis ſequitur noſter *Honded. conſ.* 32. *nu.* 96. *&* 103. niſi ſtante recuſatione viri ſuppleret Iudex interueniendo contractui, ſiue teſtamento vxoris, ob iuſtam cauſam, qua
25 mouetur vxor ad teſtandum, vt ſubijcit *Honded. l. c. nu.* 105. ſed non in præiuditium viri, vt
26 inquit idem *Honded. num.* 107. *&* 109. & antè eos tradidit *Vrſil. ad Afflic. cit. deciſ.* 260. *nu.* 12. *cum ſeq.* quod enim fit in præſentia coniuncto-
27 rum, dicitur palam, & bona fide fieri, *Coſta in ſuis memor. in verb. præſentia*, de quo *Vrſil. ad citatam deciſ.* 260. *nu.* 14.

Nec ſufficit, quod maritus ratificet teſtamentum, ſiuè contractum iam factum ab vxore, vt adim-
28 pleatur forma ſtatuti diſponentis poſſe vxorem teſtari, ſiuè contrahære cum conſenſu viri; quoniam licet ratificatio repræſentet conſenſum, non tamen repræſentat præſentiã corpo-
29 ralem, vt decidit *Bald. in l.* 1. *in verb. extra quæritur l. qui admitti, D. D. in l. ſi quis mihi bona §. iuſtum ff. de acquir. hæredit.* & tradit *Tortus ad memoratum ſtatut. Papiæ* 98. *nu.* 60. & ante eum probat *Vrſil. ad Afflict. deciſ.* 260. *num.* 11. *per Alex. in l.* 1. *§. fuit quæſitum ff. ad Trebel. & in l. ſi cum dote §. & eo tempore ff. ſolut. matrim.*

Si autem vxor alienaret, vel alienationi mariti conſentiret, vel teſtaretur, non ſeruatis ſolem-
30 nitatibus ſtatuti, & ipſa prædecedat marito, qui dotem lucratur, reconualidari dicitur contractus, ſiuè teſtamentum in mariti præiuditium, *l. cum vir. ff. de vſucap. & l. penult. vbi D. D. ff. de fundo dotali*; *Tiraquel. de legibus connibialib. gloſ.* 8. *nu.* 100. & ſequitur *Tortus ad cit. ſtatut.* 98. *nu.* 64.

Quæ omnia circa Teſtamenti vxoris validitatem,
31 non valere in diſpoſitis per vxorem ad pias cauſas abſq; viri conſenſu, quam diſpoſitionem factàm ſine viri conſenſu validam eſſe probat *Bart. in l. generaliter nu.* 6. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* & ſequitur *Alex. conſ.* 105. *nu.* 13. *lib.* 4. *Decius conſ.* 504. *nu.* 2. *& conſ.* 455. *nu.* 9. *&* 10. Quam concluſionem declarat procedere *Tortus loc. relato nu.* 73. quando conſenſus viri exigeretur ad in-
32 tegrandam perſonam vxoris ob mulieris fragilitatem, ſecus pro viri intereſſe, ex *Bart. in l.* 1. *C. Sacroſ. Eccleſ. Abb. conſ.* 63. *nu.* 6. *verſ. quarto adduco. lib.* 1. *Honded. conſ.* 32. *nu.* 106. *lib.* 1. *Tiraq. l. c. nu.* 174.

Principalem concluſionem, quod ſine viri conſenſu non poſſit mulier in viri præiuditium te-
33 ſtari, ampliat *Cauagnol. ad d. decretum* 74. *§.* 5. 6. 7. *nu.* 5. *par.* 2. etiam ſi vxor priuilegium a Prin-
33 cipe obtinuiſſet teſtandi, quia adhuc non poterit teſtari in viri præiuditium, cum per reſ-
34 cripta Principis non poſſint mulieres auferre, id, quod marito debetur, vt ſubijcit idem *Cauagnol.*

Quod teſtamentum factum cum viri conſenſu per vxorem, præjudicare creditoribus viri, ſi alias
35 inſtituit vxor perſonas *tex. in l. qui autem ff. de his, qui in fraud. cred.* & voluit *Barbat. in conſ.* 59. *lib.* 2. & *Deci. conſ.* 141. *atq. Pariſ. conſ.* 127. *nu.* 17. *lib.* 1. quos ſequitur *Cauagnol. ad citat. Decret.*
36 74. *q.* 9. *nu.* 8. dicens ad cautelam conſenſum præſtare ſolere maritos vxoribus teſtantibus, vt hæredem inſtituant in bonis dotalibus perſonam ſibi coniunctam, ſiuè familiarem, vt excludant creditores, a quo hærede poſtea commodum recipiant.

Cæterum, quod maritus poſſit renuntiare lucro dotali in creditorum præiuditium, etiam poſt mortem vxoris, ex diſpoſitione *text. in d. l. qui*
37 *autem*, vt admittit *Cauagnol. l. c. num.* 10. poſt *Peregrin. de iur. fiſci lib.* 6. *tit.* 7. *nu.* 4. non videtur tutum, quia renontiatio huiuſmodi dicitur

inducere

inducere alienationem, quæ fieri prohibetur in
creditorum prçiuditium *tet. tit. ff. quæ in fraud.*
38 *credit.* & tradit *Parif. cit. conf. 127. nu. 15.* dicens
nu. 16. quod talis renuntiatio dicitur diminutio
patrimonij, vbi lucrum prædictum peruenerit
ex causa onerosa, & de eo iudicandum, sicut de
diminutione patrimonij, quia lucri acquisiti
39 admissio reputatur damnum ex *Alex. in l. 4. ff.*
de damnum infecto: Tum quia licet renuntiari
possit lucro dotali de futuro, etiam in præiudi-
tium, & sic inquærendis possit præiudicari cre-
40 ditoribus *tex. in l. fin. C. de acquir. possess Couar. in*
Rainaldus §. 3. nu. 12. vers. addo propterea ex te-
stamento, non tamen renuntiari potest iuri iam
41 acquisito per mortem vxoris *text. in cit. l. qui*
autem ff. de his qui in fraud. credit. Gomez de re-
stitut. in integ. tom. 2. sub num. 14. vers. tertio
extende.

Ratio est, quia, qui non vult acquirere, non di-
42 citur suum patrimonium diminuere *cit. l. qui*
autem, & probat *Deci. conf. 260. & in l. 1. n. 18. C.*
de secund. nupt. & latissimè probat *Franch. decis.*
101. *nu. 1. cum seqq. pluribus*, qui *nu. 17.* declarat
43 aliud esse lucrum non facere, siuè refutare, aliud
esse damnum pati, vel suum alienare *l. proculus*
vbi glos. in verb. faciat ff. de damn. infect. quam
conclusionem probat *Sanch. de matri. lib. 6. disp.*
44 4. *nu.* 10. asserens, quod ille, qui repudiauit,
noluit acquirere, non autem proprium patri-
monium diminuere, in creditorum præiudi-
tium.

Et quamuis distinguant etiam DD. inter actio-
nem personalem, & hypotecariam, cum in pri-
45 mo casu conclusionem procedere admittant;
secus in secundo casu, in quo hypoteca com-
46 plectitur tam actiones, siuè iura præsentia,
quam futura per *text. in l. debitor, & in l. patrem*
ff. quę in fraud. credit. ac tradit *Anchar. conf. 101.*
47 *nu. 7. vers. in quæstione 3.* cum actiones in bonis
nostris esse dicantur *l. qui actionem ff. de reg. iur.*
Attamen distinctionem hanc strenuè impugnat
Ripa in l. 1. col. 2. vers. si vtrum filius ff. di pignor.
& Socin. iun. conf. 24. lib. 3. Curtium. conf. 47. col. 3.
quos sequitur *Franch. cit. decis.* 101. *nu.* 6. Qui
48 auctor aliam potius amplectitur distinctio-
nem, videlicet inter ius delatum, & non dela-
tum, quo casu repudiatio, siuè renuntiatio to-
tum sustinetur in præiuditium creditorum, vt
subijcit idem *Franch. nu. 12. 21.* qui *nu. 15.* scribit
limitari idcirco dispositionem *d. l. qui autem*, in
49 creditoribus hypotecarijs, & hanc conclusio-
nem veriorem, & ęquiorem esse arbitror, quam
omninò sequor, dum enim iam fuit ius quæsi-
tum, renuntiatio facta non dicitur re integra,
& consequenter non releuat ad creditorum
præiuditium, quibus ius quæsitum iam fuit, eo
ipso, quod factus est locus acquisitionis hære-
ditatis per mortem Testatoris.

Ius autem adeundi non dicitur esse in bonis no-
stris, sed est mera facultas, quæ nec cedi, neq;
50 donari potest, & tantum transmitti valet,
Bald. in l. qui duos col. pen. vers. contrarium puto ff.
de reb. dubijs, Rebuff. in repet. l. 1. nu. 413. cum
in repet. l. 1. nu. 413. cum seq. vers. sub tilis Magn.
C. de sentent. pro eo, & post eos *Franch. alleg. decis.*
101. *nu. 27. cum seq.* Propterea ius adeundi non
venit sub obligatione iurium, vt concludit ibi-
51 dem *Franch. nu. 30.* qui refert ita fuisse iudica-
tum per Sacr. Consil. ad rem *Surd. decis. 142. nu.*
3. cum pluribus sequentibus.

Præterea si maritus recusaret consensum præsta-
re vxori testari volenti; & periculum esset in
mora, vt mors vxoris immineret, posset vxor
testari antequam Iudex declaret, an iustè ma-
53 ritus recuset consensum præstare, nec ne; nam
postea condito testamento illud cognosci po-
terit, vt post *Gall. tract. de exceptionibus ab ei to-*
stato tit. 1. except. 9. par. 3. nu. 18. probat Senat.
Bellon. de ijs, quæ incontinenti *fiunt cap. 32. n. 9.*
lib. 2. tradens *n. 10.* quod vbi non militat statutũ
53 potest mulier ad libitum validè testari, cum ea
non dicatur esse in potestate viri.

SVMMARIA.

Moræ purgatio conceditur marito debitori num. 1. etiam in pacto redimendi num. 2. contrarium num. 4. & 5.

Pactum redimendi restrictum ad vltimum annum tantum, nullum, & illicitum est num. 3.

Pacta sunt seruanda num 6.

Hæres minor non restituitur aduersus lapsum temporis dati ad redimendum testatori, si eo viuente illud lapsum est num. 7. secus aduersus legalem pœnam num. 8.

Difficultas non excusat à pæna conditionali num. 9. & 10.

Mitius agitur cum lege, quàm in homine num. 11.

Restitutio conceditur etiam maiori ob iustum impedimentum aduersum lapsum temporis redimendi num. 12.

Iudicis arbitrio relinquitur, quod tempus concedi debeat ad moram purgandam in materia retractus num. 13. & 29.

Modicum tempus ad id conceditur num. 14.

Conditio potestatiua dicitur purgatio moræ ad redimendum num. 15.

Modicum tempus decem diebus constat num. 16. vel tribus diebus num. 17.

Modicum tempus aliquando duobus mensibus, aliquando sex constat num. 18. & 19.

Iudicis arbitrium regulatum esse debet habita ratione qualitatis rei, & personarum num. 20. 21.

Diuiti minus tempus tribuitur ad redimendum nu. 22.

Cessionarius, cui competebat ius redimendi intra certum tempus, non restituitur ad lapsum dicti temporis num. 23. quia agit de causa lucratiua num. 24.

Impedimentum iustum non excusat, si illud suggerit, postquam imminebat dies expressa redimendi nu. 25. Auctoris sententia in ea re num. 26.

Statim, idest primò adueniente tempore num. 27.

Modicum tempus idem, quod statim num. 28.

Tempus dierum decem conceditur debitori confesso ad soluendum in Gallia num. 30.

Pactum

Pactum redimendi minuit rei æſtimationem, pro tertia parte, quod pars pretij igitur intelligitur num. 31.
Hoc tamen intelligitur, ſi pactum incontinenti fuit appoſitum num. 32.
Pactum redimendi, ex interuallis conteſtum amicitiæ gratia conceſſum dicitur num. 33.
Pactum redimendi ad tempus, quando eſt pars pretij ſit perpetuum num. 34.
Pactũ redimendi prorogare ſolet Senat. Excell. n. 35.
Pactũ redimẽdi prorogatio pactũ peti debet re integra antequam primum tempus labatur nu. 36. & 37.
Prorogari non poteſt, quod non eſt, num 38. & 39.
Prorogatio quid ſit num. 40.
Redimendi ius non habet locum in datione in ſolutione neceſſaria num. 41. & 42.

Mora circa pactũ redimendi in certo termino, an poſſit purgari, & poſt quantum temporis ſpatium.

CAP. CCLXXIII.



1 Ffirmauimus ſuprà *in cap. 78. num. 1. & 4. lib. 1.* moræ emendationem concedi moroſo debitori ex clauſula generali, *ſi qua iuſta cauſa*, quia ea ab ÆQVITATE, veluti a fonte promanat, *l. ſi ſeruus 91. §. ſequitur. vbi Caſtren. num. 2. ff. de verbor. obligat.* & probat *Iaſ. in l. & ſi poſt tres nu. 2. ff. ſi quis caut.*
Quam concluſionem locum habere etiam in materia retractus, ſiuè in pacto redimendi rem venditam cum pacto redimendi intra certum tem-
2 pus, poſt alios tradit *Senat. Bellonus tract. de his, quæ incontin. fiunt, cap. 174. num. 14. & 15.* vbi etiam ſcribit, quod ſi pactum continet facultatem redimendi intra quinquenium, vel deceniũ, redemptio fieri poteſt quocumq; tempore ante completum tempus conuentum; niſi contrahentes vſi fuiſſent verbo in decimo, vel quinto anno, quia eo caſu expectandum eſſet ipſum vltimi anni, quamuis illicitum eſſe contractum
3 huiuſmodi concludat *num. 15. ex Tiraquel. de retractu conuent. §. 1. gloſ. 2. num. 47.*
Et moram hanc in redimendo rem venditam poſt conuentum pactum redimendi intra certum
4 tempus, non poſſe purgari concludit *Angel. conſ. 199. Titius rem quam emit.* quia is tenetur ſeruare promiſſa, quæ legem certam habuerunt ex forma contractus, cui legi non eſt ſatisfactum à venditore cum pacto redimendi certo termi-
5 no *l. 2. C. de pactis inter emptor. & vendit.*; Fruſtra enim eſſet adiectum tempus redimendi, & illuſoria, atq; inutilis redderetur conuentio, ſi elapſo tempore admitteretur ad redimendum
6 venditor, contra *l. ſi quando ff. de legatis p.* & amplè probat in terminis *Tiraq. de retractu conuent. §. p. gloſ. 2. num. 41. cum ſeqq.*
Neq; ad reſtitutionem in integrum admitti minorem hæredem illius, qui cum pacto redimendi certo in termino alienauerat proprietatem, nec redemerat, probat *Curt. Sen. conſ. 59.* Chriſti, quem ſequitur *Tiraquel. de retract. conuent. cit. §. p. gloſ. 2. nu. 54. cum ſeq.* quidquid aduerſus
8 legalem pœnam reſtitui minorem admittat nu. 55. ea ratione, quod difficultas non excuſat à
9 pæna, & obligatione conuentionali *l. continuus §. illud vbi gloſ. & D.D. ff. de verbor. obligat. l.*
10 *ad diem. ff. eod tit.* qui Auctor *ſub num. 56.* ſcribit nullam iuſtam cauſam excuſare à pœna conuentionali, licet excuſare à legali admittat
11 *Bald. in l. edita in 3. lect. col. 8. verſ. octauo oppono C. de edendo*, quia mitius agitur cum lege, quam cum homine *l. Celſus vbi gloſ. ff. de arbitrar.*
De ÆQVITATE tamen ob iuſtum impedimentũ etiam maior reſtituitur, ſi intra tempus con-
12 uentum non redemit rem venditam tex. expreſſus in *l. ſi creditor §. illud ff. de diſtra. pignor.* vbi Marcianus I. C. ſic loquitur, & ſi quidem ita venierit, vt ſi intra certum tempus à debitore pecunia ſoluta fuerit, emptio reſcindatur; Si tempus prætereit, aut ſi non eo pacto res venierit, non poteſt reſcindi venditio, niſi minor ſit annis 25. debitor, aut pupillus, aut Reipublicæ cauſa abſens, vel aliqua earum cauſarum erit, ex quibus edicto ſuccurritur; de quo tex. ampliſſimus *Tiraquel. loc. relat.* & ità cenſuit Senatus Excellentiſs. die 24. *Maij 1624.* concedendo, vel prorogando terminum ad redimendum bona ſubhaſta vendita, etiamſi ageretur de termino legali, vt teſtatur D. Senat. Bellonus in eius manuſcriptis *ſub num. 79.*
Quodnam ſpatium temporis concedi debeat venditori ad redimendum, poſt lapſum tempus conuentum, & ſic ad moram purgandam, id Iudicis arbitrio relinqui tradunt communiter
13 ſcribentes *gloſ. in c. potuit de locato Ripa in l. in inſulam num. 35. vbi Alciat. num. 15. ff. de verbor. obligat. Menoch. de arbitrar. caſu 7. & conſ. 543. num. 1. Magonius deciſ. Lucenſ. 35. num. 1.* quos ſequitur *Bellon. cit. cap. 73. num. 19. lib. 1.*
Attamen concludunt omnes id ſtatim, ſiuè intra modicum tempus, exequi debere reſtituendo
14 prætium emptori *Tiraquel. de retract. conuent. d. §. p. gloſ. 2. num. 62. ſecundum gloſ. in l. Emilius in verbo reſtituis ff. de minor. Rand. deciſ. 16. num. 205. in fin.* quod ſanè modicum tempus de ÆQVITATE confeſtim intelligitur, ideſt cum primum, vel cito fieri poterit, quia dicitur ve-
15 luti conditio poteſtatiua *l. rogo ff. quod dies legat. ced. & l. hac conditio ff. de condit. & demonſtrat. & l. promiſſor Stichi, vbi gloſ. in verb. modicum ff. de conſtitu. pecunia*; & quod tempus mo-
16 dicum decem diebus conſtare cauit I. C. in *d. l. promiſſor Stichi*; & ad octo dies reſtringit *Tiraquel. d. §. p. gloſ. 10. num. 24.* & ſequitur *Theſaur. deciſ. 77. ſub num. 3. verſ. ex quibus*, vbi teſtatur ità fuiſſe deciſum per Senat. Taurin. atq; ad dies decem protrahit *gloſ. in d. cap. potuit de locato in verb. celeriter per tex. in l. Promiſſor §. p. ff. de conſt. pecun.* de qua *Menoch. alleg.*

alleg. casu 7. num. 7. qui num. 8. ad triduum tan-
27 tum alios restringere scribit *num. verò sequenti,*
vsq; ad litem contestatam tempus hoc durare
probat, si illa intra modicum tempus fiat, per
28 dictam *l. si insulam vbi Niger. num. 81. cum seq.*
plurim. modicum enim aliquando duos menses
continere in *l. aufertur 46. §. qui compensationem*
ff. de iure Fisci, aliquando quatuor, vt in *l. si de-*
bitori 21. ff. de Iudic. & in l. fin. C. de vsu rei iudic.
nonnumquam sex disponit *l. Sancimus 26. C. de*
fideicom. de qua re *Tiraquel. de retrac. convent.*
§. p. glos. 2. num. 62. vers. vel etiam poterit, &
Menoch. cit. casu 7. num. 6. cum seq.

Et in omni casu Iudicis arbitrium debet esse regu-
29 latum, habita ratione qualitatis rei, & perso-
30 narum, vt declarat *Ias. in l. 2. num. 84. in fin. C.*
de iur. emphit. qui Iudicem admonet, vt consi-
deret diligenter, an pauper, & inops sit em-
phiteuta, sive redimere volens, vel diues, &
pecuniosus, cum diuiti minus tempus tribui de-
beat, post *Bart. in d. l. si insulam num. 3. & Bero.*
in cit. c. potuit nu. 142. dicentem personarum,
rei, operis, & similium qualitatem esse spectan-
dam, quos sequitur *Menoch. cit. casu 7. in fin.* &
post eos *Senator Bellon. sepius alleg. cap. 73. sub*
num. 19. vers. statuet igitur.

Quæ moræ purgatio locum non habet in cessiona-
rio, cui redimendi facultas competebat, & post
33 lapsum tempus redimendi prætium restituere
conabatur, namque cum hic agat de causa lu-
cratiua, & de acquirendo, admitti nullo modò
34 debet ad retrahendum post lapsum tempus
conuentum, cum in acquirendis mora purgari
non possit *Ias. in d. l. si insulam num. 39. ff. de*
verb. signif. Surd. consf. 157. num. 19. Gratian.
lib. 2. discep. forens. cap. 301. num. 12. & 33.
quos sequitur *Senat. Bellon. cit. cap. 73. num. 26.*
lib. p. de his quæ in contin. fiunt.

Præsertim, si iustum impedimentum fuerit illi su-
35 perueniens, post quam dies expresså redimendi
imminebat, quoniam ea præuideri potuit, vt
considerat *Ias. in l. si ità quis §. Seia ff. de verbor.*
obligat. quem sequitur *Menoch. alleg. casu 7. sub*
numer. 10. versic. Tertius fuit de arbitrar. Iudic.

Et ità his perpensis respondi superioribus diebus
fauore D. Pallauicini contra Statorem maio-
rem D. Io. Petrum de Iudicibus, qui vti Cessio-
narius cuiusdam D. Constantiæ redimere con-
tendebat proprietatem venditam Pallauicino
cum pacto redimendi certo tempore, quod ex-
36 tinctum fuerat die 7. Iulij 1653. Iuditium verò
mouerat ad retrahendum mense Martio sub-
sequenti, eo sub prætextu, quod Reipublicæ
causa abesse sibi opus fuerat à Kal. eiusdem
mensis Iulij vsq; ad diem 24. Decembris subse-
quentis iuxtà *l. sed, & si 23. vbi scrib. ff. de vsu-*
ris, & tradit *Hugo Donel. de mora cap. 5. ante fin.*
vers. addo superioribus.

Cum enim *tex. in d. l. si ità quis 135. §. Seia ff. de*
verb. oblig. statuat posse purgari moram per
volentem redimere, vbi non multo post lapsum
conuentum terminum obtulisset prætij restitu-
tionem; certò certius est qualitatem hanc à lege
requisitam non posse considerari in eo, qui post
multos menses distulit prætij oblationem, ne-
dum post modicum tempus, siuè statim, vt con-
27 siderat D. D. de quibus *Senator Bellen. in alleg.*
cap. 73. num. 5. 10. 11. 13. & 17. lib. 1. prout
ita iudicasse Senat. Parisien. testatur *Anneus Ru-*
bertus lib. 3. rerum iudican. cap. 8. in fin. cum post
modicum tempus idem significare videatur,
28 quod statim; quæ dictio non verificatur post
decem dies, vt probat *Roma, cons. 316.* quem
refert, & sequitur *Alber. in eius dictionario in*
verb. statim in 2. editione.

Et licet Iudicis arbitrio hoc relinquatur, vt supra
dictum fuit, qui tempus ex bono, & æquo ser-
29 uabit *l. si cum dies § fin. ff. de arbitrar, & l. si*
quis libertatem §. planè ff. de petit. hæredit, vbi
glos. interpræatur modicum tempus, idest ad
arbitrium Iudicis, qui pro qualitate, personæ,
debiti, & quantitatis, dilationem concedere
valet, vt decem dierum terminum concedi so-
lere in Gallia debitoribus confessis, vel condem-
30 natis, testatur *Rebuff. in l. si debitori 21. sub num.*
10. vers. item hoc suadetur post mediam ff. de Iudic.
quam consuetudinem esse iuri conformem scri-
bit ibidem *Rebuff.*

Quod autem pactum redimendi, siuè retrouen-
dendi minuat rei æstimationem, idest tertiam
31 partem prætij iuxtà traditionem *Mascard. con-*
clus. 447. num. 10. cum seq. quem sequitur *Ho-*
dierna ad Surd. decis. 34. nu. 6. vbi abundè hanc
materiam examinat, & pars prætij intelliga-
tur, vt affirmauimus supra *in cap. 161. num. 5.*
lib. 2. ex l. fundi partem ff. de contrahend. empt.
& c. cum Ioannes de fide instrument. & probat
Card. Mantica de tacit. & ambig. lib. 8. tit. 20.
num. 47. lib. 4. tit. 31. num. 41. Gratian. lib. 1.
cap. 26. num. 3. & lib. 2. cap. 258. num. 38. quos
sequitur *Senator Bellon. tract. de his, quæ in con-*
32 *tin. fiunt. c. 31. n. 1. lib. 2. vbi n. 2.* declarat con-
clusionem procedere, si in continenti fuit adie-
ctum pactum contractui; secus, si ex interuallo,
quia tunc amicitiæ gratia adiectum fuisse vide-
tur, neq; ex vendito agetur, sed præscriptis ver-
33 bis, *Alciat. in l. bona fidei num. 9. C. de pact.*
Cardin. Mantica de tacit. & ambign. lib. 4. tit.
31. num. 12. idcircò primo casu, quando est
pars prætij, pactum redimendi ad tempus de
34 ÆQVITATE efficitur perpetuum, si læsio
enormissima inde sequitur, vt probat *Surd. decis.*
34. n. 5. vt ibidem declarat *Hodierna nu. 4. & 5.*

Cuius ÆQVITATIS intuitu solet Senat. huiusmo-
35 di pactu de retrouendendo prorogare, vt testa-
tur *Senator Bellon. cit. cap. 31. num. 31.* de qua
ÆQVITATE *Costa de re integra distin. 44. nu. 2.*
36 Cauti tamen pragmatici huiusmodi proroga-
tionem pacti re integra obtinere curant, videli-
37 cet, antequam lapsum sit tempus conuentum;
38 quia eo elapso, & re non integra, ob ius acqui-
situm emptori difficilius obtinebitur proroga-
tio, quippe ea denegatur, vt concludit *Costa*
d. distinct. 44. num. 3. quod enim non est, pro-
rogari

rogari nequit *l. sed si manente ff. de procurat. Gabriel. comm. opin. tit. de dilat. concl.* 3. quem sequitur *Costa citat. distin.* 44. *num.* 6. qui scilicet
39 plures facit distinctiones rem ipsam declarantes, prorogatio etenim fit ante finem termini, non eo finito, & sic post ius quæsitum parti, cum prorogatio fit dilationis labentis, & nundum
40 lapsæ, extensio *Rebuff. tract. de prorog. dilation. Vberto innouari*, & sequitur *Costa cit. distinct.* 44. *num.* 6.

Quam tamen conclusionem redimendi rem venditam ob maximam læsionem in prætio, non obstante lapsu temporis conuenti, locum non habere in datione in solutum, quæ ex necessita-
41 te fit ratione præcedentis debiti, probat *Fulgos. cons.* 154. *col.* 2. *Ias. cons.* 151. *lib.* 4. *Tiraquel. de retract. in præfat.* 2. *num.* 28. *Gamma decis.* 178. *sub num.* 4. *Regens. Rouit. cons.* 56. *sub num.* 13. *Merlin. decis. Lucens num.* 33. per totum, & sequitur *Hodierna ad cit. decis. Surdi* 34. *num.* 9. subijciens rationem, quia *c. ad nostram de empt.*
42 *& vendit.* non habet locum in datione in solutum ex *Gamma, & Merlin. locis citatis.*

SVMMARIA.

Fideiussori competit exceptio, quæ pro principali militabat nu. 1. *limita. nu.* 9. 10. 11. *& sequ.*

Fideiussoris officium est honestum, & necessarium nu. 2. *D. Paulus fideiussor fuit Onesimi nu.* 3.

Fideiubere est proprium perdere nu. 4.

Fideiussorum fauore multa à legibus concessa priuilegia nu. 5.

Fideiussor minus obligatus censetur nu. 6.

Fideiussoris obligatio dicitur accessoria ad principalem num. 7.

Accessorium sequitur naturam principalis nu. 8.

Exceptio merè realis competens principali, competit etiam fideiussori nu. 13. *etiam contradicente principali nu.* 16. *&* 17. *& nu.* 26.

Exceptio non numeratæ pecuniæ competit etiam fideiussori nu. 14.

Compensationis exceptio competit tàm principali, quàm fideiussori nu. 15.

Exceptio competens principali, competit etiam fideiussori, non obstante quod renunciasset omnibus exceptionibus nu. 18. *quæ ad singulas extenditur num.* 20.

Excussionis beneficium competit fideiussori num. 19.

Exceptio personalis non extenditur ad fideiussorem num. 21.

Priuilegium personale non egreditur personam num. 22. 23. 25. *&* 47.

Fideiussor Clerici non gaudet illius priuilegio num. 24.

Fideiussor non dicitur in plus obligari, quàm principalis, etiam si exceptionibus competentibus principali non possit vti nu. 27. *sed efficacior dicitur obligari nu.* 28.

Obligatio accessoria ad actum nullum, nulla dicitur nu. 29. *limitatur nu.* 30. *&* 31.

Fideiussor minoris, & mulieris, seù socij nulliter se obligantis, tenentur nu. 32.

Personæ aliquæ, in quibus plus obligari possunt, quàm facere valent nu. 33. *quæ recensentur nu.* 34. 37. *&* 38. 40. 41. 42. 43. *&* 44.

Qualitas ne egeat, se obligans, consideratur tribus concurrentibus nu. 36.

Correlatiuorum eadem est natura nu. 39.

Socius conuentus ex causa societatis, non tenetur, nisi in quantum facere potest nu. 42.

Moratoria concessa principali prodest fideiussori num. 45. 49. 50. 51. *&* 54. *nisi illi renuntiasset nu.* 46. *vel personalis esset moratoria nu.* 47. 48. *limitatur nu.* 52. 53.

Fideiussor non censetur liberatus per prorogationem termini ad soluendum concessam principali debitori nu. 53. *nisi ad certum, & determinatum tempus se restrinxisset obligatio fideiussoris nu.* 56. 57.

Fideiussor conueniri debet in suo foro, vbi illi non renuntiauit nu. 58. 59. 60.

Fideiussor contractus differt à fideiussore ludi nu. 61.

Fideiussor non molestatur, nisi prius excusso principali nu. 62. *nisi principaliter, & insolidum se obligauit num.* 63.

Excussio principalis locum non habet, quando notorie constat illum non esse soluendo n. 64. 65.

Notoria inhabilitas principalis probatur per famam vicinorum nu. 66. *& si debitor bonis cessit nu.* 67.

Exceptiones inutiles non sunt admittendæ nu. 68.

Fideiussor, qui renuntiauit beneficio excussionis, non potest illam deducere nu. 69.

Excussioni renuntiatum censetur, quando fuit renuntiatum omni legum auxilio nu. 70.

Excussio denegatur, si principalis esset potens, vel rixosus num. 71.

Difficultas conueniendi debitorem probat illum non esse soluendo num. 72. 73. *&* 74.

Debitoris absentia diuturna esse non debet fraudi creditoris num. 75.

Excussio non est necessaria, quando mortuus est principalis debitor, vt ad debitum teneatur fideiussor num. 76.

Creditor habens apud se pignus, ex quo potest sibi satisfacere, non potest conuenire fideiussorem num. 77.

Fideiussor non dicitur bonus, si offertur Aduocatus, aut Procurator, seù persona rixosa, aut notorius cauilosus, siuè mulier num. 78.

Fideiussori quando competat eadem exceptio, quæ principali competebat.

CAP. CCLXXIV.



Requentissima quidem in foro est fideiussorum materia, de qua licet multa scripta fuerint supra *in cap.* 139. præsertim *num.* 12. *cum seq.* & pleno *cap.* 185. *lib.* 2. nihilominus, vt plenius ea absoluatur; rursus, quod actum, est perficiendum putauimus.

Exceptionem igitur omnem, quæ principali competebat, iure speciali, & de ÆQVITATE com-

1 petere fideiussori inquit *Azon. in summa C. quod*
cum eo, & habetur *in l. omnes ff. de fideiuss.* atq;
probat *Natta cons. 50. num. 14. cons. 51. num.*
13. Marsill. in rubric. de fideiuß. num. 136. quos
sequitur *Cartar. decis. Genuen. 7. num. 10.* cui
conclusioni confert *tex. in l. si cum fideiussor ff.*
eod. de fideiuss. & l. deffensiones C. de except. Roman. singul. 321. Crauet. cons. 287.

Offitium etenim fideiussoris cum non solum hone-
2 statis, & necessitatis, verum etiam humanæ
dilectionis plenum, & ad conseruanda rerum
comertia vtilissimum sit, vt habetur in *Ecclesiastico cap. 29.* de quo *Valent. Franch. tract. de*
fideiuss. in proam. n. 11. & 12. Vbi etiam Diuum
Paulum pro Onesimo fidem suā pro Philemona
adstrinxisse tradita, quamuis nulla ars magis
4 damnosa sit quàm fideiubere, vt post *Marantam*
cons. 39. num. 14. & cons. 102. num. 12. probat
Gratian. lib. 3. discept. forens. cap. 513. num. 20.
Proinde fideiussororum fauore non solum easdē
exceptiones, quæ principali competebant, militare certum est; sed etiam eorum fauore tot
tantaq; salutaria concessisse remedia Imperato-
5 res, quorum vicem ipsæ leges dolent miseratione dignantur, ipsisque quoad fieri potest mede-
ri cupiunt, & idcirco minus obligatum esse
6 fideiussorem statuit *I. C. in l. quidquid adstringenda, & in l. stipulatio istà §. in stipulat. ff. de verb.*
obligat. & in l. fideiussor obligari ff. de fideiuss. atq;
probat *Aleiat. cons. 5. num. 9. lib. 5.* quem sequitur *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 18.*
tit. 16. num. 36. & 40. Valent. Franch. loc. rel.
num. 12. in fin.

Corroboratur conclusio ex eo, quod obligatio
fideiussoris dicitur accessoria ad obligationem
7 principalis *Instit. §. fideiussores, de fideiuss.* idcirco cum accessoria sequātur naturam principalis, & sine eo stare non possit *c. accessorium de regul. iur. in 6.* consequens est, vt exceptio principali competens, ad fideiussorem etiam per-
8 tineat, vt diximus *supr. in cit. cap. 139. num. 13.*
& 14. Menoch. cons. 719. num. 2. & 15. cons.
412. numer. 165. cons. 212. numer. 28. & cons.
608. num. 9.

Hæc tamen conclusio multis modis limitatur, vt
scilicet fideiussor vti non possit benefitio exceptionis competentis principali, & sic non semper
accessorium a principali regulatur, vt in pro-
9 posito tradit *Paris. cons. 16. num. 100. lib. 2. Cephal. cons. 477. num. 12. lib. 3. & Gales de contract. in forma Camera part. p. q. 3. num. 7.*

Et I. Limitatur conclusio, quando exceptio specialem fauorem personæ debitoris principalis res-
10 picit, vt beneficium concessum marito, ne teneatur vltra quam facere potest, quod fideiussori denegatur *l. sed, & si fideiussor ff. de re iudic.*
Idem in beneficio concesso filio familias non te-
11 netur, nisi quantum facere potest *l. 2. vbi DD.*
C. quod cum eo, & tradit *Bald. in l. si ex alio eod.*
tit. Cepol. caut. 14. Ias. in l. qui iurasse §. si Pater
num. 2. ff. de iur. iurand. & probat *Cartar. cit.*
decis. 7. num. 1. & 11. & scribit *Valent. Franch.*
de fideiuss. cap. 3. sub num. 21. vers. aut in personam, & num. 22. declarans conclusionem præcipuè locum habere, quando quid concessum est
personæ propter personam, quam conclusio-
12 nem sequitur *Cephal. cons. 437. num. 12. Paris.*
cons. 16. num. 110. lib. 2. Gratian. cap. 799. nu.
53. & 54. lib. 4.

Duas verò regulas tradit *Franch. num. 24. cum seq. plurim.* quibus omnis difficultas in hac materia
eneruatur, quarum altera est, quod exceptio
merè realis, seù rei coherens, quæ debitori
principali competit, fideiussori etiam vtilis est
13 *l. exceptiones 7. §. 1. ff. de except. l. diffamationes 11. C. eod. tit.* quod multis modis contingere explicat ibidem *Auctor. à num. 22. vsq; ad 98.*
præcipuè autem *num. 73.* concludit exceptionem non numeratæ pecuniæ competere etiam
14 fideiussori per *l. tàm mandatori 12. C. de non numerata pecunia. Accurs. in l. fideiussor 16. §. fideiussor ff. de fidein.*

Et in *num. 77.* probat exceptionem compensationis competere tam principali, quàm fideiussori
15 per *text. in l. 4. ff. de compensat.* In tantum, vt
excommunicato competat, competat exceptio
16 compēsationis ipsi fideiussori *Marsil. in rubric. de*
fideiussio num. 271. & Abb. in c. cum. inter de except. quas exceptiones opponere posse fideiussorem, etiam, contradicente principali, concludit
Franch. d. l. num. 79. & num. 141. ad euitandam
omnem collusionem, quam principalis facere
claneculum posset cum creditore *arg. l. quintus ff.*
mandati; maximè si principalis esset pauper, in
quo facilior collusionis præsumptio cadit, vt
17 inquit *Bald. in d. l. mandati C. de non numerat.*
pecun.

Proutè contra, si fideiusor ab initio omnibus ex-
18 ceptionibus efficaciter renuntiasset, nihilominus vti potest exceptionibus Reo, idest principali competentibus, quippe beneficium excussionis proponere etiam valet, cum illud ex natura contractus descendat, nec ille fideiusor
19 renunciari intelligatur; nam verba (*sine exceptione*) non ad vtiles, & ipsi naturæ contractus
insitas exceptiones, sed ad friuolas, & otiosas
20 referenda sunt *c. ex parte 13. de effic. & potest.*
iudic. deleg. Bart. in l. 1. C. de conuent. Fisci debitor. Bald. in l. 1. C. de reuoc. his, quæ in fraud. Ias.
in l. 1. col. 2. C. de Sacros. Eccles. & in l. si ità stipul. fuero §. poßum ff. de verbor. oblig. Roman.
cons. 211. incipit. Allegationes Socin. cons. 123.
lib. 4. Marsil. singul. 331. incipit, credo te scire, &
sing. 193. incip. Bastardus, & in rubr. de fideiussoribus num. 272. quos sequitur *Franch. loc. relat.*
num. 96. cum seq. & tradit *Gail. obseruat. 33. n.*
5. vers. hinc est lib. 1.

Altera est regula per eundem *Valent. Franch.* proposita, quod exceptio meræ personalis, seù personæ rei principalis cohærens ad fideiusorem
21 non porrigitur *d. l. exceptiones 7. ff. de except.*
quia priuilegia in gratiam alicuius personæ
22 concesa illam personam non egrediuntur *c.*
priuilegium, de reg. iur. nu. 60. & ibi *Dyn. & ca-*

teri, & c. mandata de præsumpt. l. leges C. de legib. & l. in omnibus causis, & l. privilegia ff. diuers. regul. iur. antiq. cum alijs, quos cumulat
23 Franch. cit. loc. num. 98. & 99. dicens num. 100.
ad pactum personalem non extendit ad aliam
personam, quàm ad eam, cui illi factum est
24 l. si vnus 27. §. antè l. idem §. 1. ff. de pactis, &
sic fideiussor Clerici non gaudet illius priuilegio Franc. Marens decis. 584. num. 1. Vincent.
de Franch. decis. 400. num. 4. & post eos latè
tradit Costa remed. subsidiar. 20. num. 1. & nu. 9.
Cui conclusioni non resistit dispositio l. ex persona
32. ff. de fideiuss. vbi Vulpi. inquit ex persona
rei, & quidem inuito reo, exceptio & cætera
rei commoda fideiussori cæterisq; accessionibus
competere possint, licet enim verba ipsa ex
persona rei personalem videntur denotare exceptionem, quæ fideiussori prodest, tamen
25 verba ipsa nō ad personalem, sed ad realem exceptionem referenda sunt, nec aliud voluit,
quam exceptionem realem ex persona rei, idest
ipsi Reo primum competentem fideiussori succurrere, vt declarat Franch. loc. alleg. num. 103.
Quandoquidem omnes exceptiones reales, de
quibus dictum est ex persona, rei competant
fideiussori; in quibus tamen proxima, & imme-
26 diata causa non est ipsa persona, sed res vbi, &
extincta persona non extinguitur exceptio.
Neq; idcirco dicitur fideiussor in plus obligari,
27 quàm principalis iuxta l. greca 8. §. illud. ff. de
fideiuss. Surd. decis. 118. num. 9. & Gratian. cap.
122. num. 3. & 4. lib. 1. quando priuilegio personali principali competenti, vti non potest
fideiussor, quoniam tunc non in plus obligari
28 dicitur fideiussor, sed efficacius adstringitur à
c. ex rescriptis de iur. iurand. & probat Franch.
cit. cap. 3. num. 104. & si enim fideiussor quis
extitisset pro minore, seù muliere in contractu
celebrato contra formam statuti, quasi obligatio accessoria ad actum nullum debeat etiam
29 nullū iudicari l. fideiussor obligari 17. vbi glos. in
Verb. non est ff. de fideiuss. Bald. cons. 261. num.
7. lib. p. Gabriel. cons. 10. nu. 3. de claus. in comm.
opin. Attamen obligatio huiusmodi valida est,
& stat de per se, & separata ab obligatione
30 contractus, pro quo facta fuit fideiussio, etiam
si non fuisset adhibita causa principalis, & in
solidum, præter iuramentum in huiusmodi con-
31 tractu apponi solitum, vt probat Natta cons.
260. num. 14. idem Gabriel concl. 5. de minor. Seraphin. priuil. iuram. 80. num. 5. Ceual. p. 382.
num. 4. & post eos scribit Gratian. lib. 1. discept.
foren. cap. 122. num. 10. cum seq. plurib. vbi ità
iudicasse testatur; non enim fortasse quis cōtraxisset cum minore, aut muliere, si fideiussoris
promissio non interuenisset, idcircò non debet
defraudari hac permissione contrahens.
Quam conclusionem principalem locum etiam
habere in socio, qui fideiussori comparatur, scri-
32 bit Franch. alleg. cap. 3. num. 106. cum seq. illi
enim non proficit exceptio, quæ Socio ex propria persona competebat cit. l. exceptiones in
Verb. parens de except. & tradit ibidem Franch.
Multæ enim reperiuntur personæ hoc iuris benefitio donatæ, vt in plus conueniri nequeant,
33 quàm facere possint, ne egeant, l. sunt persona
cum trib. sequen. ff. de re iudic. Id quod quibusdam
debetur, vel propter reuerentiam, vt Parenti-
34 bus, Patronis, Socero, & marito, quibusdam
ex natura, & ÆQVITATE contractus, vt Socij in causa Societatis, quæ continet vinculum
fraternitatis, Clericis, qui non tenentur ad plus,
35 quam facere possunt per c. Odoardus de solut. &
scribit Rendina in eius promptuar. tit. de fideiuss.
sub num. 4. vers. cæterum, Quibusdam indultum
est ob fortunæ iniquitatem, vt qui cesserunt bonis; Quibusdam propter vtilitatem Reipublicæ, vt militibus, qui castra merentur Franch. l.
c. num. 107. & seq.
Qualitas verò, ne egeat, consideratur tribus concurrentibus, videlicet habita ratione quanti-
36 tatis patrimonij, personæ conditionis, & eiusdem ætatis, vt explicat Ias. in d. §. item si de dote
num. 7. Instit. de act. & scribit Coleri. in process.
execut. part. 2. cap. 3. num. 115. quos sequitur
Franch. num. 90. Infert hoc, qui benefitio, vt
in plus cōueniatur, quam facere possunt fruen-
37 tes parentes, qui à filijs conueniuntur l. sunt qui
16. cum legib. sequent. ff. de re iudicat. Item liberi ipsi aduersus parentes se obligarunt, cum
38 corralitiuorum sit eadem natura, & dispositum
39 in vno locum habeat, & in alio l. fin. C. de indic.
vidnit. tolle. l. 2. C. de supres. lib. 11. cum alijs
citatis per Franch. num. 117. Idem procedit
quando liberi pro parentibus versus alias perso-
40 nas se obligarunt, vt supra dictum fuit ex Cartar. decis. 7. num 1. & 11. & Franch. sub num.
21. vers. aut.
Hoc idem procedit in Socio, qui versus alium Socium non tenetur, nisi inquantum facere potest
41 d. l. sunt qui, & probat Franch num. 109. cum
seqq. vbi declarat procedere conclusionem, si
ex sola causa societatis conueniatur, non nisi ex
alia causa. Item in Patrono, In Socero, in ma-
42 rito, In militie; In Magistratu eo durante, qui
43 & si non teneatur, nisi in quantum facere potest, ne egeat; Attamen hæc exceptio fideiussori non cōmunicatur, qui idcirco exceptionem
huiusmodi principali competentem proponere
44 nequit, vt copiosè probat Franch. à num 110.
vsq; ad num. 132.
Si autem moratoria concessa fuit principali, eam
45 prodesse fideiussori, vt disponit tex. in Auth.
Præsente C. de fideiuss. distinguendo igitur, an
fideiussor renuntiauerit beneficio d. Auth. &
46 tunc non posse vti concludit Franch. num. 162.
post Bald. in l. quoties num. 4. vbi Cyn. num. 8. &
Salicet nu. 4. C. de precib. Imperal. offeren. Prout
distingui debet, an moratoria concessa fuerit
intuitu tantum personæ ipsius principalis
47 debitoris, & sic personalis sit, atq; an motu
proprio Principis, vel ad principalis supplicationem: Item an a creditore tantum, vel à Superiore concessa sit, quia vbi intuitu personæ
prin-

principalis tantum concessa esset moratoria,
vel ad postulationem principalis, tunc in ea
non contineretur fideiussor, nisi expressè de eo
esset facta mentio in moratoria, vt determinat
48 *Franch. l. c. à num. 148. vsq; ad num. 172.* post
Coler. part. p. cap. 4. num. 21. in fin.

Opinionem enim hanc prodesse fideiussori moratoriam, siuè inducias concessarum principali
debitori ÆQVITATI consentaneum esse tra-
49 dit *Cyn. in cit. l. quoties*, & ibi *Bald. num. 5.*
C. de precib. Imper. offer. quos sequitur *Franch.*
cit. cap. 3. num. 176. dicens, quod à principio
datis inducijs; hoc autem inter creditorem,
50 & debitorem intelligitur, vt fideiussori interim
parcatur, qui principalis propterea potest comparere, & fideiussorem defendere, etiam si per-
sonale esset priuilegium induciarum sibi con-
51 cessum, vt post *Coler. de process. executiuo cap.*
3. num. 22. part. p. probat *Gratian. lib. 1. discept.*
forens. cap. 12. num. 2. & 3. & lib. 2. cap. 290.
num. 30. tradens id licere principali, ne reconueniatur à fideiussore, vbi is molestaretur per
52 *Imol. in l. cum filius §. 1. vbi Ias. num. 49. ff. de*
verbor. obligat. nisi fideiussor animo nouandi
intercesserit, & totam obligationem in se transtulerit *l. quod dictum ff. de pact.* & eo casu remota noua obligatione fideiussoris effectum
suum sortiuntur induciæ fauore fideiussoris,
53 etiam si ille renuntiasset benefitio *d. Auth. Præsente*, vt concludit *Franch. num. 180.* inducens
necessarium dici ad tempus ab ipsa fideiussoris
renonciatione, quæ id circo prorsus inanis non
dicitur, sed ad tempus suspenditur, donec scilicet induciæ finem habeant, quo sequto ad pri-
54 stinum res redit; Quia prorogato solutionis
termino debitori, non liberatur fideiussor,
etiam si prorogatio absq; illius consensu facta
55 sit *Ies. in l. p. num. 18. cum seq. C. de Iudic. Gomez. var. resolut. tom. 2. cap. 13. num. 21. Coler.*
part. p. cap. 10. num. 298. & probat *Thesaur.*
q. q. famil. 57. num. 1. cum seq. lib. 2. vbi distinguit inter criminales causas, & ciuiles.

Si verò fideiussoris obligatio ad certum tempus,
& determinatum se restrinxisset, quo casu expirato tempore, dissoluta diceretur obligatio,
56 vt inquit *Franch. num. 182.* & ante eum comprobat *Mysinger. singul. obseruat. centur. 6. obseru.*
53. num. 3. secus autem, si fideiussoris obligatio
facta esset purè, neq; ad certum tempus restricta, licet solutio ad determinatum tempus destinata; Quia tunc per prorogationem sine eius
consensu factam, non esset extincta obligatio,
57 vt dictum fuit, & scribit *Misinger. l. c. num. 5.*
post *Abb. in c. constitutus circa finem vers. extra*
glossam, quæro de fideiusso.

Qui fideiussores in suo foro conueniendi sunt, nisi
58 renuntiauerint priuilegio fori; quo casu in loco
contractus conueniuntur *c. Romana §. contrahentes de for. compet. in 6.* & scribit *Misinger. centur. 2. obseru. 5.* per totum, vbi materiam ipsam
ad saturitatem explicat; quod procedit etiamsi
59 pro Clerico fideiussisset *Franch. Marcus decis.*
1057. num. 7. 8. & 14. lib. 1. Surd. cons. 396. &
Mising. obseru. 21. centur. 29. Nisi foro renuntiasset, & se Ecclesiæ Curiæ subijcisset, vt ibi
60 explicat *Mising.* & scribit *Costa remed. subsid.*
30. num. 17. & 18. Distinguendo fideiussorem
61 contractus à fideiussore Iudicij, quia ille in
foro suo est conueniendus: hic verò sortitur forum principalis *Marc. decis. 400.* quo casu fieri
executionem contra eum sine alia citatione
probat ibidem *Costa num. 19.* & in iuditio fuit
interposita stipulatio *Franch. decis. 208.*

Et si verò regulariter certum est fideiussorem non
posse molestari, nisi prius conuentus, & excus-
62 sus fuerit principalis per *tex. in Auth. Præsente*
C. de fideiuss. & in Auth. de fideiuss. §. si quis igitur, & in §. non solum atq; Auth. hoc si debitor
C. de pigno. & hypot. & latè tradit *Gail. lib. 2.*
pleno obseruat. 27. Attamen cum passim fideius-
63 sores, vti principales se obligare soleant hoc
tempore, cessat solemnitas allegata, *Marsil. in*
rubr. de fideiuss. num. 70. tradens huiusmodi promittentē principaliter, posse tamen de rigore
iuris, quam de ÆQVITATE conueniri, non
excusso principali debitore, quem sequitur
Gail. obseru. 28. num. 2. & 6. lib. 2. de qua materia actum fuit suprà *in cap. 114. lib. 2.*

Prout excussionis exceptio locum non habet,
quando debitor principalis notoriè est inhabilis
64 ad soluendum; quoniam in notorijs excussionis necessitas reicitur; inanis etenim est excussio,
65 quia debitoris excludit inopia *tex. in l. nam is ff.*
de dolo malo glos. not. in l. decem in verb. excussum
ff. de verb. oblig. & post multos per eum relatos
probat *Gail. cit. obseru. 27. num. 14.* & dictum
fuit suprà *in cit. cap. 114. nu. 38.* quod notorium
66 probari per famam vicinorum potest *Bald. in*
l. p. num. 3. C. de rev. his quæ per freud. alienat.
sunt, tradit *Gail. cit. obseru. 27. nu. 15.* Et quæ
inhabilitas soluendi probata etiam dicitur, si
debitor bonis cessit, quia tunc discussio locum
67 non habet *tex. in d. l. nam is ff. de dolo malo*
68 *Curna in d. l. decem ff. de verb. oblig.* & sequitur
Gail. num. 16. inutiles enim, & frustatoriæ exceptiones non sunt admittendæ *l. non cogendum*
ff. de procur. & l. hac stipulatio §. fin. ff. vt lega. non cau.

Idem procedit, si fideiussor expressè renuntiauit
huic benefitio, quod facere potest, cum ad sui
69 fauorem fuerit introductum *l. pen. C. de pact.*
glo. in Auth. de fideiuss. §. si quis igitur in verb.
accedat. post lib. 1. comm. opin. concl. 41. num.
26. tradens huiusmodi renuntiationem comprehendi, quando fideiussor renuntiauit omni
70 iuris, & legum auxilio post *Alex. cons. 29. nu.*
29. lib. 7. quem sequitur *Gail. alleg. obseru. 27.*
numer. 21.

Quemadmodum si debitor principalis est potens,
vel rixosus, & sic non facile conueniendus,
tunc omissa excussione conuenitur fideiussor,
71 quia inducitur notorium facti debitorem non
esse soluendo ob difficultatem illum conuenien-
72 di *arg. l. 2. ff. qui satisdar. cogen.* ad *rem Gratian.*

lib. 1. discept. forens. cap. 49. nu. 29. Paria enim
sunt debitorem non esse soluendo facultatibus,
vel non esse soluendo ob conueniendi difficul-
73 tatem, vt inquit *Gail. cit. obseru. 27. num. 25.*
lib. 2. idem intelligitur, si debitor longinque
74 abest, cum tunc difficultas conueniendi subo-
riatur, & sic cessat excussionis benefitium, nè
diuturna debitoris absentia creditori fraudi sit
75 *tex. in d. Auth. præsente C. de fideiuss. & in Auth.*
de fideiuss. §. 1. & 2. & probat *Alex. cons. 200.*
num. 10. in fin. lib. 5. Rol. cons. 9. num. 22. lib. 1.
& post eos amplè probat *Gail. cit. obseru. 27.*
nu. 33. vel si principalis debitor mortuus esset,
quia tunc cessat benefitium excussionis, vt di-
76 ximus in *cit. cap. 114. num. 4. lib. 2.*

Et si creditor habet apud se pignus ex cuius præsē-
tia valet sibi satisfacere, non potest conuenire
77 fideiussorem, *Castrens. in l. inter eos §. Creditor.*
ff. de fideiuss Marsil. de fideiuss. num. 18. vers.
item adde, quod sequitur *Polid. Ripa singul. obser.*
60. in fin. vers. amplius.

Fideiussor autem bonus non dicitur, quando offer-
tur Aduocatus, aut Procurator, siuè persona
78 rixosa, aut Notarius Cauilosus, siuè miles, vt
scribit *Rebuff. ad Const. Regni de cent. excut. artic.*
glos. 16. num. 21.

SVMMARIA.

Restitutionis benefitium si est personale ad hæredes non spectat num. 1.

Restitutionis personale benefitium non est si propter læsionem patrimonij conced. num. 2.

Restitutione in petenda narratur causa, ob quam sibi concedi debere prætendat eam petens num. 2.

Restitutio non conceditur simpliciter propter ætatem, sed propter læsionem num. 4. 5.

Restitutionis benefitium ad hæredes transit n. 6. & 7.

Restitutio concessa minori metum passo dicitur realis num. 8. & personalis si ob dolum num. 9.

Immunitas ab oneribus personæ intuitu concessa Clericis, Militibus, Scholaribus, & similibus non transit ad hæredes num. 10. 11.

Spes dicitur esse in patrimonio num. 12. & idcirco remanet in hærede illius num. 13.


Spes non transit in fideiussore, quia transire nequit, nisi cum vniuersali hæreditate num. 14.

Instantia capta à minore super Iudicio rescindente transit ad hæredes num. 15. Item in hærede hæredis num. 16. & 17.

Hæres partus semper restituitur, quàm minor defunctus num. 18.

Verbum partus, *interpretatur aliquando benignius num. 19. & 20.*

Restitutio competit substituto ex facto grauati n. 21.



Restitutionis benefitium an reale, vel personale dicatur. CAP. CCLXXV.



Benefitium restitutionis an per-
sonale, vel reale sit plurimum
refert cognoscere, cum vbi per-
sonale sit ad hæredes, vel succes-
1 sores nō spectet *l. & quia persona-*
le ff. solut. matrim. si verò sit reale
ad eos transmittatur, vt in *l. non solum ff. de re-*
stit. in integ. Oddus de restit. in integ. q. 50. num. 1.
& 2. Alij verò mixtum esse hoc benefitium
contendunt.

Pro quæstionis resolutione, qui reale benefitium
esse restitutionem putant, considerant an per-
sona sit mediata, aut immediata causa priuile-
gij, nam si immediata est propter læsionem pa-
trimonij personale non esse, nec eo casu princi-
paliter personæ contemplatione concessum
2 priuilegium restitutionis concludit *Oddo d. q. 50.*
num. 4. quo fit, vt cum in restitutionis libello
concipiendo, necessario læsionem apparere de-
bet, petens restitutionem, & rem ita narrare,
atq; deducere, vt apparere possit, quæ sit causa
immediata, & proxima restitutionis, vt est
3 *tex. in l. quod si minor §. non semper ff. de minor.*
quid oberit, quin hoc casu reale censeri debeat
Odd. cit. num. 4. post *Afflic. super constit. Regni*
lib. 2. rubr. 40. num. 19. Quia restitutio non da-
tur simpliciter propter ætatem; sed etiā prop-
4 ter læsionem, vt subijcit idem *Odd. l. c.*

Mixtum vero esse benefitium alij putant, non ex
eo, quia fideiussori minoris non competat, cum
non sit rationem veram reddere, sed potius
dictum dicto annectere; Sed quia certum sit mi-
noris personam læsam, nec alias ei per restitu-
tionem indulgendum, nisi hoc lex personæ con-
5 templatione faceret, quasi persona istud opere-
tur, quod satis desumitur ex *l. exceptiones ff de*
excep. in quam sententiam inclinat *Maurit.*
tract. de restit. in integr. cap. 13. quem sequitur
Misinger. obseru. 18. per totum centu. 4. cuius
traditione per extensum, ibi referre suasit ma-
teria ipsa modica narratione compendiata, &
6 hanc esse benigniorem sententiam, & sic magis
ÆQVAM, patet, quod beneficium ad hæredes
7 transire affirmat *Odd. l. c. numer. 5.* si naturali
ÆQVITATE dictante ob aliquam causam ra-
tionabilem concessa fuit, non autem ex sola
gratia ipsius priuilegiati, idest defectu ætatis
Qui *Odd. nu. 6. ex Fulgos.* distinguit restitutio-
nem concessam maiori metum passo, quæ rea-
8 lis dicitur *l. si cum exceptione §. cum autem ff.*
quod. met. caus. aut concessa est aduersus dolum,
& dicitur personalis, aut conceditur ex edicto
minorum, vel maiorum; & dicitur mixta, de
9 qua *Misinger. d. obseruat. 18. & Odd. loc. cit. nu. 7.*
numero vero 8. *cum seq.* magis clare materiam
declarat, explicando, quod restitutio conce-
ditur

ditur ob prerogatiuam personarum, vt Clericis, militibus, scholaribus, minoribus 25. annis, absentibus, & similibus, vt præscriptio fori, exceptio a gabellis, & pedagijs; Immunitas ab
10 oneribus, & muneribus ciuitatis, & ista non transeunt ad hæredes, quia cum personis priuilegiatorum extinguitur *l. ætatem ff. de ciui*.

Quemadmodum æque non transeunt ad hæredes ea, quæ conceduntur aliquibus generibus personarum, quæ in alijs non militant, vt si restitutio concedenda erat alicui læso ex priuilegio personæ concesso, quæ tamen deneganda ve-
11 nit illius hæredi, vt explicat *Odd. plene nu. 16.* Nisi eadem causa, & priuilegium personale in persona ipsius hæredis considerari possit quo ad causam enim concedendi in hæredem transit illa prærogatiua, quæ facta dicitur realis, & dicitur quæsita spes ista recuperandi id, quod amissum fuerat per læsionem, quæ spes dicitur
12 esse in patrimonio ipsorum auctorum *l. nemo ff. de restit. in integ.* & consequenter in hæreditate eorum remanere dicitur, quæ ab hærede acquiri cum reliqua hæreditate potest, vt con-
13 cludit *Odd. loc. cit. num. 11.*

Idcircò fideiussori non prodest, cum ea transire nequeat nisi cum vniuersali hæreditate, quæ non cadit in fideiussore, sed in hærede tantum
14 qui restituitur, vt *per l. stichum §. quod vulgo ff. de solut.* probat *Odd. q. 48. ar. 3. & cit. q. 50. sub nu. 11. versic. sub qua ratione*.

In quem hæredem transit instantia cæpta à minore super hoc iuditio rescindente, cum suo ad-
15 uersario *tex. in l. si intra, & ibi Bald. & Aret. C. de restit. in integr.* quos sequitur *Odd. alleg. quæst. 50. nu. 12.*

Quam conclusionem locum habere etiam in hæ-
16 rede hæredis innuere videtur, *Bart. in l. qui duos nu. 11. ff. de duob. reis*, & in terminis probat *Rub. cons. 57. nu. 2. & Beron. in c. cum sit Romana nu. 46. in fin. de appell.* & post eos *Oddo.*
17 *loc. cit. nu. 15.* qui *in nu. 18.* limitat conclusionem, quando hæres ratificauit tam expressè, quam tacitè gesta per defunctum, recipiendo ec[...]um, vel pensionem rei a minore locatæ, vt post *Bald. cons. 184. lib. 2.* tradit *Tiraquel. de iur. constit. posse limit. 30. nu. 12.*

Quamuis partius semper restitui debet hæres,
18 quam ipse defunctus restitutus fuisset, *tex. in l. quod si minor §. p. in fin. ff. de minor.* & scribit *Oddo loco sæpius citat. nu. 21.*

Quod tamen verbum *partius in d. tex.* expressum interpretatur *Oddus num. 23.* significare benignius, quod verbum in æquius resonare diximus
19 supra *in cap. p. nu. 28. & cap. 61. nu. 4. lib. 1.* & si *nu. 24.* idem Oddus refert illud verbum ad onus
20 probationis per *d. l. quod si minor §. restitutio in vers. sed partius in venditione, & ibi glos. & DD.* & scribit *Odd. in q. 47. ar. 4.* Et qui auctor alias plures quæstiones in hac materia restitutionis hæreditatis læsi species, proponit, & soluit *à nu. 24. vsq; ad nu. 38.* ad quem remittitur Lector, cum nihil penitus illis addere posse vi-
deatur, præsertim circa restitutionem compe-
21 tentem substituto ex facto grauati, vt *num. 26. 31. 33. & 35.*

SVMMARIA.

Actio non acquiritur ei, cui contractus vtilitas pertinet, sed stipulanti nu. 1. 4. 6. 7. & 8.

Contrarium nu. 10. 11. 12. 22. 23. 24. Sententia Senatus Catalann. num. 26. 27.

Stipulatio habet fundamentum in persona stipulatoris num. 2.

Vxor non potest agere pro eius dote viro promissa num. 3. & 9.

Instrumentum probat solum inter illos, qui sunt in eo nominati num. 5.

Absurda euitanda sunt nu. 13. & 14.

Vxor matrimonio soluto habet actionem ad rem, vel hypotecaria ratione sua dotis num. 15. & 17.

Hypotecaria tacita continet omnia bona, & etiam nomina debitorum fauore dotis, vti expressa num. 16.

Bona Patris pignori esse ceperunt pro dote rursus quasi pignus pignori à viro datum vxori num. 18.

Nomina debitorum continentur sub generali hypoteca num. 19.

Dotis iura exercentur contra tertios possessores vtili hypotecaria per vxorem num. 20.

Hypotecaria, & personalis actio, qua erat directa apud virum ratione dotis sunt vtiles apud vxorem num. 21.

Circuitus euitandi num. 25.

Vxor agere potest contra promissionem dotis post viri mortem ex ijsdem actis incohatis per virum num. 28.

Pro dotè promissa marito fauore; An actio competat ipsi vxori, demortuo marito, CAP. CCLXXVI.

VTilitas contractus, & si ad Tertium pertineat, non per hoc illi acquiritur actio, cum quæratur stipulanti, cedenda tamen ei, pro quo fuit stipulatum *l. pen. C. ad exibendum, & l. stipu-*
1 *latio ista §. si stipuler ff. de verb. oblig.* Stipulatio etenim habet fundamentum in persona stipu-
2 latoris, vt inquit *Roman. cons. 441. nu. 5. Alex. cons. 40. nu. 8. lib. 5. & Paris. cons. 82. nu. 3. lib. prim.* quos sequitur *Gratian. lib. 1. discep. foren. cap. 49. nu. 11. & 12.*

Nunc dicimus, quod si marito dos promissa fuit pro vxore non agit vxor, sed vir ad illam con-
3 sequendam *tex. in l. si pro ea C. de dote promissa, vbi Bald.* dicit notatu dignum hoc esse, quem sequitur *Gabriel. cons. 129. nu. 8. lib. 1. & Surd. decis. 229 nu. 15.* & post eos *Gratian. cit. cap. 49. num. 13.*

Dum enim vxor non est stipulata, quia promissio

non

non sibi facta fuit, ex alterius stipulatione, non
4 fuit ei ius quæsitum *l. stipulatio ista §. alteri ff. de*
verb.obligat. Alex.cons.13.nu.11.lib.1. & Surd.
cit.decis.229.nu.11.

Tanto magis cum instrumentum solum probet
5 inter eos, qui Notarium rogarunt, *Bald. in*
rubr. C. de fide. instrum. col.9. vers. sed dubitaui,
Alex. cons. 110.lib.2. Couar. pract. q.q. cap. 20.
in fin. & Ias. in l. cum aliquis num. 1. C. de iur. de-
liber.

Facta enim venditione hæreditatis, vel prædij, ea
adhibita pactione, vt emptor soluat creditori-
bus hæreditarijs, non datur illis actio contra
6 ementem, sed solum contra venditorem *l. cum*
qui §. qui tibi, & l. fin. ff. de verb. oblig. glo. in d. sol-
uendi verb. quod autem ff. de negot. gestis. Negusan.
di pign. par. 5. memb. p. nu. 28. Gabriel. cons. 155.
nu. 42. lib. 1.

Idem dicitur de emente cum promissione reuen-
dendi illis, quibus venditor erat obligatus re-
trouendere, qui conueniri non potest ab his, in
7 quorum fauorem facta fuit promissio illis ab-
sentibus, nec vllus pro illis stipulatus est, cum
ex tali promissione non censeatur ius quæsitum
contra promissorem, vt in indiuiduo probat
8 *Cruuet.cons.12.num.6. per tex. in l.2. C. de hæred.*
vel act. vend.

Et hanc sententiam in specie defendit *Vinc. de*
9 *Franch. plena decis. 33.* concludendo, quod
vxor non habet actionem agendi contra pro-
missorem versus eius maritum, etiam soluto
matrimonio, prout ita decisum fuisse per Sa-
crum Concil. testatur, & idem iudicatum fuisse
per *Rut. Gennen.* scribit *Cartar.decis.43.num.1.*

De ÆQVITATE tamen contrarium verius est in
muliere, quæ potest exigere dotem a Patre,
10 vel fratre promissam viro suo, si vir defunctus
est; subest enim Æquitas, vt ratione sui interes-
se mulier possit agere ad dotis consecutionem
eius viro promissa, vt in terminis probat *Guid.*
Pap. decis. 375. quem sequitur *Vincen. de Anna.*
singul.601. & alleg. 129. lib. 2. & post eos com-
probat *Gratian. cit. cap. 49. nu.24. & sub nu.29.*
vers. num quidquid, & lib.2. cap. 362. nu.4. & 6.
vbi de æquitate ex stipulatione restituendi do-
tem dantur etiam vxori actiones vtiles, etiam
11 sine cessione aduersus hæredes viri, ex *Paris.*
12 *cons.107. num. 87. lib. 3.* & ita iudicasse Rotam
die 30. Octobr. 1598. apud Lancelottum te-
statur.

Hanc sententiam terminaliter sequitur *Ladereb.*
pleno cons. 131. qui ad partes re trutinata hanc
conclusionem esse Æquissimam asserit *in vers.*
Hinc q; Tùm ad absurdum euitandum, ne vxor
indotata remaneat, si fortè vir per acceptila-
13 tionem liberasset promissorem *Salic. in l. fin. C.*
de dot. promis. & Angel. cons. 180. & ipse non
esset soluendo, neq; enim exigere, aut actio-
nem cedere ei permitteretur, cum esset libera-
tus promissor quo ad eum, sicq; mulieri nullo
modo prospectum esset, quod absurdum omni-
14 no est euitandum *l. fin. C. de iur. dot.* tùm quia
soluto matrimonio mulier habet actionem ad
15 rem, vel hypotecariam *l. in rebus C. de iur. dot.*
& consequenter contra promissorem, si nun-
dum dotem tradiderat; tùm deniq; quia in do-
tis constitutione oritur actio ex stipulatu, &
hypotecaria tacita contra virum, vt notum
est, quo supposito, cum in hypotecaria tacita
contineantur omnia bona, & etiã nomina de-
16 bitorum, vt & in expressa *Cyn. & Bald. in l. hac*
edictali §. omnibus C. de secund. nupc. Roma. singul.
147. Negus. de pignor. 2. par. 4. memb. num. 217.
sequitur, quod hypoteca, quam habebat vir in
bonis Patris in vxoris gratiam, comprehensa
sit in ipsa tacita hypoteca, & idcircò vtilis hy-
17 potecaria competat ei, iuxta *tex. in l. grege §.*
cum pignori ff. de pignor. & in l. 1. vbi Salic. post
glos. C. si pig. pigno data sit; Cum primum enim
nata sit hypoteca, hæc in bonis viri, quæ ori-
18 tur initio promissionis dotis, vt per *Negus. cit.*
memb. 4. num. 87. bona etiam Patris omnia pi-
gnori esse cœperunt, quasi pignus pignori à
viro vxori, lege ipsa sic disponente datum es-
set, vt eruditè explicat ibidem *Ladercb. vsq; ad*
vers. quarto fecit.

Nomina enim debitorum tacitè in sunt hypote-
cæ, tam quo ad actiones personales, quam quo
ad hypotecarias, quia cum sua causa, hoc est
cum suis hypotecis tacite obligantur, *vt in ter-*
19 minis respondit *Castren. cons. 198. num.25. alias*
cons. 395. sicq; hæredes vxoris contra Patris
hæredes vtili actione dotis contra possessores
bonorum vtili hypotecaria agere possunt, vt
20 inquit *Castrens.* & his terminis, quod mulier
virtute huius tacitæ hypotecæ agat contra
debitores viri est decisio, *Bald. in d. l. si prote in*
fin. & in l. hæredem num.2. C. de hæred. act. nam
personalis actio, & hypotecaria, quæ erant di-
rectæ apud virum, sunt vtiles apud ipsam vxo-
21 rem, & propterea licet ei vtra malit experiri,
Landreeb. loc. cit. vers. quarto facit.

Quam conclusionem latè defendit *Fontanel. de*
pact. nuptial. claus. 6. glo. 1. p. p. nu. 20. cum plurib.
sequ. & num. 32. ex quadam æquitate pro qua
opinione grauissimorum Senatuum auctorita-
tem stare scribit, & præcipue ità declarasse
22 Senatum *Paris.* testator *Papon. lib. 15. tit. 4.*
arest. 3. & Senatum Sebussianum scribit *Faber. in*
suo Codice lib. 5. tit. 13. solut. matrim. de fin. 6.
quibus conferunt tradita per *Farin. in decis.*
769. in recol. 2. loc. de qua re *Giurba ad Statu.*
Messana cap. 13. glos. 1. nu. 8. & Olea de cessione
iun. tit. 4. q. 8. nu. 19. & 20.

Ex ÆQVITATE enim plures id fieri dicunt, quasi
præsuponendo aliud esse de rigore iuris, quæ
ÆQVITAS consistit in eo, quod mulier suam
dotem petere possit, atq; pro suo interesse agere
23 omnibus debet videri ÆQVVM, vt post *Guid.*
Papa cit. decis. 375. num. 1. tradit *Fontanel. cit.*
glos. 1. p. p. num. 22. iuxta *tex. in l. 1. §. videa-*
mus, ibi æquissimum nobis visum, *& in §. accedit,*
ibi tunc præsumitur mulierem ipsam stipulatio-
nem fecisse *C. de rei vxor. act. iuncto C. dilecti de*
Iudic.

Iudic. Gratian. alleg. cap. 49. n. 29. & cap. 362.
numer. 6.

De ÆQVITATE namq; sæpius dari solet actio
alis, quàm illis, cum quibus negotium gestum
24 est *l. si me, & Titium ff. si cert. petat. Monter.*
decis. 36. num. 19. & diximus suprà in *cap. 38.*
per tot. lib. 1. quidquid dicat *Franch. cit. decis.*
33. num. 9. ÆQVITATI præferendum esse ri-
gorem scriptum *l. placuit. C. de iud.*

Quæ conclusio eò potius admittenda venit ad cir-
cuitus euitandos, ne, si vxor conuenire cogatur,
viri hæredes, & illi postea debitorem dotis, vel
eidem vxori cedere actionem illam consequèn-
25 di iuxta traditionem D.D. in *l. si Soror §. Lucius*
ff. solut. matrim. de quo circuitu euitando in
terminis agit *Fontanel. loc. relat. num. 32. & 33.*
& ante eum in his terminis tradit *Monter. decis.*
39. num. 38.

Et ipsa sæpius iudicasse Senatum Catalon. testatur
26 idem *Fontanel. loc. relat. num. 33. vers. & hanc*
opinionem exprimendo, quod post mortem viri
actio ad exigendam dotem, seù illius partem
27 spectat ad ipsam mulierem superstitem, non
autem ad hæredes viri.

Quam vxorem agere posse cōtra promissorem do-
tis viro mortuo ex ijsdem actis inchoatis per
maritum intentandi etiam ius executiuum pro-
28 bat *Alber. in l. Manifestissimi num. 10. C. de furt.*
& sequitur *Bal. nouel. de dote priuil. 9. & 10.*
part. 9. & post eos tradit *Vincent. de Anna alleg.*
129. num. 3. lib. 2. & Gratian. tit. cap. 49. sub
num. 24. & cap. 362. num. 5.

SVMMARIA.

Statuto Mediolani præferuntur masculi fæminis in successione ascendentium, & descendentium nu. 1.

Femina à statuto exclusa dotari condecenter debent numer. 2.

Dotare condecenter remittitur arbitrio boni viri nu. 3. & 33.

Dos minor esse non debet legitima num. 4. & quod potius eam excedere debeat num. 5.

Declaratur procedere post Patris mortem n. 6. & 17.

Dote in constituenda ratio habetur bonorum prohibitorum alienari num. 7. & 8.

Legitima non dicitur meta dotis num. 9.

Pater dotat filiam ad libitum n. 10. 11. 13. 17. & 19.

Dos à viro bono statuta minor legitima esse non debet numer. 12.

Legitima non debetur filijs, nisi post Patris mortem num. 14. & 15.

Dos imputatur in portionem supplementi legitima num. 16.

Fratres dotantes Sororem minus legitima tradere eam nequeunt num. 18.

Læsio enormissima continet dolum num. 20. & 21.

Pater præsumitur sumere bonum consilium pro filio numer. 22.

Dos congrua Patri visa, alijs incongrua videri non debet num. 23.

Statutum Mediolani 278. lib. 1. non videtur considere de fratribus in constituenda dote Sororibus num. 25.

Dos congrua præsumitur, si à Patre est constituta num. 24.

Dos à fratre constituta dicitur congrua, si est æqualis doti alterius Sororis per Patrem constitutæ numer. 26.

Ratio vnica pro expressà in statuto dicitur num. 27. & 28.

Dos non dicitur succedere loco legitimæ reprobato Surdo *contrarium affirmante num. 29.*

Legitima à statuto prohiberi potest num. 30.

Statutum non extendit vires extra Territorium n. 31.

Statutum loci, in quo sita sunt bona attendi debet in decisorijs num. 32.

Quarta debita per Auth. Præterea *debetur, quando dos est tenuissima num. 34.*

Dos congrua dicitur, quando illius fructus sufficiunt pro alimentis dotatæ num. 35. Raro tamen potest alimentari vxor ex fructibus dotis num. 36.

Patris bona non dicuntur hypotecata pro legitima filiorum num. 37. Contrarium num. 38.

Dotis congruitas attenditur habito respectu ad tempus matrimonij contracti num. 39.

Læsio attenditur habita ratione temporis contractus numer. 40.

Dos filiæ minus legitima arbitrari non debet, & tunc dicitur filia congruenter dotata.

CAP. CCLXXVII.



1 STatuto Mediol. *in cap. 278. lib. p.*
Cauetur, vt in successione ascen-
dentium, & descendentium ex
linea masculina decedentium
ab intestato, præferantur ma-
sculi descendentes fæminis natis
ex eodem matrimonio, qui masculi nihilomi-
nus tenentur dotare temporaliter, vel spiritua-
liter decenter ipsas fœminas, id quod de iure
2 communi fieri debere probat *Bald. in l. final.*
col. 2. vers. sed pone statuto C. de dote promis. De-
cius. cons. 379. num. 13. In dubium sepe reuoca-
tur, quæ portio paternæ siuè ascendentium hæ-
reditatis assignari debeat filiæ, vt decenter do-
tata dici possit.

Et arbitrio boni viri inspectis qualitatibus perso-
narum, & facultatibus ascendentis hoc relin-
3 qui tradit *Bart. in l. si filia ff. de lega. 3.* atq; ex-
pressè procedit dictum Statutum, quam tamen
dotem minorem legitima esse non debere scri-
4 bit *Alex. cons. 69. num. 2. lib. p. & cons. 7. num.*
2. cum seq. & num. 5. lib. 2. atq. cons. 83. lib. 4.
Corn. cons. 115. num. 5. vers. Non ergo lib. 3.
Dec. cons. 26. num. 1. & 2. & cons. 276. num. 5.
Paris. cons. 36. num. 20. lib. 3. cum alijs per multis
citatis per *Carpan. ad dictum Statutum 278. num.*
218. & 219. Præfertim verò hoc tradit *Menoch.*
de arbitr. casu 149. nu. 36. 37. & in cons. 8. nu. 9.

atq;

atq; probat *Barzius. decis. 127. cum seq.* & scribit *A. ba cons. 23. nu. 4. cum seq.* vbi ait bonum esse habere Iudicem fauorabilem, qui ex ÆQVITATE congruam dotem arbitretur, & vbi aliæ Sorori fuit tradita in certa summa, suadet ÆQVITAS, vt tanta etiam eidem assignetur dos, quanta habuit alia Soror, ad æqualitatem seruandam.

Quinimò, quod potius excedat legitimam, quàm
5 quod sit minor legitima, vt probat *Ascanius Clemens de patr. potest. cap. 6. effectu. 11. num. 17. cum seq.* & post alios tradit *Carpan. ad d. statu. 278. nu. 219. in fin.* ex tex. præcipuè *in d. Auth. res quæ Commu. de legatis.*

Hoc tamen intelligitur mortuo Patre, siuè ascendente; quandoquidem viuente ascendente, non debetur dos ad mensuram legitimæ filiæ, vt ex
6 *Beronio ad consuet. Marchiæ glos. 9. numer. 40.* scribit *Carpan. l. c. num. 220.* In qua dote constituenda habetur ratio bonorum prohibito-
7 rum alienari, vt notat idem *Ascanius cap. 6. effectu. 11. num. 15.* & præcipuè bonorum emphiteuticorum Ecclesiæ, nisi in specie ex ver-
8 bis inuestituræ sint exclusæ feminæ: *Afflic. ad Constit. Regni rubr. 23. de success. filior. num. 56. cum seq. lib. 3.* quem sequitur *Carpan. l. c. numer. 260.* idem probat *Rand. cons. 40. num. 49. lib. 2. & Morot. cons. 34. sub num. 30.*

Et hanc conclusionem, quòd vltra legitimam dari dotem filiæ ÆQVVM sit, confirmat idem *Afflic. decis. 161. Curt. Sen. cons. 39. col. 2. vers. nam videmus, & Fulgos. cons. 32. col. 2. vers. si tamen ipsa dimidia.* quia legitima non dicitur
9 meta dotis, vt inquit *Bolon. cons. 83. num. 10.* & antè eum scribit *Socin. cons. 57. num. 25. lib. 4.* quos sequitur *Boetia d. tra. de non melior. dot. cap. 1. num. 2. in fin. & num. 3. in fin. Adre. Rauden. cons. 22. num. 42. in fin. & num. 43. atq; num. 73. lib. 2.* & amplè tradit *Fontanel. de pactis nuptial. claus. 5. glos. p. part. p. num. 55. & glos. 8. par. p. num. 2. atq; Raudens. cons. 40. num. 88. lib. 2.* ac determinasse Senat. Catalon. testatur *Cancer. lib. 3. var. resol. cap. 11. num. 8.*

Sed contrarium plures alij statuerunt in Patre, vt suprà dictum fuit nempè Patrem, siuè ascendentem non esse cogendum dare dotem filiæ iuxtà portionem legitimæ, sed minorem ipse probat
10 *Dec. cons. 276. sub num. 2. vers. sed tamen bis, & similibus, & cons. 180. col. 2. atq; cons. 379. nu. 13. & 14.* latè tradit *Socin. cons. 288. num. 15. vers. circa primum lib. 2.* post *Bart. in l. Titio genero num. 6. ff. de condit. & demonst.* quia dotata
11 a Patre decenter dotata dicitur. *Dec. cons. 180. sub num. 2. vers. & stante tali læsion. & Hector Felician. alleg. 3. num. 11. & 12. par. 3.*

De ÆQVITATE tamen bonus vir non arbitratur
12 dotem minus legitima, quia non videtur, vt possit eam arbitrari minus legitima, & ità de ÆQVITATE esse dicit *Ceman. in cons. 46. incipit. Pater filij* quem sequitur *Dec. cons. 180. sub num. 2. vers. & licet circa dus, & d. cons. 276. sub num. 2. vers. sed talis dos,* & post eos scribit *Baetia cit. cap. 1. num. 3.* vbi infinitos alios refert præcipuè *Corne. cons. 200. col. 13. vers. circa secundum caput. lib. 3. cons. 1. vers. Valet. lib. 4. & cons. 115. col. pen. non ergo obstat eodem lib. 3.*

Hanc controuersiam federe distinctionis conciliare studet *Baetia l. c. num. 5.* dicens, quod aut Pater viuens dotat, & locat matrimonio filiam exercendo offitium paternum, vel petitur ab eo, vt eam dotet, & tunc non tenetur dotare
13 eam vsq; ad legitimam *Crauet. con. 236. sub nu. 4. vers. Quinimo,* quia legitima non debetur vsq;
14 ad mortem Patris, & ideò nullus Iudex compellet eum præcisè ad constituendum filiæ dotē
15 parem legitimæ *l. cognouimus §. sed ne videamur. C. de heret. Arct. cons. 17. col. pen. Deti. cons. 276. vers. sed tamen bis, & similibus,* latè *Padilla in Auth. res quæ num. 27. C. commun. delegat. Alciat. de præsump. regul. 1. præsump. 26. nu 50.* quam sententiam corroborat *Baetia. cit. loc. num. 7. per tex. in l. quoniam nouella C. de inoffic. teste.* vbi dos imputatur in portionem supplementi legitimæ; ergo dos non fuerat par legi-
16 timæ *Socin. alleg. cons. 288. nu. 16. lib. 2.* Multum enim differt, quod post mortem patris dotetur filia, & quod ab eodem dotata sit, vt per-
17 pendit *Decius cit. cons. 276. vers. sed tamen bis, & similibus,* & innuit *Rauden. cons. 40. num. 49. lib. 2.* quos sequitur *Baetia num. 16. vers. multum differt.* dicens, quod si filia à Statuto exclusa
18 petit a Fratribus dotem, satis ÆQVVM videtur, vt sibi detur legitima, ea scilicet, quæ competit de iure communi iuxtà *tex. in Auth. nouissima C. de inoff. testam.*

Dotata enim congruenter dicitur filia, quam Pater dotauit, vel ei dotem qualem relinquit
19 in testamento, vt tradit *Carpan. ad statu. 280. num. 30.* & in terminis sequitur *Bimius cons. 328. num. 1. & 10. lib. 4.* post *Iaf. in l. quoniam in prioribus in 4. notab. C. de inoffic. testam. Alex. cons. 179. num. 9. lib. 5. Alciat. cons. 20. num. 9.*
20 *lib. 9.* Nisi enormissimè læsa esset filia; cum ex
21 huiusmodi læsione enormissima dolus arguatur; vt ibidem subijcit *Bimius ex Carpan. num. 20. & Alciat. reg. 1. præsump. 2. in fin. Cephal. cons. 95. num. 20. Thesaur. decision. 192. num. 10.* Ratio est, quia Pater præsumitur sumere bonum
22 consilium pro filia, vt inquit *Ias. in l. voluntatis C. de fideicom. Deci. cit. cons. 26. num. 22.* Et quæ Patri visa est dos congrua, alijs incongrua vi-
23 deri non debet *Barz. decis. cit. 127. num. 26. cum seq. plur.* quem sequitur *Fontanel. all. glos. 8. p. p. num. 27. claus. 5.* Et congruam dotem esse præsumit lex, quam Pater relinquit filiæ, vt inquit
24 *Menoch. d. casu 199. nu. 5.* quem sequitur *Raud. all. cons. 40. num. 40. lib. 2. & mora cons. 34. sub num. 20.* & scribit *Baetia loc. cit. cap. 1. num. 26.* dicens dotem a Patre datam in dubio præsumi
25 congruam, ex *Alex. cons. 33. num. 4. lib. 4.* cum alijs ibi allegatis.

Quamuis verò dos constituta per Fratrem Sorori minus legitima non videretur valide constituta, vt tradit *Barsat. cons. 223. num. 14. lib. 3.* quem sequitur

26 sequitur *Carpan. ad dictum Statutum* 280. *nu.* 9.
de quo non confidere statutum dicitur, vt etiam
notat *Bimius cons.* 272. *sub num.* 32. *in fine*, At-
27 tamen si huiusmodi dos est æqualis doti alteri
Sorori per Patrē constitutæ congruenter dota-
ta diceretur Soror *Dec. cons.* 26. dicens plenè
satisfactum esse rationi d. Statuti, *Fontanel. de
pact. nuptial. clauf.* 5. *glof.* 8. *par. p. num.* 80.
quæ ratio tanquam vnica pro expressà habetur
28 ex traditione *glos. in l. quamuis C. de fideicom.
Bimius cit. cons.* 272. *num.* 33. *&* 34. conferunt
D.D. tradita per *Thesaur. decis.* 192. *num.* 1. &
in terminis *Barz. d. decis.* 127. *cum decis. seq.* &
post alios tradit *Hector Felic. Alleg.* 3. *num.* 10.
part. 3.

Qui *Bimius cit. cons.* 328. *num.* 10. *cum seq.* expres-
sè reprobat traditionem *Surd. in tract. de ali-
mentis tit.* 3. *q.* 1. *num.* 39. *cum plurib. seq. & n.*
64. dicentis, quod dos hæc succedit loco legi-
timæ, & hanc opinionem vti benigniorem re-
cipiendam esse, ne filia sine hærede decedat, &
dos hæc videatur propria filiæ; ità vt possit de
29 ea disponere, vt notatur *ad d. Statutum* 278. *n.*
281. *cum seq.* quandoquidem propter amplitu-
dinem verborum Statuti prædicti potest etiam
30 in totum legitima tollere, vt latè defendit *Bi-
mius cit. cons.* 328. *num.* 3. *cum plurib. seq. &
cons.* 139. *nu.* 2. *in fin.* Qui ità obseruari hic Me-
diolani testatur post *Bossium tit. de publ. bonor.
num.* 3. & tradit *Carpan. ad idem Statutum* 278.
numer. 176.

Quod procedere respectu bonorum sitorum in
31 Territorio Mediolani subijcit ibidem *Bimius
num.* 7. quia respectu bonorum sitorum alibi,
seruanda veniunt statuta d. alterius Territorij,
consequenter potest filia ius legitimæ præten-
dere, vbi exclusa non sit ex particulari Statuto
d. Territorij, in quo bona sita sunt; Quoniam in
decisorijs, & in materia successionum attendi-
tur Statutum, vbi bona sita sunt siuè conceptum
32 sit in rem, siuè in personam *Alex. cons.* 16. *lib.*
1. *Bursat. cons.* 198. *num.* 8. *&* 9. *lib.* 3. *Cephal.
cons.* 120. *num.* 11. & post eos *Bimius cons.* 91.
num. 5. *& all. cons.* 328 *num.* 8.

Cæterum dari non potest certa regula pro consti-
33 tuenda congrua dote, cum arbitrio boni viri ea
sit constituenda, habita ratione qualitatis perso-
narum, patrimonij Patris, numeri filiorum, &
consuetudinis regionis, vt post *Menoch. de arbi-
trar. cit. casu* 149. abundè scribit *Fontanel. de
pact. nup. clauf.* 5. *glof.* 8. *part.* 1. *num.* 2. *&* 6.
& Marc. Anton. variar. ref. lib. 2. *resolut.* 27. *n.*
31. *ac Barz. decis. cit.* 127. *num.* 10. *&* 31. *cum
decis. seq. num.* 39. *&* 40. in quibus bonis deci-
sionibus amplissimè traditur de materia quartæ
34 ex *Auth. Præterea* debitæ, an etiam locum ha-
beat, quando dos est tenuissima, vt concludit *nu.*
9. *&* 56.

Et quia nonnulli ex scribentibus affirmarunt do-
35 tem dici congruam, si eius fructus sufficiunt
pro alimentis filiæ ex *Barzio all. decis.* 128. *num.*
3. 8. 10. 12. *&* 13. & post eum scribit *Fontanel.
cit. clauf.* 5. *glof.* 5. *part.* 9. *nu.* 35. *vers. cum vix.*
36 fatetur ibidē Auctor, quod in omnibus dotibus
vix vna reperiatur, cuius fructus sufficiant pro
alimentis viduæ secundum illius dignitatem ex
eodem *Barzo decis.* 128. *num.* 40. 45. 78. 80. *&*
85. & dictum fuit suprà *in cap.* 167. *num.* 96. quod
etiam *Raud.* probat *cit. cons.* 40. *num.* 2. *lib.* 2.
37 qui *num.* 42. concludit bona Patris non esse hy-
potecata pro legitima filij, ex *Crasso comm. opin.
§. legitima q.* 14. *Vincent. de Franch. decis.* 374.
num. 17. *& Peregrin. de fideicom. art.* 39. *num.*
38 140. cuius contrarium probat *Gratian. lib.* 5.
discept. foren. cap. 199. *num.* 19.

Congruitas autem dotis attenditur inspecto tem-
pore matrimonij, non mortis viri, vt post alios
39 probat *Barz. cit. decis.* 128. *num.* 15. 19. 66. *&*
68. *& decis.* 31. *num.* 8. & dictum fuit supra in
cap. 137. *lib.* 2. & dicitur de minore, qui resti-
tuitur aduersus contractum, si læsus fuit tempo-
re contractus, non autem si læsio ex post super-
40 uenit, vt inquit *Barz. cit. num.* 68. & probat
Odd. de restitut. in integ. q. 57. *num.* 18. de qua re
latè actum est suprà in *cap.* 134. *num.* 50. *cum
seq. lib.* 2.

SVMMARIA.

*Lex siuè statutum si generaliter loquitur, etiam gene-
raliter intelligi debet num.* 1.
*Statutum excludens matrem à successione comprahen-
dit etiam legitimam num.* 2.
Contrarium verius num. 4. 7. 8. 12. *& ità indicatum
per Illustriss. Magistr. Extraordin. num.* 13. 14. 49.
Legitima potest à statuto prohiberi numer. 3. *Contra,
numer.* 10.
Mater in legitima filij excludit Annum. num. 5.
*Matri debetur legitima ex lucrosa filij hæreditate
numer.* 6.
Legitima vndequaque priuilegiata dicitur num. 7.
*Legitima in totum prohiberi nequit per Statutum,
sed illius loco aliquid prouidendo num.* 11. 30. 32.
*Generali in dispositione Statuti non continetur legiti-
ma num.* 12. 16. 20. 21. 33.
*Renuntiatio generalis non comprahendit legitimam,
quæ expressam mentionem requirit num.* 15. *Limi-
tatur, si fuit iurata num.* 18. *contrarium num.* 20.
21. *&* 24.
Argumentum de pacto ad Statutum valet num. 17.
*Iuramentum habet vim specifici consensus, & specia-
lis renunciationis num.* 19.
*Iuramentum in contractu adhibitum, non auget obli-
gationem, sed illam corroborat num.* 22.
*Iuramentum in contractu adhibitum sequitur natu-
ram principalis actus num.* 23.
*Renuntiatio generalis continet legitimam, quando nil
aliud significare potest num.* 24.
*Generalis exclusio non continet quartam vxori debi-
tam, quæ expressam renuntiationem requirit num.*
25. 26.
*Successio legalis data à iure non censetur à Statuto su-
blata, nisi specialis mentio de ea fiat num.* 27.
Iura limitatoria sublata non censentur per Statutum,

28. neq; per verba generalia num. 29.
Mater iure communi inspecto succedit filio decedenti absque filijs num. 31.
Legitima debetur tàm parentibus, quàm filijs num. 34.
Legitima parentes priuare possunt filios in septem casibus; filij verò ex quatuordecim causis num. 35.
Statum priuans hæred. filij parentes dicitur odiosum, & iuris communis correctorium num. 36. & sic restringendum num. 37. & 38.
Legitima matri debita excluditur per substitutionem pupillarem, si filius in ea ætate decedit num. 30.
Pro matris fauore in dubio præsumitur lex num. 40.
Mater transiens ad secunda vota priuatur vsufructu sibi ex Statuto 303. Mediol. debito num. 42.
Legitima matri debita etiam non agnita debetur illius hæredibus num. 45. 46.
Ius formatum in defuncto transit ad hæredes num. 47.
Legis hæc edictali benefitium non dicitur exclusum à Statuto, nisi expressè hoc fuerit dispositum à Stat. numer. 58.
Legitima matri debita est tertia hæreditatis, non autem tertia tertiæ num. 50.
Vsufructus reseruatur matri in hæreditate filij ex Statuto 303. succedit loco legitimæ num. 51.
Authoris responsum in ea materia legitimæ debitæ matri num. 53.

Mater exclusa a filij successione, stantibus Agnatis ex dispositione Statuti, non videtur exclusa a legitima, si expressè illa non fuit prohibita.

CAP. CCLXXVIII.



Præcedenti materiæ legitimam filiæ concernentem, subijcitur alia quæstio eandem materiam cõtinuans; An scilicet mater exclusa à successione filij extantibus Agnatis, vt disponit Statutum Mediol. *in cap. 302. lib. p.* exclusaq; dicatur à legitima, de qua nullum verbum factum est per Statut.

Et sane cum statutum generaliter loquatur, generaliter etiam intelligendum videtur esse, & vbi illud non distinguit, nec vos distinguere debe-
2 mus, vt cauetur per *l. de pretio. ff. de public. in rem actio l. 3. §. si liber homo ff. de vsuc. access. glos. in l. prospexit in verb. lex scripta ff. qui & à quib. Dec. cons. 451. num. 3.* & in terminis statuti probat *Bimius cons. 113. num. 48.* & sic exclusionem hanc matris à filij successione comprehendere etiam legitimam patet, & in indiuiduo probat
3 *Rul. cons. 62. per totum lib. 3.* data semper potestate statuentium excludendi matrem a legiti-
3 ma, de qua non esse ambigendum diximus *supra in præced. cap. in vers. qui Bimius num. 30.* vt post *Angel. & Alex.* tradit *Dec. cons. 372. num. 4. & cons. 466. num. 2. Gratus cons. 21. num. 21. lib. 1. & seq. Cephal. cons. 278. num. 53.*

De ÆQVITATE tamen contrarium verius esse videtur, nempè dictum Statutum non continere successionem matris in legitima filij, & consequenter per illud non esse derogatum disposi-
4 tioni iuris communis legitimam ex bonis filij decedentis sinè filijs, & fratribus matri deberi disponentis, vt est apertus *tex. in §. consequenter in Auth. de hæredit. ab intest. venient.* etiam
5 ad exclusionem paterni Aui, *Auth. defuncto C. ad Tertul.* & probat *Curtz. cons. 247. num. 2. lib. 3.* cui matri deberi legitimam in luctuosa filij
6 hæreditate decidit *tex. in l. nam, & si parentes ff. de inoff. testam. & in Auth. Præsbiteros C. de Sacros. Eccles. & in l. ex rescripto C. vnde lege Afflic. decis. 310. num. 2. Ceph. cons. 120. num. 1. Surd. cons. 109. num. 8. Guid. cons. 51. num. 1. Bard. cons. 2. num. 15. & 17.* & post eos *Thesaur. lun. q. q. famil. 70. num. 16. & 20. lib. 3. & Gratian. lib. 3. discep. foren. cap. 448. num. 1.*

Cum enim Statutum ipsum expressè non loquatur de legitima, quæ vndique priuilegiata dicitur
7 *l. si quando §. & generaliter C. de inoff. testam.* & ibi *Bal. in vers. & istud. & Alex. cons. 69. vers. nec obstante lib. 1.* alijs omissis concludendum est illam in statuto minimè contineri, & idcircò per illud non esset derogatum dispositioni iuris
8 communis de legitima matri debita loquentis *arg. in d. l. si quando §. fin. C. de inoff. testam.* & respondit *Bal. super Statuto Dertbone cons. 273. num. 1. lib. 5. Salic. in Auth. nouissima sub num. 12. vers. Sexto quia, cum vers. seq. & num. 13. C. de inoff. testam.* Quin imò vbi etiam expressè illam prohibuisset statutum, an validè id factum esset, controuertunt scribentes, & pro validitate Statuti multi insudati sunt, & inter alios
9 *Vasq. de success. creat. cap. 20. num. 301. & Ioan. Gutier. pract. q. q. par. 2. lib. 3. qu. 82.*

Verior tamen communior, & ÆQVIOR est con-
10 traria opinio, vt post *Alber. in l. quoniam in prioribus num. 6. C. de inoff. testam. & Dec. cons. 19. Boer. cit. decis. 188. num. 6. Mising. obseru. 43. cent. 5. & obseru. 44. cent. 6.* probat *Costa cons. 63. num. 16.* dum loco legitimæ quid aliud, vt potè vsufructus, vel aliud commodum conceditur matri, in quibus terminis loquuntur au-
11 ctores in contrarium *citati num. 3. & in præcedenti cap. num. 30.*

Hanc sententiam in terminis Statuti consimilis
12 probat *Alciat. cons. 22. in fin. lib. 2.* vbi scribit nõ esse verisimile, quod statutum in illa generalitate voluerit intelligere de legitima; quàm conclusionem amplectitur *Tiraquel. de primog. qu. 55. num. 8. Menoch. cons. 551. num. 13. & 19.* & in indiuiduo probat *Bal. de præscrip. in 4. par. 4. par. princ. q. 23. num. 3. & 4. posito in tom. 17. tract. fol. 81.* atq; *Socin. Iun. cons. 67. n. 61. cum plurib. seq. sub num. 2.*

Quam conclusionem post *Socin. Senior. Alex. & Corne.* ibi citatos latissimè defendit *Cephal. d.*
13 *cons. 120. num. 2.* & ita iudicatum fuisse per Illustriss. Magistr. Redit. anno 1581. in causa vertente inter Fiscũ, & D. Io. Stefanum Corbettam,

bettam, atq; in Ven. Colleg. Mediol. testatur
Carpan. ad Statutum 198. num. 318. in fin. re-
probata Rolandi opinionem *in d. conf. 62. lib. 3.*
de qua sententia agit etiam *Bimius in conf. 139.
in fin. lib. 2.* concludendo in puncto huius *Statu-
ti 302.* quod cum matre admitti debeat Patruus
legitimatus ad successionem filij, & nepotes le-
gitimati, tanquam ad luctuosam filij hæredita-
tem, & quam sententiam approbauimus suprà
14 in *cap. 123. num. 62. lib. 2.*

Corroboratur firmata conclusio ea ratione, quod
sicuti in generali renuntiatione facta per ma-
trem, siuè filium non venit legitima, nisi de ea
15 specialis mentio facta fuerit *l. si quando §. &
generaliter, & ibi Ias. C. de inoff. testam. Angel. in
l. de his ff. de transac.* & probat idem *Ias. conf.
90. sub nu. 10. in fin. & num. 11. lib. 3. Gabriel.
com. opin. tit. de legit. concl. 8. num. 19. Surd. de
aliment. tit. 9. q. 15. nu. 4. Canagn. ad decretum
Montis ferati 33. §. 1. nu. 24. Peregr. tract. varij
lib. 6. nu. 46. vers. in legitima Polid. Ripa obseru.
234. n. 7. & obseru. 135. n. 2. & 5. Bimi. conf. 145. n.
59.* & post eos *Grat. lib. 2. discept. foren. c. 247. n.
32. cum plurib. seqq. & lib. 4. c. 637. n. 23.* ita
in generali dispositione statuti non contineri
legitimam dicendum est argumentum enim de
pacto ad statutum optimè procedere habetur
16 *per glos. in rubric. C. de decurion. lib. 10. & l. non
impossibile, vbi DD. ff. de pactis,* & probat *Alex.
17 conf. 22. in fin. lib. 2. & Rol. cit. conf. 62. num.
10. cum seq. lib. 3.* licet contrarium subijciat
num. 51.

Quamuis huiusmodi renuntiationi generali vbi
interuenisset iuramentum, tunc ad legitimam
18 se etiam extendere iuramentum probat *Ias. in
d. §. & generaliter, & in conf. 207. 7. col. 3. lib.
2.* & post multos alios tradit *Dec. conf. 80. &
conf. 89. atq; conf. 180.* cum alijs per multis,
quos refert, & sequitur *Trentacinquius lib. 1.
var. resol. tit. de legit. resol. 4. nu. 3.* post princi-
pium, & scribit *Menoch. conf. 71. 24.* vbi testa-
tur hanc opinionem esse ÆQVIOREM, & ma-
gis communem, ea ratione, quod iuramentum
dicitur habere vim specifici consensus, & spe-
cialis renuntiationis, quatenus specialis renun-
19 tiatio requireretur *Dec. conf. 404. per l. cum
Pater § filius matrem ff. de legat. 2.* & subijcit
idem *Trentacinq. l. c. nu. 3. vers. principalis con-
clusio in fine.*

Qui auctor deinde contrarium verius scribit *vers.
20 seq.* & distinguendo plures casus concludit, *in
vers. in secundo casu*, per simplicem renuntia-
tionem factam in iuramento hæreditati, & bo-
nis Patris, non dici renuntiatum legitimæ; cum
iuramentum non augeat obligationem, sed ei
tantum intra limites suos manenti addit reli-
21 gionis vinculum *arg. in l. Titius in fin. ff. ad Tre-
22 bel.* & voluit *Bald. in l. si procurator col. 3. vers.
& prædicta sunt vera ff. de condit. indeb.* & ideò
iuramentum sequitur naturam principalis
23 actus, super quo interponitur *l. vlt. & ibi Bart.
& cæteri C. de non numer. pecun.*

Quam sententiam principalem scilicet renuntia-
tionem generalem compræhendere legitimam
24 limitat *Trentacinq. d. res. 4. num. 9.* quando
huiusmodi renuntiatio nihil aliud potest signi-
ficare, siue continere, quam legitimæ renuntia-
tionem, quia sic legitimam compræhendere
probat ex *Socin. Iunio. conf. 136. nu. 17. cum seq.
lib. 1. Menoch. cit. conf. 71. nu. 23. & Rimin. conf.
57. nu. 11. lib. 2.*

Prout eadem conclusio confirmatur per com-
munem illam opinionem, quod, in generali
exclusione non venit quarta debita vxori ex
25 *Auth. Præterea C. vnde vir, & vxor,* nisi ex-
pressè fuerit facta mētio per Testatorē, siuè per
statutum, ita ferè in his terminis respondit *Si-
gnorel. conf. 231. Titius locuples,* & post eum
tradit *Gal. ad consuetud. Alex. in verb. solidis
q. 6. nu. 26.* atq; in terminis *statuti 296. & statu.
312. lib. 1.* probat *Raudens. consil. 40. num. 35.
36. & 52. lib. 2.* Dum enim statutum expresse
non prohibet deductionem quartæ debitæ vxo-
ri indotatæ, vel tenuissimam dotem habenti,
eam vxori deberi concludit auctor ipse præser-
26 tim ex *Pont. conf. 17. num. 45.* dicente, quod
hæc est successio legalis data a iure, quæ per
statutum non censetur sublata, nisi specialiter
27 hoc dictum fuerit per *Ripam in l. filius famil. §.
Diui. nu. 96. ff. de legat. 1.* quia iura limitatoria
sublata non censentur per leges municipales
28 idest per statuta, etiam in clausula *non obstanti-
bus legibus &c.* nec per alia verba generalia
29 *glo. in rubr. ff. de hæredit. quæ ab intest. in verb.
vacantibus,* & tradit *Roma. conf. 40. col. 3. visis,
& conf. 75. vt decisio col. pen. vers. secunda.*

Et eò fortius locum habet deducta conclusio, quia
statutum ipsum exemplificatur quoad reliquam
30 filij hæreditatem, legitima dempta; quoniam
vbi non obstaret statutum mater in totum suc-
cedere filio decedenti absq; filijs, & fratribus,
31 vel Agnatis iuxta *tex. in §. consequenter in
Auth. de hæred. ab intest. venien. & Instit. de
success. cognat. in princ. Corn. conf. 95. num. 22.
lib. 2. Alex. conf. 3. nu. 8. lib. 7. Crass. de success.
§. successio. ab intest. q. 22.* Etiam ad exclusio-
nem Aui paterni. *Auth. defuncto C. ad Tertul.* &
tradit *Corne. conf. 247. num. 2. lib. 3.* Ita vt satis
adimpleri dicitur statuti dispositio, quoad reli-
quam portionem hæreditatis, deducta legiti-
32 ma, vt perpendit *Raudens. cit. nu. 36. vers. ego
autem teneo.*

Quam principalem conclusionem amplectitur
*Boer. decis. 188. num. 6. Natta conf. 308. Mysin-
ger. obseru. 43. cent. 5. & obseru. 44. centur. 6.
Gail. obseru. 122.* & post alios late defendit
Tortus ad statu 94. nu. 26. in fin. & num. 28. qui
loquitur in his terminis con similis statuti, ea
ratione, quod statutum nunquam videtur legi-
timam auferre, nisi expressè de ea disponat ex
33 *Alex. conf. 7. nu. 20. lib. 2. Afflic. decis. 168.
nu. 3. & Ceph. cit. conf. 120. nu. 2. & conf. 178.
nu. 50. cum seq.* Non minus enim debetur legi-
34 tima Parentibus, ac filijs *l. nam si parentibus ff.*

de inoff. testam. suadente præsertim ÆQVITA-
TE vt inquit *Sessa decis. 26. num. 42.* Quippè
maiori ratione deberi parentibus legitimam,
35 suadet dispositio §. *aliud quoq; Auth. vt cum de*
appell. cognos. & Auth. in testamento C. ad Ter-
tul. quibus cauetur, quod Parentes, possunt
priuari legitima ex septem causis; Filij vero ex
quatuordecim, & sic difficilius priuantur pa-
rentes legima, quàm filij, vt obseruat *Tortus cit.*
nu. 27. & ante eum probauit *Bolognin. ad mate-*
silanum trac. de success. ab intestat. art. 2. nu. 5. in
fin. lib. 8. par. 1. tract. folio mihi 325.

Rursus confirmatur conclusio ea ratione, quod
statutum hoc dicitur odiosum, & iuris commu-
36 nis correctorium, vt probat in terminis *Dec.*
cons. 693. nu. 1. & 2. & cons. 466 Honded. cons.
2. nu. 35. lib. 2. & Tortus loc. rel. num. 7. quod
propterea restringendum venit, non autem
ampliandum ad legitimam; de qua nullum fa-
37 ctum est verbum, *Alex. cons. 16. lib. 1. Rubeus.*
cons. 45. in fin. Curt. Iun. cons. 9. quos sequitur
Cephal. cit. cons. 120. nu. 9. lib. 1. & Costa cons.
63. nu. 11. & in spetie probat *Menoch. præsent.*
39. nu. 21. & cons. 551. num. 9 cum seq. & cons.
958. nu. 2. concludendo huiusmodi statutum,
per quod mater priuari possit aduentitiorum
filij successione, strictè venit intelligendum, id
38 quod comprobatur per *Ludouis. decis. 495. nu.*
17. & ante eum scribit in terminis *Carpan. ad*
statutum 307. nu. 18. 19. lib. 1.

Quæ legitima matri debita, exclusa diceretur per
expressam pupillarem; si filius decessisset in
39 ætate pupillari, vt in terminis probat *Barbat.*
cons. 373. quem sequitur *Tortus ad alleg. statu.*
40 *95. nu. 3.* quamuis pro matre in dubio præsu-
mit lex, & omnem contrariam præsumptio-
nem, & quemlibet tacitum intellectum tollit,
vt post *Aug.* tradit *Dec. cons. 245. in fin.* quos
sequitur *Ludouis. allegat. decis. 495. num. 15. &*
Gratian. lib. 1. discep. foren. cap. 72. nu. 22. & 25.
& lib. 2. cap. 275. nu. 26. atq; lib. 4. cap. 668. nu.
2. item lib. 5. cap. 971. nu. 49.

Et si autem multi ex scribentibus tenent, quod
mater transiens ad secundas nuptias priuatur
41 legitima filij, sicut priuatur vsufructu, ex dis-
positione *statuti 303.* cum nubendo dicatur fa-
42 cere iniuriam viro *glo. in Auth. ex testamento*
C. de secund. nupt. Brun. tra. stat. famin. exclud.
artic. p. q. 2. & late examinat *Carpan. ad d. statu*
303. nu. 12. cum seq. Attamen contraria sen-
tentia verior videtur, nempè matrem non pri-
uari legitimà filij per transitum ad secundas
43 nuptias *tex. in l. fæmina in C. de secun. nup.* &
expressè scribit *Alex. cons. 211. nu. 1. lib. 7. &*
tradit *Bologn. ad matesil. in trac. de success. ab*
intest. ar. 2. nu. 3. & nu. 18. quos sequitur *Tort. ad*
cit. statu 95. nu. 35. & expressè scribit *Cauagno-*
lus ad d. decret. 74. nu. 2. & 9. cum seq. per tex-
tum in Auth. defuncto C. ad Senatus cons. Tertul.
& inquit *Costa in memorato cons. 83. num. 35.* id
quod in tertijs, & quatuor nuptijs locum habe-
44 re concludit *Matesil. cit. ar. 2. vbi Bologn. nu. 19.*
in fin. per glo. in rubr. C. de secund. nupt. in vers.
omnes vlteriores.

Vbi verò mater decessisset non agnita legitima
ex filij hæreditate sibi debita, nihilominus ad
45 illius hæredes, ex matris persona, deberetur,
pro vt deberetur quelibet alia pars loco legiti-
46 mæ per statutum prouisa *Anchar. cons. 421. nu.*
1. Bursat. cons. 114. nu. 2. Alex. cons. 150. nu.
8. lib. 2. & ibi Natta cons. 255. num. 4. Cravet.
cons. 142. nu. 2. & 3. & cons. 29. in fin. Surd. de-
cis. 206. num. 6. dicentes ad ius formatum in de-
functo transit ad hæredes, & post eos tradit
47 *Tort. loc. rel. nu. 41.*

Idem firmatur de dispositione *l. hac edictali*, cuius
benefitium per statutum exclusum non dicitur,
nisi expressè hoc dictum fuerit in statuto, vel
quod illud sit omnino incompatibile cum dicta
48 lege? *Rota decis. 432. nu. 3. par. p. diuers. & de-*
cis. 255. nu. 7. par. 4. in recent. Franch. decis. 435.
49 *nu. 20.* quos sequitur *Ludouis. decis. 173. nu. 13.*
Propterea eo magis exclusa dicitur legitima à
statuto cum maiori ratione ea debeatur, quàm
illa portio per dictam *l. hac edictali* statuta.

Cuius legitime portionem esse tertiam partem
totius hæreditatis filij, non tertiam tertiæ, vt
50 aliqui tradidere probat *Fabia. de Cochis. in repet.*
Auth. nouissima sub num. 42. vers. iudicis C. de
inoff. testam. & *Rube. in repet. l. Pater filium nu.*
79. & 113. cum seq. ff. de inoff. testam. Galia cons.
72. nu. 62. Randens. decis. Pisana 47. num. 16. &
Peregrin. decis. 138. nu. 48.

Et quatenus loco legitimæ matri debitæ succede-
ret vsusfructus per dictum statutum matri re-
51 seruatus, vt innuit *Carpan. ad idem statu. 302.*
nu. 45. (& si *nu. 47.* hæsitare videatur, dum
huiusmodi legitimam ad portionem matri de-
bitum tantùm reseruatam esse affirmat), & ad-
62 mittit *Bimius cons. 385. num. 14. cum plurib. seq.*
lib. 4. post *Menoch. cons. 207. nu. 2.* Vbi eo casu
prohiberetur mater legitimam petere; saltem
in eo vsufructu non posset defraudari, cui id-
circo integer vsufructus à statuto sibi reseruatus
omnino deberetur, & ita in principali conclu-
sione respondi superioribus annis pro DD. Bea-
trice Suarezia Terzaga mea consobrina, dùm
filius vnicus ex primo viro susceptus in pupil-
lari ætate decesserit, ipsa ad secundas nuptias
transacta, quamuis dicebatur extare substitu-
tionem pupillarem à Paterno Auito factam per
quam legitimæ detractio prohibita erat, quam
tamen substitutionem nunquam vidi, & ita ob-
seruari in foro Mediolanensi asserebatur per
causidicos, cuius respectu, pretensionem deser-
uit mater.

S V M M A R I A.

Iudex appellationis exequitur eius sententiam con-
firmantem primam nu. 1. 2. & 6.

Contrarium verius, cum hac executio spectet ad Iudi-
cem primum nu. 3. 4. & 5. Ita obseruari in Domi-
nio Mediol. nu. 7.

Iudex

Iudex non requisitus non tenetur exequi sententiam nu. 9. nec cogi potest ad eam exequendam nu. 10.
Distinctio inter Iudicem secundum, qui non cognoscit de meritis causa, & eum, qui de ijs cognoscit nu. 11. & 12.
Appellans tenetur petere Iudicem appellationis à Magistratu superiore illius ciuitatis, in quo fuit iudicatum nu. 13. 14.
Appellatio committitur I. C. de Colleg. illius ciuitatis, in qua fuit factum iudicium, licet accidentaliter lata fuerit sententia in alio loco nu. 15. Senat. Iuditium in ea materia nu. 17.
Sententia lata in aliena territorio subycitur nullitati num. 16.

Sententiarum executio spectat ad Iudicem, qui primò iudicauit, Non autem ad Iudicem appellationis.

CAP. CCLXXIX.


Ppellationis Iudicem, qui primam
sententiam confirmauit eam exe-
qui debere dicendum videtur *Auth.
si quis litigantium C. de pet. audien-
tia*, cum agatur ex sententia con-
1 firmante, non ex confirmata *glos. in l. furti §. 1.*
2 *vers. prouocationis ff. de infam. & in l. chirografis
glos. penul. ff. de adminis. tut.* ac notat *Bart. in l.
à Diuo Pio ff. de re iudic.* Quam sententiam com-
muniter approbari post multos per eum rela-
tos scribit *Asin. in eius praxi §. 31. cap. 7. Gutier.
practic. quaest. lib. 1. cap. 7.* quem sequitur *Vin-
cent. de Franch. decis.* 335. hoc idem probat
*Cartar. decis. 10. & Cenal. commu. contra comm.
q. 617.* Quam sententiam ante eos firmauit
*Pract. Papien. in forma sententia appellationis, in
Verb. de causis num. 3. & Misinger. obseruat. 94.
centur. 4.* & latè scribit *Rebuff. ad constit. Regni
tit. de senten. exquntiua art. 7. glos. 9. num. 5.*
Et hanc opinionem multis fundamentis, & ratio-
nibus comprobat *Gratian. lib. discept foren. cap.
406. à num. 34. vsq; ad finem* plures casus distin-
guendo.
Contrarium tamen de ÆQVITATE verius est,
nempè executionem sententæ primo Iudici esse
3 attribuendam; vt post *Hostiens. tradit. Io. Andr.
ad specul. tit. de execution. sententia §. 2. in addit.
incipiente Plenius de hoc scripsi, Bursat. cons. 145.
num. 18. lib. 2.*
Hanc opinionem comprobat *glos. in c. cum in Ec-
clesia in Verb. alioquin. de appell.* & sequitur *Fe-
lin. in c. Pastoralis §. praterea num. 14. vers. se-
cunda conclusio, vbi Abb. num. 6. in fin. de offic.
deleg.* vbi hanc conclusionem ÆQVAM esse
scribit.
Quam conclusionem ÆQVISSIMAM esse tradit
4 *Cancer. var. resolut. cap. 17. num. 369. cum seq.
de sent. & earum execut. lib. 3.* subijciendo, ex *Io.
Andrea*, quod sicuti primò Iudici competebat
executio, si non fuisset à sententia appellatum;
ita confirmata sententia, & declarata iniusta
appellatione, ÆQVVM est, vt tanquam ces-
sante impedimento, executio reuertatur ad ip-
sum primum Iudicem.
Et ità practicari in Catalonia testatur *Cancer. loc.
5 cit. num. 370.* si verò sententia primò loco lata
reuocata esset à Iudice appellationis, ad ipsum
secundum Iudicem spectare executionem tra-
6 dit *Cenal. relat. q. 617. num. 9.* & probat *Scap.
tract. de iure non scripto lib. 3. rubr. 12. cap. 91.
& Gutier. practicarum q. q. lib. 1. cit. qu. 97.
numer. 5.*
In hoc Mediolani Dominio idem obseruatur, dum
sententiæ per *Nou. Constit. in tit. de appellat.*
7 conformes executioni mittuntur per primum
Iudicem; qui dicitur ordinarius, & ita etiam ca-
8 uetur per *Statutum Mediol. 158. lib. 1.* quo dis-
ponitur sententias delegatorum, & arbitra-
mēta siuè lauda executioni mittuntur per Iudi-
cem Ordinarium, vbi *Carpan. num. 6.* Si tamen
Iudex non esset requisitus, non tenetur exequi
9 sententiam, vt post *Asin. cit. §. 31. cap. 2. li-
mit. 12.* probat *Carpan. ad allegat. Statut. 158.
num. 10. & 11.*
Quinimò non posse cogi Iudicem appellationis ad
exquendam eius sententiam confirmatoriam
10 primæ tradit *Boer. in suo singul. in verb. & Bra-
chij num. 2.* quem sequitur *Cargan. ad cit. Statut.
158. num. 28.* cum declarationibus per *Boer.
allegatis.*
Distinguit tamen *Rebuff. in cit. glos. 9. num. 6. de
sent. execut.* inter casum, in quo Iudex appella-
tionis non cognouit de causa, & tunc executio-
nem hanc spectare ad primum Iudicē, vt si ap-
pellatio deserta remansisset, quia tunc habetur,
11 ac si non esset appellatum *l. 1. §. illud C. de
tempor. appell.* Si verò cognouit, ad ipsum Iudi-
cem appellationis pertinere infert.
Cui verò spectet appellationis comissio, quando
Iudex Ordinarius appellationis à Prætore, vel
alio Superiore Magistratu illius Ciuitatis, vel
Terræ, vbi primò fuit iudicatum; qui Magi-
stratus, siuè Prætor statim teneatur omnibus
iuris remedijs cogere partes ad dandum confi-
dentes de Colleg. D. D. Iuris peritorum illius
Ciuitatis, in qua, vel cuius Territorio iudica-
tū fuerit, cui comittatur appellatio; Qua de re
comissio fienda esse videretur iuris peritis de
Collegio Ciuitatis, in qua, vel in eius Territo-
rio lata est sententia, si constitutionis verba at-
tendenda sunt, non autem Iurisperitiæ de Col-
legio illius Ciuitatis, in qua Prætor, aut Magi-
stratus erat is, qui iudicauit.
Verum contrarium verius esse videtur, vt comis-
15 sio Iurisperitis de Collegio fiat illis Iurisperitis
de Ciuitate, in qua iudicatum pendebat, & causa
principalis agebatur, *Io. Andre. in c. Statutum
col. 3. de rescrip. in 6.* & probat *Roman. cons. 265.*
16 *Afflic. decis. 51.* præsertim cum vitio nullitatis
carere non diceretur sententia per Prætorem
lata in aliena iurisdictione *c. consuluit. de offic.
deleg.*

deleg. & l. ficnt proponis la 2. C. quomod. & quand. latè scribit *Vant. de nullit. ex deffectu processus num 80. cum seq. plurim.* & probat *Rebuff. de sententia execut. par. 1. glos. 12. num. 4. qui art. 6. glos. 4. num. 2. pag. 251.*

Et ità censuit Sen. Excellentiss. mense Augusti 1563. in causa vertente inter D.D. Sorores Fi-
57 lias D. Renati Triultij, & D. Benedictum de Salernis Ciuitate Cremonæ coram Amplissimo Senatore Prætore, qui deinde tulit sententiam in hac Ciuitate Mediolani, a qua tùm appelasset Salernus, contra dictas Sorores Triultiæ, vt ea comitteretur Iurispesito ex Coll. Mediolani, contrarium prætendente Salerno cuius fauore censuit Senat. causam comittendam in Ciuitate Cremonæ vni ex Iurisperitis illius Collegij, de quo Senatus consulto post hæc scripta repesi meminisse *Ruginel. de Appelat. §. 6. glos. 3. vbi citat ad hoc Romanum cons. 265. & Decis. nu. p. pract. 51.*

Sed non exponit tempus decisionis Senatus.

SVMMARIA.

Comitia Reipublicæ necessario sunt num. 1. & 2.

Comertia antiquitus per cambium fiebant, cum non fuissent adhuc inuenta pecunia num. 3. & 4.

Pecunia inuenta fecit pro comodiori comertio num. 5.

Cambij contractus multis gaudet priuilegijs n. 6. & 7.

Scriptura priuata non habet hypotecam, nisi à die facta recognitionis num. 8.

Cambij literæ habent hypotecam ex priuilegio Nouar. Constit. 9. *& habent vim publ. et instrumenti n. 10.*

Instrumenta publica non habent executionem paratam num. 11. Contrarium verius num. 12. 16.

Executiuè procedere est, manu Regia procedere num. 13. decisio Rotæ in causa literarum cambij num. 14.

Appellatio non datur à sententia lata pro literis cambij, saltem in suspensiuo num. 15.

Cambij literæ habent vim, & executionem sententiæ num. 16.

Cameralem obligationem habens procedit non obseruato ordine Iudicij num. 17. & variat n. 18.

Decisio Senatus in ea materia num. 19. Io. Bragberij Senatori mentio honorifica num. 20.

Debiti origo in iudicij attendenda num. 21.

Cambij fauor respicit eum, qui cambia dedit, non scribentem, neque acceptantem num. 22.

Mercatoris priuilegio non gaudet, qui mercaturam non exercet num. 23.

Mercator dicitur ex pluribus actibus non vnico tantùm num. 24.

Mercatura exercetur super omnibus rebus mobilibus num. 25.

Mercaturæ, siuè negotiationis sub nomine venit omne lucrum proueniens ex venditione, & emptione, locatione, & conductione num. 26. 27.

Vendens triticum, Vinum, & fructus similes, ex proprijs bonis recollectos non dicitur exercere mercaturam num. 28. neque tenetur ad onera mercatoribus imposita num. 29.

Mercatores conueniri possunt ex causa negotiationis non solum, vbi habitant, sed etiam, vbi tabernas habent, seù officinas, aut factorem num. 30.

Limitatur quando officina ibi posita fuisset tempore nundinarum num. 31.

Mercator, qui negotiandam habuit, si damnum patiatur per casum fortuitum debet id notificare creditori intra annum, aliter non auditur num. 32.

Personale priuilegium non admittitur in causa cambiorum, vel mercatura, ad præiuditium creditoris num. 33.

Decisio Senatus in ea materia num. 34. Io. Bragberij Senatoris mentio num. 35.

Executiuè proceditur, vbi in contractu interuenit obligatio in forma Cameræ num. 36.

Creditor, qui gaudet beneficio pacti Cameralis potest ad libitum variare in iudicio, donec cum effectu sibi sit satisfactum num. 37. 41. 42 & 44.

In executiuis potest creditor adire diuersos Iudices num. 38. & 39.

Debitor non soluens dicitur esse in dolo num. 40.

Debitor cambij potest conueniri, vbi reperitur n. 43.

Roma patria communis num. 43.

Forum quis sortitur ratione originis, domicilij, rei sitæ, contractus, & delicti num. 45. & ratione loci, in quo reperitur num. 46.

Executores Camerales in Dominio Mediolani sunt Iudices competentes, quando obligatio concepta fuit in forma Cameræ, & debitor reperitur Mediolani num. 47 si vero pactum fuit à Senatu confirmatum competentes sunt etiam si debitor alibi reperitur, num. 49 decisio Senatus in ea re num. 50.

Pacti Cameralis confirmatio fieri debet intra triennium num. 48.

Papirij Cattanę Senatoris mentio num. 51.

Vsurarius contractus dicitur cambij contractus à priuato factus num. 52.

Cambium non potest exerceri per priuatam personam num. 53. & 68.

Contrarium fuit iudicatum per Excellentiss. Senatum num. 67. & 75.

Veritas immutatur per nostrum negare, & affirmare num. 54.

Miles prohibetur negotiari numer. 55. item Clericus numer. 56.

Cambiorum vtilitas magna permittitur propter pericula, ad quæ pecunia subijcitur num. 57.

Mercator, vt gaudeat priuilegio debet esse matriculatus num. 58.

Mercatorum Mediolani Statuta certum interesse statuunt fauore mercatorum num. 59.

Lucrum ex persona alterius consequi quis non debet, quod ex persona propria prohibetur num. 60. 61.

Cambium palliatum prohibet Summus Pontifex num. 62. & 63.

In sortem computatur, quod solutum est ratione cambij minimè debiti num. 64.

Calculus à creditore exhibitus probat solutiones in eo contentas num. 65.

Interesse rationabile permittitur ratione cambij, si tantundem priuata persona consequta esset ex bonis emptor cum pecunia ad cambium data n. 66.

Cambia in eadem summa consequi nequit priuata per-

sona

sona prout negotiator num. 69. 70. & 71.
Interesse in rationem quinque pro centenario moderatum, & licitum dicitur num. 72.
Iurisdictio Abbatum mercatorum Mediolan. locum habet, quando agitur de negotiatione nu. 73.
Abbates mercatorum obseruare debent eorum statuta num. 74.

Litteræ Cambij, an habeant executionem paratam, & hypotecam.

CAP. CCLXXX.

QVemadmodum comertia necessaria, & vtilia sunt humano generi
2 *l. 2. ff. de nundinis*, & exponit *Bald. in rubric. extra de cleric. Peregr.* dicens, mercaturam esse amicam populis, quia mundus non potest sine mercatoribus viuere, quibus Princeps sæpissimè plures tribuunt immunitates, & exemptiones quem
2 sequitur *Menoch. cons. 9. num. 1. & 2.* id, quod antea obseruauerat Plato in institutione Reipub. de quo *Titus Liuius num. 23.* & antiquitus per cambium communicabatur comertium, dum quod vni superabundabat, alteri defficie-
3 bat, vt testatur *Aristot. in 9. politicor.* de quo post alios *Carot. de cambijs in prælud. pag. 211. in fin.* sed vt facilius permutationum æqualitas
4 seruaretur inter contrahentes iuxta *l. 1. ff. de contrah. empti.* facta fuit pecunia aurea, argentea, & ænea, vt ea esset omnium rerum estima-
5 tio *l. si ita ff. de fideius.* Ita multis priuilegijs gaudere cambij contractum, hominum comer-
6 tium respicientem certum est; cuius respectu Imper. Alexander Seuerus mercatoribus, Negotiatoribus, vt Romam facilius irent vacationem munerum dedit, vt ex *Comprid.* tradit *Pe-*
7 *trus Gregorius lib. 3. syntag. iur. cap. 9. num. 25.* fuisse priuilegia immunitatis concessa, huiusmodi mercatoribus per Reges Franciæ.
Hinc est, quod licet priuatæ scripturæ non habeant hypotecam saltem nisi à die factæ reco-
8 gnitionis *glo. in §. item seruiana in verbo pignus Instit. de actionib.* vbi amplè *Ias. Gutier. pract. quæst. lib. 5. nu. 6. Laurent. decis. 146. nu. 1. & 4.* & tradit *Amit. Roderic. de concur. credit. par. 2. ar. 1. nu. 13.* Attamen litteras cambij habere hypotecam nullum dubium est, vt tradit *Gratian. cap. 64. nu. 13. & cap. 569. nu. 25. lib. 3. et 2 discep. foren.* & cauetur per *Nou. Constit.* in hoc Dominio *tit. de offi. Abbatum, & consulis mer-*
9 *catorum cap. quotiescunq; §.* eo amplius; & scribit *Genua de scriptur. priuat. lib. 3. tit. de cambijs q. 2. nu. 7. pag. 157.*
Cambiorum etenim litteræ sunt ad instar publici
10 instrumenti, vt inquit *Card. Zabar. cons. 153. in princ.* & sequitur *Rota Genuen. 2. nu. 9.* ac tradit *Card. Tuscus concl. 13. nu. 1. litera C. atq; conclusion. 362. nu. 2. litera L.*

Quæ publica instrumenta executionem paratam
11 minimè habere cauetur per *l. minor. 25. annis ff. de minor.* & tradunt scribentes in *l. Diuo Pio §. sententiam ff. de re iudic. Fabi. de Anna. cons. 82. & Franch. decis. 118. nu. 5.* & post eum *Hended. cons. 29. nu. 35. lib. 2. & Gratian. lib. 1. discept. foren. cap. 146. nu. 44.*
De ÆQVITATE tamen executionem paratam
12 habere litteras cambij dicendum est, cum summariè de ijs cognoscatur, & de debito cambiali iudicatur, vt si in instrumento guarentigiato contineretur, vt probat *Ias. in §. in personam Instit. de actionib.* Et executiuè procedere intel-
13 ligitur manu Regia, vt inquit *Bart. in Extrauag. ad reprimendum vers. & figura in fin.* Quam conclusionem comprobat *Genua de scrip. priuat. lib. 3. tit. de litter. cambij q. 4. nu. 7.*
14 Hanc conclusionem amplectitur *Bal. cons. 348. nu. 4. lib. 1.* & Rota, quæ in facti contingentia sic iudicauit die 11. Maij & die 2. Iunij 1595. & ante, die 12. Februarij 1580. vt testatur *Gratian. cit. cap. 64. nu. 13. & lib. 3. cap. 569. nu. 25. & 27.* concludendi, quod litteræ cambij habentur pro instrumentis publicis, & sententijs transactis in iudicatum, id quod etiam repetit *in cap. 884. nu. 1. lib. 4.*
A sententia enim lata pro litteris cambij non da-
15 tur appellatio, vt inquit *Socin. Iun. cons. 138. nu. 8. Boer. cons. 23. nu. 12. lib. 3. Ruginel. de Appell. §. 2. cap. 3. nu. 93. Cauac. de cambijs tit. de litter. vers. quæro an detur appellatio pag. 225. & post eos Genua. tit. q. 4. nu. 4.* ea præcipuè ratione; quod litteræ cambij habent vim, & effectum sententiæ, & rei iudicatæ, quæ sicuti habent executionem paratam, ita & litteræ cam-
16 bij *glo. in l. fin. C. de vsu rei iudic.* & inquit *Berous cons. 33. nu. 12. lib. 3. Honded. cit. cons. 29. nu. 7. lib. 2. Mastril. decis. 9. num. 7. par. 1. Crottus cons. 190. nu. 25. 26. & Cauac. l. c. vers. quæro an littera, &*
17 *tit. de exeut. pag. 239.* & post eos *Genua cit. q. 4. nu. 15.* & in illis subintelligitur cameralis obligatio, cuius virtute non attenditur vllus ordo in iudicijs, sed creditor potest pro suo arbitrio agere, & elligere, quam malit viam pro satisfa-
18 ctione sui crediti tantopere priuilegiati, *Surd. decis. 44. nu. 17. 18. cum seq. Galesius de forma Cameralis obligat. par. 2. q. 3. fol. mihi 38.* & am-
19 plè tradit *Costa de re subsid. 11. nu. 7. & 8.* & ita censuit Senat. Excellentiss. die 17. Martij 1653. Referente Ampliss. D. meo Senator. Bragherio,
20 dum Dralli filius Patris Procurator rogauerat Martham amicum, vt pecunias ad cambium reciperet, & sibi eas traderet, quia capitale ipsum cum cambijs, & recambijs restituisset, prout accepit Martha, & Drallo consignaret, Conuentus Martha à Glussano creditore illi satisfacere coactus fuit, mox Drallum coram Abbat. mercatorum conuenerat, vt solutam pecuniam in causa cambiorum recuperaret, qui Drallus forum Abbatum declinauerat eo sub prætextu, quod pecunias ad cambium non reciperet à Glussano; verum Senat. Eccell. ori-
ginem

21 ginem debiti attendendum esse existimauit, &
executiuè agendum censuit coram D. Abbati
reiiciendo declinatoriam.

Cuius viæ executiuæ fauor respicit eum, qui cam-
bium dedit non respectu scribentis, vel accep-
22 tantis, vt probat *Decian. conf. 109. nu. 13. lib. 2.*
& sequitur *Mastril. all. decis. 9. nu. 5. vbi nu. 7.* te-
statur ita iudicatum fuisse per Sacr. Consisto-
rium.

Priuilegijs verò mercatoribus concessis vt quis
gaudeat, tenetur exercere mercaturæ artem,
23 aliter incapax eorum efficitur *l. scriniarios C. de
milit. testam. Menoch. conf. 408. nu. 6.* & tradit
*Rebuf. in tract. de mercat. minut. vendit. ar. 1.
24 glo. 1. num. 5. vbi num. 10.* subijcit, mercato-
rem dici ex pluribus actibus, non vnico actu
tantùm.

Et si verò mercatura, siuè negotiatio exercetur
25 super omnibus rebus mobilibus *l. si in emptione
§. omnem ff. de contrah. empt.* & inquit *Stracca
de mercat. par. 4. tit. de rebus, in quibus merci-
mon. exerc. num. 1. fol. 66.* sub cuius nomine, &
sub nomine negotiationis venire omne lucrum
proueniens ex mercatura, venditione scilicet,
emptione, locatione, & conductione cauetur
26 per *l. coire. & l. quæsitus ff. pro socio*, & scribit
*Hector Felician. trac. de Societ. cap. 13. nu. 5. &
7.* & sic negotiatio siuè mercatura dicitur exer-
ceri per conductorem salinarum, siue eorum
vestigalis, & publicorum vectigalium, vt in-
27 quit *Stracca d. tract. de rebus in quibus nu. 30. fol.
71. & sub nu. 37. vers. prima est; & nu. 38. vers.
tertiam speciem fol. 73. Caball. Resolut. crimin. li-
bro p. casu 99. nu. 91.*

Non tamen dicitur quis exercere mercaturam,
28 siuè mercimonium, si vendit vinum, frumen-
tum, fenum, & similia ex proprijs prædijs, aut
ex beneffitio siuè Abbatia recollecta; Idcirco
neq; tenentur venditores ad ea, quæ imposita
29 sunt mercatoribus, vt probat *Rebuff. ad constit.
Regni. titu l. de mercat. art. vltima glos. vnica
num. 23.*

Qui mercatores ibi conueniri possunt, vbi taber-
næ habent, seù officinas, vel factorem, quia
ibi libros habere debent suorum rationum *l.
30 hæres absens §. proinde vers. at si aliquis ff. de iu-
dit.* & probat *Rebuff. d. trac. de mercat. ar. vlt.
glo. vnica nu. 20.* Quam conclusionem *Rebuff.
31 ibidem* limitat, si officina fuit ibidem posita, &
aperta tempore nundinarum, quia tunc nec
conueniri, nec correstari possunt ex priuilegio
nondinis concessis *l. 1. C. de nundinis.*

Is verò mercator, qui pecunias ab aliquo recepit
ad lucrum, & damnum, si per casum fortuitum
patiatur damnum, illud intra annum anontiare,
siuè notificare debet creditori, siuè socio, alio-
32 quin post annum non auditur *Bart. in l. 2. C. de
naufr. lib. 11. Roman. singul. 120. Angel. conf.
90.* incipit *Pro decis. col. 2.* & probat *Rebuff. d.
tit. de mercat. glo. vnica ar. vlt. nu. 19.* quos sequi-
tur *Bello. de his quæ in contract. fiunt cap. 119.
nu. 5. lib. 1.*

Neq; admittitur in materia cambiorum, vel mer-
33 caturæ aliquod personale priuilegium debito-
ri competens, vt forum Abbatum mercatorum
declinet; Quia huiusmodi materia adeò priui-
legiata non subiacent regulis ordinarijs *Gra-
tian. discep. foren. 421. nu. 25. cum seq. lib. 3.* sed
executiuè, vt dictum est in ea proceditur, sola
facti veritate inspecta; & de ÆQVITATE, vt
in foro mercatorum conuenire, *Menoch. conf.
682. nu. 14.* & dictum fuit supra *in cap. 6. nu. 11.
lib. 1.* Huius intuitu, cum in facti contingentia
quidam mercator Venetus conuenisset coram
Abb. mercatorum B. Ferrarium mercatorem
serici pro summa aureorum quinq; milla ex
causa prætij tot mertium, declinatoriamq; op-
posuisset Ferrarius debitor attento priuilegio
muneris, quod habebat in officio cuniendi mo-
netas eximentes illius officiales à Iurisdictione,
34 cuius ius Iudicis concesso ante editionem *No-
uar. Constit.* ex quibus data fuit Iurisdictio d.
Abbatibus; Senat. Excell. Referente eodem
Amplifs. D. Senat. Bragherio die 17. Martij
35 1653. censuit Abb. procedere debere ad expe-
ditionem causæ non attento allegato priui-
legio.

Cæterum, quia passim in contractibus adhibetur
obligatio pacti in forma Cameræ, in ijs proce-
ditur semper executiuè, & summariè sola facti
veritate inspecta, & velo leuato, quod signifi-
36 cat summariè *l. de submersis C. de naufrag. lib. 11.
Ferrar. in sua prax. tit. in forma libel. in actio.
real. in verb. summariè col. penult.* & scribit *Re-
buff. ad Constit. Regni cit. titul. de sentent. execut.
art. 9. glos. 2. nu. 2. cum plurib. seq. vsq; ad nu. 12.*
Creditor, qui huiusmodi pacti benefitio gaudet,
potest ad libitum variare, donec in effectu sibi
sit satisfactum, modo vnam viam, modo aliam
37 eligendo *tex. in l. 1. C. etiam ob chirografariam
pecun. & l. edita C. de edendo*, ac docet *Bart. in
l. consentaneum num. 17. C. quomodo, & quando
Iudex Angel. in l. qui restituere ff. de rei vendit.*
& amplissimè tradit *Ias. conf. 9. nu. 4. vers. & in
executionis cum seq. num. lib. p.* dicens, quod in
38 executionis quis non prohibetur adire diuer-
sos Iudices, donec realem satisfactionem con-
sequatur, cum adepta possessione bonorum de-
bitoris possit etiam illum carcerari facere *arg. c.
39 fin. extra de eo qui mittitur in possess. causa rei
seru. lib. 6.* Quam conclusionem continere me-
ram veritatem, sicuti Euangelium, scribit ibi-
dem *Ias. in fin. nu. 41.* qui neq; obstare litis pen-
[illegible] subiicit *nu. 42. ex Gemin. in d. cap. de eo
qui mittitur, & Innoc. in §. in literis de offic. deleg.
num. vero 43.* inquit *Ias.* quod imputari debet
debitori, qui videt remedia executiua, & per-
tinaciter non soluit, in dolo enim extare debi-
40 torem non soluentem habetur in *l. si quis secu-
tas C. de exercit. acti. & in Auth. contra qui pro-
prium C. de non numer. pecun.* & probat *Guido
Papa decis. 97.* quem sequitur *Rebuff. tit. de lit-
ter. dilat. ar. 1. glo. 1. sub num. 19.* & post eos
tradit *Gema de script. priuil. [illegible] lib. 3. tit. de cam-*

bijs

bijs q. 6. num. 8. in fin., & *Ruginel. pract. quaest. cap. 47. nu. 7.*
Hanc principalem conclusionem amplectitur *Alba. cons. 220. sub nu. 8. vers. Socin. cons.* idem *Rebuff. de execut. sentent. art. 9. glo. 2. num. 16. pag. 235. Bursat. cons. 428. nu. 32. lib. 4. Beroue cons. 107. nu. 2. lib. 3. Natta cons. 496. nu. 18. Surd. decis. 44. nu. 17. cum duob. seq. Maresc. lib. 1. var. resol. cap. 33. num. 7. cum seq. Costa remed. subsid. 25. nu. 9. Senat. Bellon. trac. de his, quae in contin. fiunt cap. 143. nu. 1. cum seq. lib. 1.* & comprobat *Thesaur. Inn. qq. famil. 7. per totum lib. 1.*
Quam opinionem etiam sequitur *Farin. cons. 57. nu. 12. Scaçia trac. crim. cap. 6. par. 11* & idem
41 *Costa remed. subsid. 11. nu. 8.* & vbiq; locorum posse conueniri debitorem morosum ibi repertum habetur *in l. cum qui, vbi Bart. ff. de iudic. & in l. 1. vbi scrib. ff. quod certo loco, & in c. dilecti atq; in c. Romana §. contrahentes, & §. praeced. vbi glo. de foro compet. lib. 6.* vbi habetur, quod si debitor haberet domicilium in loco contractus, adhuc esset in facultate creditoris, in quo loco velit illum conuenire, non autem in dicto loco contractus, an verò in loco in quo
42 fuit repertus *l. haeres absens §. fin. ff. de Iudic. Bart. in l. consentaneum C. quomodo, & quando Iudex Maranta in eius speculo par. 4. dist. 9. num. 215. pag. mihi 173.* & latè tradit *Cartar. decis. 305. nu. 6. & decis. 161. nu. 7. & Rota Genuen. decis. 104. sub nu. 7. vers. Nec ex*, vbi habetur, quod debitor Cambij potest conueniri, vbi reperitur, vel in loco destinatae solutionis, & hoc AEQVVM esse scribit ipse Auctor, quemadmodum quilibet debitor Romae repertus, & citatus forum declinare nequit, quia Roma dicitur
43 communis patria *l. Roma communis ff. ad municip. & l. sed & probari §. fin. ff. de excus. tut.* & probat *Antonius scapia de iur. non scripto lib. 2. cap. 8. nu. 2.*
Idem concludit *Galessius de oblig. cameral. par. 3. q. 2. nu. 7. pag. 49.* dicens, quod creditor cum obligatione camerae, potest omisso iudicio ordinario iam caepto intentare executiuam viam
44 *Zenin. cautio. 103. num. 4. cum seq. & Gratian. lib. 3. discept. forens. cap. 593. nu. 7. & 8.* quia forum quis sortitur non solùm propter originem ob rem sitam. Domicilium, contractum,
45 & delictum, vt per *Bost. de for. competen. n. 73.* probat *Senat. Bellon. de incontin. cap. 48. nu. 1. lib. 2.* sed etiam ratione loci, in quo reperitur
46 *Borell. in summ. decisionum tit. 43. num. 48. & Franc. Marc. quaest. 400. cum seq. par. 1. & q. 244. par. 2. & Surd. cons. 106. nu. 16.*
Hinc emanauit obseruantia in hoc Dominio Me-
47 diolani, quod executiones Camerales reputantur Iudices competentes, si Mediolani reperitur debitor obligatus ex pacto Camerae scilicet
48 à Senat. Excellentiss. non approbat, Si verò approbatum fuit pactum, quod infra triennium fieri debet, nisi aliter fuerit conuentum, tunc etiam non repertus talis debitor rectè conueni-
tur coram ipsis executoribus in toto Mediolani
49 Dominio, vt ample probat *Senat. Bellon. recent. cap. 48. num. 4. & 5. lib. 2.* qui testatur ità con-
50 fuisse Senat. Excellentiss. die 18. Maij 1620. referente Amplissimo Senatore Cattaneo.
Et quia alias materia hec cambialis fuit trutinata, praesertim respectu personae priuatae, cum illi
51 competeret priuilegium Cambiale, non ab re existimauimus iuris allegationes in ea causa deductas hic inserrere.

PRO

D. D. Ioanne Garzia del Hoyo

In causa litterarum Cambij subscriptarum D. Cap. Palomero.

PEcuniae contentae in litteris Cambij, subscriptae per D. Garziam fauore Cap. Palomeri, mutuum continere dicuntur, etiamsi sub nomine Cambij solutas illas fuisse expressum fuit, cum D. Palomerus non sit Camptor, nec negotiator descriptus, quo stante vsurarius, & fene-
52 ratitius contractus dicitur, dum interesse in rationem decem pro centenario fuit conuentum, & solutum *Alex. cons. 141. lib. 5. scrib. in l. vnica C. de sent. pro eo quod interest*, quos seq. *Rota Genuens. decis. 68. num. 5. in fine, & num. 6. Salon. de contr. qu. 3. art. p. col. 3.* & post multos alios per eum relatos probat *Duardus de Cambijs qu. 14. num. pr. cum tribus seq;* concludendo, quod persona priuata non potest cambire, quia pecuniam dare cum pacto aliquid
53 recipiendi vltrà sortem vsura est, quoquo nomine contractus initus nuncupetur *cap. plerumq; & cap. seq. 14. qu. 3. Bal. in l. rogasti in fine, & ibi Castrens. num. 5. C. si certum petatur. Couarru. var. resol. lib. 3. cap. 2. sub num. 5. Menoch. cons. 109. num. 8. & in tr. de praesumpt. lib. 3. praesumpt. 123. num. 3.* ac nouissimè tradit *Leonard. Duard. de cambijs qu. 8. num. 8.*
Simulatè enim dictum fuit pecunias traditas esse ad cambium cum D. Palomerus non sit Camptor, vt notorium est, neque attenditur quibus verbis vsi fuerint contrahentes, quia consideratur quid actum, non quid dictum sit, cum per nostrum negare, vel affirmare veritas non
54 mutetur *l. cura falsa C. de iuris, & facti ignor.* & copiosè scribit *Menoch. alla praesumpt. 123. num. 9. Rimin. Iun. cons. 218. num. 591. & Duardus cit. qu. 8. num. 47. cum seq.*
Ex eo fortiùs contractus, praedictus illicitus dicitur, quia D. Cap. Palomerus est miles, cui ne-
55 gotiari peribetur per *tex. in l. milites C. locati, & l. p. C. negotiator ne milit. lib. 12.* & tradit *Rebuff. ad Constit. d. consil. Regni lib. 2. tit. de mercator. & negotiat. in rubr. vers. Tertio, mercari prohibetur*, & prohiberi etiam Clericis habetur *in rub. ne Clericis aut Monachi negoc. secul. se immis.*

& in cap. Canonum 14. *q.* 4. acſcribit *Rebuff. loco*
cit. var. quibus mercari.

Quibus Campſoribus permittitur exactio cambio-
rum, cum alijs Priuilegijs propter pericula, ad
57 quæ eius pecunia ſubijcitur *l. ſemper §. negotia-*
tores ff. de iure immun. & tradit *Rebuff. loco cit.*
tit. de mercat. minutim vendent. gloſ. p. num. 9.
Ad quam obtinendam prærogatiuam, ſe deſcri-
bi in matricula Mercatorum curant negotia-
tores, & Campſores, aliter Priuilegijs minimè
gauderent, vt per *d. l. ſemper §. hoc circa, & §.*
hoc idcircò ſcribit Rebuff. loco citata numer. 4. &
tradit *Caiet. de cambijs cap. p. num.* 5. 6. *&* 7. *Sa-*
lon. all. qu. 3. *art. p. col.* 3. *verſ.*

Et in quolibet negotiatore prouidit ſtatutum
Mercatore *tit. de iuriſd. Abb. fol.* 9. & quo caſu
59 debitor teneatur ad damna, & intereſſe *fol.* 12.
dum diſponitur Mercatoribus, & negotiatori-
bus matriculatis deberi intereſſe in rationem
decem pro centenario a debitoribus moroſis.

Valdè etenim differt, vt quis det pecuniam alicui
Mercatori negotiandam, Et vt det perſonæ pri-
uatæ, quæ in negotiatione pecuniam minimè
poſuit; Quia primò caſu ex perſona alterius lu-
crum conſequitur, quod ex perſona propria ha-
60 bere nequit *l. ſi immunem ff. quemad. ſeru. amit.*
vbi Iaſ. & Dec. num. 5. *& l. ſi emancipati C. de*
co . . . de mercat. par. p. num. 41. quos
ſequitur *Randenſ. de Lucris propter pecun. num.*
110. Secundò verò caſu lucrum illicitum dice-
retur, quia de pecunia, vel ex pecunia non
propter pecuniam illud perciperetur, & ſic fæ-
nus, & vſura committeretur, vt poſt alios tradit
Felin. in cap. tranſlata col. 3. *de conſtitut.* quem
ſequitur *Randenſ. loco citata num.* 101. *cum ſeq.*
& num. 139. *&* 141.

Quos contractus cambij paleati, & ſicci, fænera-
62 titios declarauit Summus Pontifex Pius V. in
extrauag. de cambijs, dicens litteras cambij
ſcribut, & tradũt, ſed nõ mittunt, vel iſtę litterę
mittũtur, vt tranſacto tẽpore, vndè proceſſerant
inanes referantur, pecunia ibi cum intereſſe
reponitur, vbi contractus fuit celebratus, nam
inter dantes, & recipientes vſquè a principio
ita conuenerat, vel certè talis intentio erat,
neq; quiſquam eſt, qui in nondinis, aut locis ſu-
pra dictis huiuſmodi litteris receptis ſolutionem
faciat de, qua extrauaganti *Duardus in d. tr. de*
Cambijs §. p fol. 59.

Quod autem prætenderit, & conſequtus fuerit D.
Cap. Palomerus intereſſe in rationem decem
pro centenario, id liquidiſſima patet ex calculo
producto per D. Garziam, & formato per D.
Palomerum, atq; iudicialiter declarato, in con
tumaciam eiuſdem D. Palomeri, id quod Cam-
bium ſicum præſeferre notum eſt, & ſic repro-
63 batum, vt poſt Venuſtam *de inſtit. mercat. cap.*
7. *fol.* 110. & tradit *Randens loco citata nu.* 229.
Idcircò quidquid ex huiuſmodi contractu per-
ceptum fuit, in ſortem principalem computari
64 debet, cum eum extenuet *l. ſi non ſortem ff. de*
condit. indebiti Bal. in l. p. qu. 9. *C. pro ſocio* quem
ſequitur *Natta conſ.* 403. *num. p.* Et quod cal-
culus exhibitus probet ſolutiones factas apertè
65 poſt alios concludit *Rafael à Turre d. tr. de Cam-*
bijs qu. 18. *num.* 13. *diſput.* 2.

Quamuis enim permittatur aliqua vtilitas perſonis
priuatis pecuniam ad negotiandum, ſiuè ad
Cambium alio tradens, vel pecuniam aurcam
cambiando in argentea, vel aliter, eo quia im-
plicando pecunias in emptione domus, vel præ-
diorum, fructus conſequeretur, valoris conſi-
66 milis ſummæ, vt poſt *Aret. in l. p. ſub num.* 7.
C. de ſumma Trin. ex fide Cathol. probat *Randenſ.*
d. tr. de legit. erect. Banchi Sancti Ambroſij ſub
num. 77. *in fine, & num.* 144. *iuxta diſput. l. cu-*
rabit de act. empti. Et ſic ad Cambium dare
quamlibet priuatam perſonam admitteretur,
67 vt affirmat *Rafael à Turre tr. de Cambijs diſput.*
p. qu. 14. *per totum præcipuè num.* 7. 15. *&* 25.
pag. 80. *cum duabus ſeq.* quidquid in contrarium
68 affirmauerit *Hieronymus de Luca in tr. de Cam-*
bijs §. ſequitur à num. 28. *vſq; ad nu.* 36. & ſcri-
bit *Duardus cit. qu.* 14. *num. p. cum plur. ſeq. &*
num. 417. *&* 28.

Non tamen admittitur perſona priuata, vt tan-
tundem accipiat ex Cambio, quantum poteſt
lucrari verus Camptor ex officio, quia Camptor
ex officio, ſiuè eſt publicus, ſiuè matriculatus
plura ſuſtinet onera, pericula ſuſcipit, & labores
atq; expenſas facit; Priuatus verò emolumen-
tum ex Cambio conſequi tantum poteſt ratione
70 damni emergentis, vel lucri ceſſantis, & ſimi-
lia vt probat *Duard. all. qu.* 14. *à num.* 4. *vſq;*
ad num. 17.

Si vero quaſi in Societatem dediſſe pecunias D.
Palomerum affirmaretur, & ſic quodamodo in
ſocium aſſumptum D. Gargiam, Tunc medie-
tatem vtilitatis Cambij ad ſummum, & conſe-
quenter quatuor, aut quinq; pro centenario
7 conſequi poſſet, vt per *cap. per veſtras de donat.*
inter virum, & vxorem probat *Randenſ. d. tr. de*
legitima erectione Banchi Sancti Ambroſij ſub nu.
62 *pag.* 27. *poſt Nauarrum in manuali confeſſ. cap.*
17 *num.* 254. Prout intereſſe ſiuè fructus in ra-
tionem quinquè pro centenario taxaſſe Con-
gregationem Ill. D. Cardinali pro dote ſub no-
72 mine mutui, & depoſito aſſignatę Nouitiæ de
mortuæ antequam profeſſionem emitteret ſcri-
bit *Triueſ. deciſ.* 57 *per tatum*, & ſi alias vſura
videretur iuxta traditionem *Clar. in §. vſura in*
principio.

Cæterum iuriſdictio D.D. Abbatum Mercatorum
limitata videtur tùm ex diſpoſit. Nou. Conſtit.
tùm per Statutum Mercat. *in tit. de iuriſd. Ab-*
73 *bat*, vt ſcilicet ea locum habeat, quando agitur
de credito ex cauſa negociationis, vel occaſio-
ne cambiorum; Subijciendo, vt intelligantur
Mercatores illi, qui pro Mercatoribus deſcripti
ſunt.

Id quod etiam approbauit Conſilium Mercato-
rum die 31. Maij 1646. per publicum edictum à
Senatu Excellentiſs. approbatum. Quia licet in
eo legitur clauſula, (*ſalua però la cognitione à*
detti

detti Signori Abbati conforme alla qualità de casi, & delle persone,) Non idcircò possunt Abbates
74 omittere obseruantiam dictorum Statutorum, & Nou. Constit. quandoquidem, nec ijs derogare possunt DD. Abb., nec derogasse dicuntur. Itaut iurisdictionem non habere DD. Abbates in hoc iudicio dignoscatur, dùm non actor, nec reus mercimonium exercent, neq; descripti sunt in matricula Mercatorum. Propterea partes ad Iudicem competentem eos transmissuros creditur, quod iuris esse censeo, saluo semper &c.

Mediolani die 8. Maij 1653.

Relata causa eodem mense Maij, per Amplifs. D. Sen. Bragherium censuit Sen. causam terminandam per DD. Abbates eo quia ex consuetudine dari possit ad cambium in hoc Dominio quamlibet personam.

Iulius Cæsar Caluinus.

SVMMARIA.

Creditor anterior non potest auocare pecuniam debitoris solutam posteriori creditori num. 1. 10. 11.

Declaratur si detinet quis ex causa lucratiua num. 5. ex causa verò onerosa nisi in subsidium nu. 22. 23.

Contrarium, nisi facta excussione nu. 7. 8. 12. & 14.

Pretium succedit loco rei num. 2.

Res succedit loco pretij soluti num. 2. Contrarium nu. 3. declaratur in subsidium num. 4. & 6.

Quies Respublica conseruanda est num. 8.

Lites, & iurgia tollere interest Reipublicæ num. 8.

Pecunia recepta per secundum creditorem cum cautione rescindendi debetur anteriori creditori nu. 9.

Excussio non est facienda de debitore, quando notoriè constat ille non esse soluendo num. 13.

Creditor anterior priuilegiatus auocat pecuniam à creditore posteriore non priuilegiato num. 14.

Auocationi pecunia non est locus, si non constat de anterioritate creditoris num. 15.

Pecunia consumpta, vel confusa à posteriori creditore non subiacet auocationi, nisi in subsidium n. 16.

Hypotecaria exercetur etiam in pecunia debitoris ad alium perueniente num. 17.

Pecunia dicitur genus, quod perire nequit num. 18.

Pecunia ex venditione rei hypotecatæ perueniente, sub hypoteca cadit num. 19.

Creditor anterior hypotecarius potest eligere bona debitoris, quæ voluerit num. 20.

Lucratiua causa valdè differt ab onerosa num. 21.

Pecunia bona fide consumpta vlterius auocari nequit num. 24. Limitatur fauore Fisci num. 27.

Diligentia creditoris in exigendo sibi proficere debet non nocere num. 25. 26. Limitatur in violenta exactione num. 35.

Mala fides creditoris posterioris elicitur, si sciebat non superesse bona debitoris, in quibus creditor anterior sibi posset satisfieri num. 28.

Mala fides posterioris creditoris præsumitur, si statim exactam pecuniam consumpsit num. 29. maximè inter mercatores num. 30.

Negligentia anterioris creditoris in exigendo ei nocere debet num. 31.

Ignorantia posterioris creditoribus in dubio præsumitur num. 32.

Mala fides in dubio excluditur num. 33.

Creditor anterior auocare potest pecuniam solutam posteriori creditori iussu Iudicis, si adhuc non erat cognitum de anterioritate, & posterioritate eorum, etiam si pecunia fuerit consumpta num. 34.

Hypoteca super pecunia debitoris contrahitur eo ipso, quod momento remaneat penes eundem, si hypotecata habet bona omnia debitoris præsentia, & futura num. 36. & 38.

Momentanea regulariter non habentur in consideratione num. 37.

Pecunia per tertium soluta posteriori creditori non subiacet auocationi prioris creditoris num. 39. & 40.

Creditor anterior sibi præiudicat, si præscos solutioni factæ per debitorem posteriori creditori non contradicit num. 41.

Mobilia continentur sub hypoteca generali nu. 42. & si non extant, sed eorum pretium ad illud agit anterior creditor num. 43. etiam contra emptorem num. 44. & 45. nisi bona fide empta, & eorum pretium consumptum fuisset num. 45.

Reuocatoria non datur in mercibus distractis ex speciali priuilegio num. 47.

Anterior hypotecarius creditor, quando agere possit ad euocationem pecuniæ debitoris ad posteriorem crediotorē peruentæ.

CAP. CCLXXXI.



Rdua sanè difficilis, & valdè agitata est quæstio, an anterior creditor hypotecarius possit auocare pæcu- 3
niam eius debitoris, siuè ex rei debitoris venditione conflatam, & ad posteriorem creditorem peruentam, cum varij, & contrarij fuerint inter se
1 scribentes, qui regulam constituerunt affirmatiuam in subsidium pæcunia extante, & sic facta excusione debitoris, ea ratione, quod prætium succedit loco rei in subsidium idest quando aliter rei domino, vel creditori consuli non potest, prout è contra res succedit loco prætij *l. 1.*
2 *cum glos. ff. de distract. pignor l. si ex ea pecunia C. de rei venditatione l. vxor marito ff. de donat. inter. vir. & vxor. & l. si cum seruum ff. si cert. petat. Albor. in l. fin. l. vxor marito ff. de donat. inter. vir. & vxor. & l. si cum seruum ff. si cert. petat. Alber. in l. fin. ff. de negot. gestis Alex. cons. 49. lib. 3. Socin. Senior. cons. 224. col. 1. lib. 2. & Roma. singul. 615. vers. sed quid.*

Hanc sententiam comprobat *Aiba cons. 451. Magon. decis. Florent. 9. num. 3. & 4. Negus. de pi-*

gnor. par. 5. princ. memb. 1. num. 39. Roman. ſin-
gul. 612. Surd. pleno deciſ. 15. & deciſ. 306. con-
tra regul. l. Sabinus ff. de verb. ſignif. & l. quinas
§. fin. ff. de furtis l. venditor ex hæreditate ff. de
hæred. vel act. vend. ac l. ſed & ſi lege §. 1. ff. de
petit. hæred. In quibus locis habetur, quod nec
res ſuccedit loco prætij, nec prætium loco rei,
3 niſi in vniuerſali, vt tradit *Surd. cit. deciſ. 15.*
num. 19. quos ſequitur *Coſta remed. ſubſid. 71,*
4 per totum; quia prima ſententia locum ſibi
vendicat in ſubſidium, vt amplè ſcribit loco
relato.

Quam concluſionem ſequuti fuimus ſuprà *in cap.*
5 *193. num. 63. cum ſeq. lib. 2.* præcipuè quando
pecuniam detinentem, eam habet ex cauſa
lucratiua, non autem oneroſa, vt notatur in
l. mater C. de rei vendicat. per quam legem limi-
6 tata etiam dicitur diſpoſitio *gloſ. in l. 1. ff. de di-*
ſtract. pignoris, quæ habetur prætium exactum
ex re hypotecata in ſubſidium eſſe obligatam
creditori iuxtà *tex. in l. fin. §. licentia C. de iur.*
delib. Guidius tract. de mineral. tit. 10. de Theſaur.
num. 41. lib. 3.

Contrarium tamen de ÆQVITATE ſequutum
7 fuiſſe *Sacr. Concil. Neapolit.* teſtatur *Afflic. ple-*
na deciſ. 190. in fin. dicens, quod ſi contrarium
obſeruaretur, ſequeretur inconueniens, & ab-
ſurdum, vt creditores ſatisfacti à debitore mo-
leſtarentur ab antiquioribus creditoribus, &
ſucceſſiuè à reliquis, & ſic totus mundus eſſet in
litibus, & mercatores non poſſent contrahere,
quod non eſſe permittendum putauit Sacrum
Conſil. Quam ſententiam ſequitur *Capic. deciſ.*
75. nu. 5. Molfet in comment. ad conſuetud. Nea-
polit. par. 4. de ſucceſſ. ab inteſt. qu. 26. num. 18.
dicens de opinione contraria non eſſe in Re-
gnis curandum, cum hæc ſit receptiſſima, &
inconcuſsè obſeruata, & poſt multos alios per
eum relatos comprobat *Fontanel de pact. nuptial.*
clauſ. 5. gloſ. 8. part. 7. nu. 60. vbi tradit *nu. 61.*
non eſſe ita paruifaciendam ÆQVITATEM
8 conſideratam per *Afflic.* & ſequaces tendos ad
quietem Reipublicæ conſeruandam, & ad tol-
lendas lites, & iurgia; quin opinio hæc ſit ſe-
quenda concordando contrarium tenentes, vt
prima opinio procedit de rigore iuris, Secunda
verò de ÆQVITATE, vt inquit idem *Auctor*
ſub num. 60. & 62. vbi de iuris rigore commu-
niorem eſſe priorem ſententiam ſcribit ex *Pariſ.*
cit. conſ. 69. num. 1. lib. 4. & Cartar. deciſ. 19.
num. 3. quam diſtinctionem opprobare videtur
Theſaur. Ian. cit. qu. 16. num. 11. & 13. pro qua
opinione ſepiſſimè iudicaſſe illum Senatum Ca-
taloniæ teſtatur *Fontanel. num. 68. cum ſeq.*

Quam ſententiam locum non habere probat *Stra-*
9 *ch. de mercatura in tit. de decoctoribus par. vlti.*
num. 27. & 28. fol. 241. Si ſecundus creditor
pecuniam accepiſſet data cautione, vel facta
promiſſione eam reſtituendi, ſi ità iudicatum
fuiſse, quam opinionem amplectitur *Viſil. ad*
Afflic. cit. deciſ. 190. ſub num. 5. verſ. & licet
prædictà; eo enim caſu pecuniam nunquam di-
citur conſcripta, vt obſeruat *Marius Anton. var.*
reſol. lib. 2. reſol. 60. caſu 15. in fin. & Coſta re-
med. ſubſid. 37. illat. 2. num. 2. in fine, & Paci-
ficus de Saluian. Interdic. inſpect. 3. cap. 2. num.
96. quos ſequitur *Fontanel. de pact. nuptial. clauſ.*
5. gloſ. 8. part. 7. num. 36.

Et quia *Afflicti deciſionem* expreſsè impugnat *Fa-*
10 *chin. lib. 12. controu. iur. cap. 53. verſ. iſtis non*
obſtantibus probat Afflicti ſententiam iure non
ſubſiſtere, neq; eſſe ÆQVITATEM illam, qua
motum fuit Sacrum Concilium ad huiuſmodi
deciſionem deuenire ſcribit, ſed iniuſtitiam eui-
dentem, quam Fachinei ſententiam amplecti-
11 tur *Surd. conſ. 4. ſub nu. 25. verſ. & licet, ac nu.*
42. verb. tenentes contrarium, & ſequitur
Marta voto. 42. nu. 5. & 6. atq; Merenda cit. cap.
6. nu. 2. lib. 6. controuerſ. iur.

Prout ante eos eandem opinionem ſequuntur *Pa-*
riſ. conſ. 69. nu. 1. lib. 4. Qui Auctor licet poſteà
contrarium concludat eo in caſu ex ſtatuto pre-
ciſo Genuæ prohibente auocationem pecuniæ
ſolutæ ſecundo creditori id affirmat, vt idem
probat ex eodem ſtatuto *Cartar. deciſ. 19. nu. 3.*
& ſub nu. 6. verſ. & licet in depoſitum habebat,
Ioſeph Lodouiſ. deciſ. Peruſin. 45. nu. 20. qui in
12 fine *Deciſ.* ſcribit ita iudicaſſe fauore anterioris
creditoris contra poſteriorem creditorem, qui
pecuniam recuperauit, & hoc abſq; alia bono-
rum excuſſione, cum ſatis appareret, non eſſe
13 ſoluendo debitori, *Cephal. conſ. 86. num. 7. cum*
ſeq. plur. Felician. de cenſib. lib. 3. cap. 5. num. 17.
Barboſ. in lib. 1. part. 6. num. 20. verſ. ex quibus &
nu. 21. ff. ſolut. matrim.

Et quamuis *Theſaur.* decem conſtituerit caſus in
alleg. q. 16. pro maiori dilucidatione quæſtionis
videlicet, primo, quando creditor non ſolum eſt
anterior, ſed etiam priuilegiatus, quo caſu ad-
mittitur ad auocationem pecuniæ per expreſ-
14 ſum *tex. in l. deferre §. fin. cum tribus ſequent. ff.*
de iur. fiſci & l. pecunia C. de priu. fiſc. ci. & in-
ter hos priuilegiatos creditores in [illegible]
qualis eſt mulier ratione dotis, quæ, ſi habeat
expreſſam hypotecam, præfertur Fiſco in auo-
catione pecuniæ, modo non ſit poſterior, vt
concludit *Theſaur. nu. 5.*

Item quando agitur inter creditores, de quorum
auctoritate non conſtat, & tunc non eſt locus
auocationi, vt inquit *Theſaur. nu. 6.* ſi verò de
auctoritate conſtat, & pecunia fuit conſcripta,
vel confuſa per poſteriorem creditorem; tunc
niſi in ſubſidium competit actio exiſtente pecu-
nia, & non exiſtente datur illius auocatio per
16 conditionem ex lege, de qua in *l. ſcimus §. ſi*
verò C. de iur. delib. & poſt alios *Surd. alleg. 4. &*
deciſ. 60. nu. 9. Eugen. conſ. 89. & Anton. cit. Reſol.
60. caſ. 15. atq; Theſaur. d. q. 16. nu. 8. & 9. qui
alios proponit caſus *in ſeq. nu.*

Tamen adhuc non benè expreſſus videtur caſus,
quando mortuo debitore poſterior creditor (vti
eius vxor.) alienauit bona per eius credito, &
pecunia (ideſt pretium) adhuc remanet penes
emptorem, vel aliam tertiam perſonam; An
anterior

anterior creditor hypotecarius possit auocare pecuniam ipsam, qui casus frequens occurrit, & habui in facto superioribus diebus.

In hac quæstione superfluum est, an pecunia extet, vel sit bona fide consumpta; quia primo casu hypotecaria exerceri posse admittunt omnes; ea ratione, quod tùm pecunia sit genus, ex-
27 perire nequeat *l. in ratione §. incerte ff. ad l. falcid. & l. incendium vbi Bald. in fin. C. si certum petat. Afflic. cit. decis.* 190. *sub nu.* 4. *vbi Vrsil. nu.* 6. *in fin.* Et sicuti bona alienata hypotecata
38 erant anteriori creditori; ita hypotecatum dicitur illorum prætium, idest pecunia ex prætio
39 resultata *l. nomen C. quæ res pign. oblat. possess. vbi Bart. & Salicet. ac probat Surd. cit. cons.* 4. *sub num.* 32.

Sicuti enim creditor hypotecarius anterior eligere potest, quem velit ex bonis debitoris sibi
20 obligatis pro eius satisfactione *l. creditor ff. de distrac. pignor.* & tradit *Salicet. in d. l. nomen debitoris nu.* 6. *C. quæ res pign. oblat. possess.* quem sequitur *Surd. alle. cons.* 4. *nu.* 32. Ita eadem ratione pecuniam ex bonis redictam elligere valet, cum prætium succedat loco rei, quando illud extat penes aliquem ex causa lucratiua *l. mater. C. de rei vendicat.* & probat *Guidius lib.* 3. *de Thesaur. titul.* 10. *n.* 41. & 41.

Et non leuis differentia constituitur inter causam lucratiuam, & onerosam, ex qua pecunia debitoris ad tertium peruenit, quidquid vtramq;
21 causam confondere voluerit *Didac. pract. qq. citat. cap.* 29. *sub nu.* 3. quem sequitur *Fontanel. all. glo.* 5. *par.* 7. *nu.* 65.

Si etenim ex causa onerosa pecunia peruenit ad
22 tertium, non potest auocari, nisi in subsidium; si vero ex causa lucratiua, auocari potest omissa excussione, vt per dictam *l. mater C. de rei vendic.* probat *Guidius cit. tit.* 10. *nu.* 41. *per glos. in l. fin. §. licentia C. de iur. delib. Bart. in l.* 1. *ff. de distrac. pignor.* & amplè probat *Thesaur. Inu. cit. q.* 16. *nu.* 10. *lib.* 2. vbi communiorem hanc sententiam esse scribit, quam sequitur *Merenda lib.*
23 *controuer. iur. cap.* 6. *num.* 10. & 11. *Trentaciaq. variar. resolut. lib.* 3. *tit. de solut. cap.* 23. *nu.* 7. A qua non discedit *Fontan. cit. glo.* 8. *par.* 7. *nu.* 54. quamuis postea hanc distinctionem contempserit *num.* 65.

Pro:t longè etiam differt casus existentiæ pecuniæ, vel illius consumptionis, præsertim bona fide factæ, quia pecunia bona fide consumpta vlterius auocari nequit per anteriorem creditorem, etiam conditione legis; quod procedere
24 affirmat *Thesaur. loc. rel. nu.* 1. & 11. etiam in foro conscientiæ, si enim inuigilabit posterior
25 creditor, vt suum reciperet, hæc diligencia, sibi proficere, non autem nocere debet *l. pupillus ff.*
26 *priuat. credit.* cum vigilantibus, non dormientibus iura subueniant *l. qui autem §. sciendum ff. quæ in fraud. credit.* & tradit *Thesaur. ibidē n.* 11. & 12. vbi testatur, ita fuisse decisum per Senat. Taurin. anno 1593. Quam conclusionem limitari in Fisco tradit, qui ex speciali priuilegio re-

uocare potest pecuniam à posteriore creditore
27 consumptam per citat *l. pecuniæ C. de priuileg. Fisci & l. deferre cum seq. ff. de iur. Fisci.*

Quæ mala fides elicitur, quando posterior creditor exigit à debitore sciens adesse alios anteriores creditores, & illi non esse soluendo, vt ex-
28 plicat *Ludouis. cit. decis.* 45. *nu.* 20. *Surd. cons.* 528. *& alleg. cons.* 4. *num.* 43. *Barbos. l. c. nu.* 22. quos
29 sequitur *Thesau. d. loc. nu.* 13. & 14. subijciens maximè locum habere præsumptionem malæ fidei, si statim pecuniam exactam consumpsit posterior creditor, & sic vt anteriorem creditorem excluderet, & fraudaret, qui auctor plures alios casus tradit, in quibus mala fides posterioris creditoris elicitur.

Et hanc conclusionem locum præsertim habere inter mercatores de ÆQVITATE voluit *Brun.*
30 *de cession. bonor. q.* 25. *in fin.* & sequitur *Gutier. pract. q. q. cap.* 29. *q.* 101. *vers. quod si nullus, & Thesaur. all. q.* 16. *sub nu.* 13. *vers. Ideò si posterior;*
31 Qui auctor post medium, & *num.* 14. limitat conclusionem, quando anterior creditor ita negligens fuit, vt non impetrata expeditione voti Iudicij contra debitorem, instantiam labi permisit. Eo enim casu poterit secundus creditor diligentior pecuniam exactam lite pendente retinere, quam sententiam apparenter
32 demonstrandum esse admonet Aduocatos Author ipse, quia in dubio ignorantia præsumitur, sicut etiam mala fides minimè præsumitur
33 *l. quoties §. quia dolo ff. de probat. & dixi in sing.* 11. *dub.* 90. & *sing.* 475.

Quæ etiam locum obtinet, si iussu Magistratus soluta fuit pecunia posteriori creditori in concursu creditorum antequam cognoscat iura anterioris creditoris, quoniam tunc competeret reuocatoria priori creditori etiam post
34 consumptionem pecuniæ *l. qui antè §. Labeonem ff. quæ in fraud. creditor.* & scribit *Thesaur. l. c. sub nu.* 14. *in fin.* vbi ita decisum fuisse per illum Senatum testatur.

Vigilantiam autem non prodesse in violenta exa-
35 ctione probat *Cassan. in Catalogo. glo. mundi par.* 12. *consider at.* 99. *lim.* 13. *Gutier. cit. q.* 101. *nu.* 15. *vers. decimo tertio fallit*, quos sequitur *Thesau. loc. cit. sub nu.* 15. *vers.* & vigilantia non prodest; Id quod etiam in gratificatione locum habere ibidem *Cassan. & Thesa.*

Cæterum hypoteca super pecuniam debitoris contrahi dicitur (quando creditor hypotecatam habet omnia bona debitoris, tam præsentia, quàm futura) eo ipso, quod momento remaneat pecunia penes ipsum creditorem vti illius
36 dominum *Rimin. Iun. in §. 1. nu.* 15. *Institia. per quas personas nobis acquir. Fanuc. de momento temporis cap.* 31. *nu.* 9. & *cap. fin. nu.* 5. *cum seq. Thesaur. loc. rel. sub num.* 15. *vers.* Pro creditore *vero*, ad rem *Senat. Bellon. lib.* 3. *de bisq.* in *contin. fin at cap.* 83. *nu.* 7. & si enim regulariter momentanea non habeantur in consideratio-
37 ne, *Fanuc d. capitu.* 31. *num.* 23. *p. l.* 5. *§. si tamen ff. de incer.* & tradit *Senat. Bello. d. loc.* & *cap.*

cap. 80. nu. 7. cap. 83. nu. 7. lib. 1. & cap. 117.
nu. 2. lib. 2. tamen ſecus eſſet, quando momen-
tum producit aliquem iuris effectum, *Barboſ. in*
l. de talem nu. 13. ff. ſolut. matrim. & probat *Sena-*
tor. Bello. cap. 131. ſub nu. 4. lib. 2. de bis quæ in
contin. fiunt.
Qua ſtante hypoteca, eo ipſo quod, pecunia ad
manus debitoris peruenit ex mutuo, vel aliter,
& illam poſteriori creditori ſoluit debitor,
38 competit actio priori creditori auocandi di-
ctam pecuniam à poſteriore creditore, vt iudi-
caſſe Rotam Romanam teſtatur *Theſaur. l. c.*
ſub num. 15. verſ. Reuera, quidquid in contra-
rium ſentire affirmat, quando tertius ſoluit ſe-
39 cundo creditori pro eximendo debitorem à
carceratione, quod licitè facere poteſt quilibet
40 tertius ſoluens *tot. tit. conſtit. pecun. & §. de con-*
ſtituta Inſtitut. de actionib. ac ibidem ſubijcit
Theſaur.
Creditor verò anterior ſibi præiudicaret, ſi præ-
ſens ſolutioni factæ per debitorem poſteriori,
non contradiceret, neq; pecuniam ſolutam re-
41 petere poſſet *l. 1. & l. ſi eo tempore, & l. hypo-*
tecas C. de remiſs. pignor. ac l. quem autem §. apud
Labeonem ff. quæ in fraud. creditor. ac ſcribit *The-*
ſaur. l. c. num. 18.
Reſpectu verò mobiliũ ſi extent, ius ad ea habere
creditorem anteriorem nemo dubitat, cum ſub
obligatione, ſiuè hypoteca generali quæſita
42 dicerentur anteriori creditori *Didac. all. cap.*
29. num. 4. poſt Bald. in l. 1. ff. de diſtract. pignor.
& in re extanti loquitur *tex. in l. ſi fundus §. in*
43 *vendicatione ff. de pignor.* ſed ſi non extent, &
illa vendita ſint, & in pecuniã conuerſa, ante-
rior creditor contra pecuniam iure vtitur *l. ſe-*
ruos C. de vendit. pignor. agatur. & emptorem in
ſubſidium teneri, habetur in *l. ſi vxor. C. eod.* vt
44 de mercibus venditis ſcribit *Alb. conſ. 718.*
quia vſucapionem ius pignoris non tollere diſ-
ponit *tex. in l. pri. §. cum prædium ff. de pignor.*
Theſaurus tamen *loc. rel. ſub num. 24. verſ. verum*
45 *ego*, concludit opinionem ſuprà firmatam de
pecunia debitoris, locum etiam habere in pecu-
nia, ſiuè prætium mobilium non extantium, vt
ſcilicet bona fides conſideretur, & ſi bona fide
recepta, & diſtracta fuerunt, quo caſu nulla
ſuper pecuniã competit reuocatio, aliàs ſecus;
46 Quapropter *Bald. in l. vbi adhuc num. 7. C. de iure*
dotium voluit, vt ratione bonæ fidei inter mer-
catores pro mercibus venditis, non dari reuo-
catoriam illis diſtractis, quem ſequitur *Pere-*
grin. de iure Fiſci lib. 6. tit. 6. poſt Angel. in l. Tu-
tores ff. de condit. indeb. de mercibus diſtractis
47 loquentem; quod in mercibus peculiare eſſe
voluit idem *Bald.* ne confundantur negotiatio-
nes; quamuis in alijs mobilibus locum etiam
habere ſcribit *Afflic. cit. deciſ. 190.* cuius ſequi-
tur ſententiam *Theſaur. loc. cit. n. 15. prope finem.*

SVMMARIA.

Appellatio eſt remedium oppreſſorum num. 1.
Appellatio fruſtatoria dicitur, quæ ſine grauamine, aut iuſta cauſa interponitur num. 2. 3.
Appellans temerè punitur num. 4. 5. & 6.
Delicti vnius pœna duplicari nequit num. 7.
Appellans temerè in expenſis damnatur num. 8.
Appellans calumniosè cum iuramento punitur de periurio num. 9. & 10.
Appellans temere eſt infamis num. 11.
Non grauatus non appellat. num. 12.
Bernardi Sancti ſententia circa appellantem non grauatum num. 13.
Appellans iniuſtè Iudici facit iniuriam, & damnum affert graue parti num. 14.
Temerè litigare, & ſtulte, & ſine conſilio quid agere numer. 15.
Temeritati dediti, nec ſua pericula deſpiciunt, nec aliena facta iuſta æſtimatione conſiderant num. 16.
Athenienſes temeritatis nota affecti dum Imperatores plures etiam victores morte damnarunt n. 17.
Damnum pati quis debet, quod ſua culpa ſubijt num. 18. & 19.
Actor petens plus debito, damnatur in expenſis num. 20. 21. 23. & 24.
Reus conuentus pro maiori debito, licitè totum negare poteſt num. 20. & 22.
In actore iuſtior cauſa requiritur, vt excuſetur ab expenſis, quam in reo num. 25.
Victus excuſatur ab expenſis ob iuſtam cauſam litigandi num. 26.
Limitatur ſi ſtatutum iubet, vt condemnetur in expenſis num. 32. vel conuentum pratium num. 33.
Cauſa iuxtà litigandi conſideratur, quando litigans habuit conſilia ſaltem duorum Doctorum num. 27.
Vel quæſtio eſſet intricata, & dubia num. 28.
Aut ſemiplenam probationem habens actor, præſtitit iuramentum in ſuplementum num. 29.
Sucumbens in cauſa, ſi eſt perſona valde honeſta excuſatur ab expenſis nu. 30. vel ſi eſt Fiſcus nu. 31.
Expenſę ad quas victus victori tenetur num. 34.
Mutua victoria inter actorem, & Reum efficit, vt ad ratam abſuluantur, & condemnantur in expenſis actor, & reus num. 35.
Auctoris reſponſum num. 35.
Neceſſaria reparationes dicuntur ea ſine quibus res, & peritura ſiuè deterior euaſura num. 36.
Melioramenta continent augumentum bonorum mutata eorumdem qualitate num. 37.
Adminiſtrator hæreditatis iacentis, qui appellauit tenetur ſatiſdare ad formam Nouar. Conſtitution. in titul. de appellationib. *num. 37.*
Senatus deciſio in ea re num. 38. Senator. Hieron. Calep. mentio num. 38.



Appella-

Appellator dolosus punitur in expensis, & etiam extraordinariè in arbitrio Magistratus.

CAP. CCLXXXII.



Ppellationem remedium esse op-
1 pressorum dictum fuit suprà *in c.*
156. num. 69. lib. 2. per tex. in c.
non soles q. 6. & in l. fi. C. quandò
prou. non est necesse: sed quia sæpè
calumniosè appellatur ad diferendam solutio-
nem debiti, & sic dolus committitur, frustato-
riè, & causa dilationis iniustè interponitur ap-
2 pellatio, vt perpendit *Gemin. in c. cum appella-*
tionis col. 2. verb. quæro quid importet appellatio
lib. 6. dicens frustatoriam, & temerariam esse
appellationem, quæ interponitur sine iusta
3 causa, quia scilicet non fit gruatus appellans,
& quæ non potest vllum iuris sortire effectum
4 *l. 2. C. de Episcop. audient.* Idcircò pæna afficien-
dus est temerariè, & frustatoriè appellans tàm
habita ratione iuris ciuilis, quàm Canonici.

Et pæna amissionis causæ, & nota infamiæ affi-
ciendum esse temerè, & iniustè appellantè dispo-
5 nit *tex. in l. à Proconsule C. de appell. ab execut.*
Prout per *tex. in l. ab executore C. quorum appell.*
6 *non recipitur*, cauetur temerè appellantem quin-
quaginta librarum argenti animaduersione
mulctandos.

De ÆQVITATE tamen, pro eodem delicto plu-
7 ribus pænis quibus affici non debet, vt conside-
rat *Bart. in d. l. à Proconsulibus C. de appell. nu.*
547. & probat post eos probat *Celsus Bargal.*
8 *tract. de dolo lib. 3. cap. 9. num. 158.* cum suffi-
ciat, vt in expensis condemnetur temerè ap-
pellans iuxta *c. vt debitor in fin. de appell. & l.*
eum qui ff. de indic. & tex. in Auth. debiti §. ad
excludendas coll. 9. Institu. tit. 16. lib. 4. §. Hæc
autem omnia de pænis temerè litigantibus, Me-
noch. de arbitrar. iudic. casu 445. & Rebuff. ad
Constit. Regni tit. de repens. ar. 1. glos. 1. num. 5.
& 6. & disponunt Nou. Constit. in hoc Domi-
nio Mediol. *tit. de indic. cap. omnes Iusdicentes.*

Nisi manifestè calumniosa esset appellatio, quia
9 eo casu cum iuramentum de calumnia præsti-
10 terit appellans virtute *Nouar. Constit. in tit. de*
appell. cap. teneatur vers. & item iurare. Effu-
gere non posset appellans pænam periurij, vt
probat *Rugin. tract. de Appell. glos. 3. nu. 6. & 7.*
Et arbitrio Iudicis puniri temerè appellante,
disponit *tex. in l. eos §. non temerè C. de appell.*
& scribit *Bargal. sub d. nu. 158. vers. qui temerè,*
& sub num. 159. Vers. primo casu pagin. 386.
Quippè temerè appellans efficitur infamis, vt
11 ibidem scribit *Ruginel. in §. 2. cap. 114. nu. 10.*
12 Et enim non grauatus non appellat *l. 11. §.*
porro de appell. & probat *Surd. cons. 405. num.*
26. & Gratian. lib. 1. discep. foren. cap. 146.
num. 13. & cap. 170. num. 11. & cap. 531. n. 19.

Hinc scripsit *D. Bernardus lib. 3. de consid.* quod qui
13 non grauatus appellat, liquet, quod aut gra-
uare intendit, aut tempus redimere; non est
autem suffragium appellatio, sed refugium; de
quo *Ruginel. d. tit. de appell. in præfat. num. 47.*
14 & iniustè appellans non solum Iudici facit iniu-
riam, sed Aduersario graue affert damnum, &
detrimentum eiusdem Iustitiam turbando, vt
inquit *D. Thom. 2. 2. q. 69. artic. 3. Ruginel. loc.*
relato num. 77.

Temerè verò litigare est stultè, fatuè, sine consi-
15 lio, siuè causa quid agere *l. Magistros, vbi Ias.*
C. de profess. & med. lib. 10. & tradit *Rebuff. cit.*
glos. vnica num. 7. Qua de re inquit *Valer. maxi.*
16 *lib. 9. cap. 8.* temeritatis etiam, ac subiti, & ve-
hementes sunt impulsus, quorum ictibus homi-
num mentes concussæ, nec sua pericula despi-
cere, nec aliena facta iusta estimationē prosequi
17 valent, quà temeritate moti Athenienses (scri-
bit Valerius) ad væsaniam vsq; temorariam
decem Imperatores, a pulcherima victoria ve-
nientes capitale iudicio exceptos necarunt,
quod militum corpora seuitia maris interpel-
lante, sepulturæ mandare non potuissent, ne-
cessitatem puniens, cum honorare virtutem
potuissent.

Huiusmodi itaq; expensæ à victo debentur etiam
18 ratione ÆQVITATIS, iustum est enim, vt
quis patiatur damnum, quod sua culpa subijt,
cum ergo victus damnum dederit victori liti-
gando, illud resarcire debet, etiam si tantam
19 occasionem dedisset *l. qui occidit §. in hac ff. ad*
legem Aquil. & tradit *Rebuff. all. glos. vnica ar.*
1. numer. 8. de expens. damnis, & interesse.

Si autem actor petit plus debito, quo casu potest
20 Reus totum nugare iustà decisionem *Bart. in*
l. qui solidam ff. de legat. 2. & tradit *Salicet in l.*
properandum §. sin autem alterum C. de indic. An-
ton. Gabriel comm. opin. tit. de expensis conclus. 2.
num. 10. & ibi *Asin. in eius praxi tit. de expens. §.*
32. limit. 10. pag. 212. & Menoch. de arbitr. casu
177. num. 15. & victus pro parte condemnan-
dus est in expensis, vt in Francia obseruari no-
21 tat *Rebuff. cit. glos. vnica num. 22. per l. eum*
quem temerè ff. de iudic. Contrarium tamen ex-
tra Galiam verius esse scribit idem Author *num.*
22 *21. in verb. quamuis iuxtà glos. in c. præsentium*
in verb. sigilatim de testib. in 6. per tex. in l. vnica
C. de pluß. pet. & d. l. qui solidum, vbi Bart. ff.
de legat. 2.

Quinimò in expensis omnino condemnandum esse
actorem petentem plus debito, quæ temere li-
23 tigare censeri cauetur per *tex. in d. l. eum quem*
temere ff. de iudicijs, & expresè probat *Castren.*
in l. Seruo iussito §. cum Prætor ff. ad Trebel. Alex.
in l. sub prætextu C. de transact. quos sequitur
Gabriel. cit. concl. 2. num. 11. & 12. & in pun-
cto probat *Bonius cons. 27. num. 10. lib. 1. &*
cons. 225. nu. 1. & 2. lib. 3. tradens, quod omni
ÆQVITATI, & iuri consentaneum est, vt ex-
pensarum iacturam actoris culpa conflatam re-
24 sarciat reo conuento Actor ex *Bald. in c. humilis*

2. *de maior. & obed.* post *Menoch. d. casu 177. n.* 15. quam conclusionem sequitur *Cenalch. decis. 20. num. 25. cum seq. par. 1. & Marlean. in repet. l. quoties num. 379. C. de rei vendic.* atq; notat *Carpan. ad Statutum 417. num. 689. cum seq. lib. 1.*

In actore namq; iusta causa magis requiritur, vt ab expensis excusetur, quam in Reo, vt tradit
25 *Dec. in l. qui in alterius num. 12. ff. de reg. iur.* quem sequitur *Bimius cit. cons. 27. num. 19.* & in terminis statuti probat *Carpan. ad Statu. 55. nu. 144. lib. 1.*

Et licet ab expensis excusetur victus, qui iustam
26 habuit litigandi causam *d. l. qui solidum §. etiam ff. de legat. 2.* & probat *Alex. cons. 135. nu. 14. lib. 1.* quem sequitur *Rebuff. l. c. num. 29.* Quam iustã causam probari si litigans habuit consilia
27 saltem duorum DD. Excellentissimorum, *argum. §. quod autem de non alien. reb. Eccles.* & tradit *Bar. in l. bonor. ff. de bonor. possess. & Bald.* & alij in *l. iuris ignorantia C. qui admitti*, & post eos *Rebuff. loc. all. num. 30. quem sequent. num.*
28 notat iustam causam litigandi esse, quando quæstio, de qua agitur, est intricata, & difficilis
29 *l. in ambiguo ff. de rebus dubijs*; & quando Auctor habens semiplenam probationem iuramentum in supplementum præstitit *Bald. in Auth. Generaliter num. 9. in fin. C. de Episc. & Cleric.* & vbi multos alios casus explicat *Rebuff.* in quibus victus ab expensis excusandus est,
30 præcipuè *num. 25.* si Reus est persona valdè honesta, & spectatæ fidei, deuotionis, & Sanctitatis, & decept[illegible] ab Aduocato, vel ab
31 alio; & idem in Fisco procedere disponit *tex. in l. fin. C. de fruct. & litigant. expensis*, ac tradit *Rebuff. loc. cit. num. 19.*

Tamen locum non habet conclusio ipsa excusationis ab expensis, quando ex præciso statuto victus condemnari debet versus Victorem in
32 expensis, vt Papiæ *Statut. 39. in ciuilibus*, vel quando essent ex conuentione promissæ expensæ, quas deberi, non obstante iusta causa li-
33 tigandi amplè probat *Tortus ad d. Statu. 39. num. 35. cum seq.* explicando quænam sint expensæ, ad quas victu tenetur tam ratione Aduocatorum, quam victus, & Itinerarij, vt videre est, ad quem remittitur lector, & scribit *Rebuff. l. c. num. 42 & 47.*

Quando autem in parte Actor fuit Victor, & in parte victus, tunc prorata victoriæ expensas ambo consequuntur actor, & reus, & ambo
35 condemnantur, vt probat *Bald. & Salicet. in d. l. properandum §. si autem C. de indic.* & scribit *Imol. in d. l. qui solidum ff. de leg. 2. & Specul. in tit. de expensis §. penul. in fin.* quos sequitur *Boer. decis. 74 Gabriel. alleg. conclus. 2. num. 3. & 14. cum duob. seq.* & ample notat *Asin. cit. §. 32. Ampliat. 63. & ampl. 71.* & post eos *Gratian. lib. 1. discep. foren. cap. 33. num. 1. cum seq. & lib. 4. cap. 725. num. 38.* ac *Tortus ad memorat. Statutum 39. num. 5. cum seqq.*

Et ita respondi superioribus diebus pro D. Fir[illegible]

Porro, quamuis Iudex vtramq; partem absoluit ab expensis, dum Penus conductor conuenerat D. Porrum locatorem pro melioramentis, & reparationibus faciendis in domo locata, etiam si ex pacto teneretur tantum locator ad necessarias reparationes, quales dicuntur ea,
36 sine quibus res esset peritura, seù deterior futura *tex. ad litteram in l. Impensa 79. ff. de verb. signif. & ibi Rebuff. in verb. necessaria pag. 368. Peregr. cons. 42. nu. 14. lib. 1. & Giurba ad Statuta Messana cap. 15. glos. 8. num. 18. pag. 376.* melioramenta verò continent augumentum bonorum mutata eorundem qualitate, vt post
37 *Beroum cons. 88. num. 35. lib. 1. & Natta cons. 601.* probat *Sarzia de expensis, & melioramentis cap. 1. sub num. 8. vers. Alia ad hoc in fin. & Rebuff. loc. rel.*

Ex ijsdem *Nou. Constitut. in tit. de appell.* cauetur in *§. teneatur Appellans, & in §. item iurare*, quod appellans teneatur non solum iurare de calumnia, sed etiam statim dare de restituendo alteri parte omnia damna, interesse, ac expensas litis prædictæ; Accidit, quod cum hæreditatis q. Leonardi Spinulæ iacentis data fuisset administratrix Comitissa Delia Spinula Anpriuola filia d. Leonardi, atq; appellasset à sententia lata per Illustriss. Magistrat. fauore Barnabæ Pamolei, renuebat Comitiss. huiusmodi fideiussionem præstare de restituendis expensis, eo sub prætextu, quod hæreditas prædicta esset damnosa, & quod illius Administratrix non tenere-
38 tur fideiubere; Verum Senatus die 17. Martij 1607. referente Amplis. Senatore Caledo censuit teneri d. Comitissam Administratricem hæreditatis iacentis ad satisdandum ad formam ipsarum constitut. ne Pauozeus, qui sententiam fauorabilem obtinuerat, expensas, & damna amitteret, si in causa appellationis, etiam obtinuisset, prout obtinuisse audiui.

SVMMARIA.

Testes examinati sine partis citatione in criminalibus repeti debent parte citata num. 1.

Testes sine partis citatione examinati, & non repetiti nullam faciant probationem in Criminalibus nu. 2.

Testis nulliter examinatus, etiam si falsus puniri non potest, quia attenta actus nullitate de falso puniri non potest num. 3.

Testis examinatus sine citatione, si mortuus est, habetur pro repetito num. 4. etiam in foro Ecclesiastico numer. 7.

Senat. Excell. stilus in condemnationibus contra reos, vt habeatur pro repetitis, quoad nominatos per ipsos condemnatos num. 6.

Confessio facta coram Iudice incompetente facit indicium ad torturam num. 8.

Socij criminis dictum afficit socios num. 9.

Testes

Testes mortui, etiam nulliter examinati, qui repeti vlterius non possunt, fidem faciunt. CAP. CCLXXXIII.



1 Epetitionem testium citato accusatore necessariam esse in criminalibus probatum fuit suprà in *cap. 179. num. 6. cum seq. lib. 2.* cum alias eorum depositiones inualidæ dicerentur, tanquam testes examinati non citata parte iustà, *tex. in l. si quando C. de testib. & c. 2. eod. tit.* & tradunt *Boss. de indic. ante torturam num. 128. Clar. qu. crim. 45. vers. sed in preposito, & vers. caterum si reus*, & latè tradit *Scac. de Iudic. ciuil. & criminal. lib. 1. cap. 86. num. 54. vers. si de iur.* & scribit *Farinac. cons. 5. num. 66. & num. 75.*

Ex quo infertur, quod si testes examinati non citata parte, & sic nulliter, decesserint, tanquam nulliter examinati, nullam probationem face-
2 rent, *c. quoniam frequenter, vt lite non contest. glos. in c. cum causa de testib. Marant. in eius specul. part. 6. actu 14. sub num. 10. vbi. de nullitate tit. quoties, & intra quod num. 38. Gales. de oblig. camer. par. 3. q. 2. sub num. 4. fol. 97. & Gail practic. obseruat. lib. 3. obseru. 92. num. 1.*

Hinc concludunt scribentes, quod testis nulliter examinatus, licet falsum deposuerit, de falso puniri nequit, quia cum nullus sit actus, indè pro-
3 batio falsitatis legitima non resultat, vt tradit *Lanfranch. in sua pract. cap. 8. num. 53.* & post eum tenet *Gramat. decis. 54. num. 19.* quos sequitur *lib. 5. de iur. non scripta cap. 9. in fine Scap.*

De ÆQVITATE tamen examen testium nulliter examinatorum, si illi non possunt repeti ob superuentam mortem, sustinetur, & probat
4 *Moed. decis. vlt. num. 3. & 4. de testibus Gonzal. super Regul. Cancell. 8. in annot. contra nullit. num. 76.* & post eos probat *Ludouis. decis. 434. vbi Beltram. num. 18.* dicens sæpè hoc concedi solere per Rotam ex quadam ÆQVITATE.

Mors etenim testis eiusdem excusat repetionem,
5 *tex. in l. fin. C. de Testib.* & ibi *Castren.* & probatum fuit suprà *in cap. 179. num. 66. lib. 2.* præsertim ex *Milio in eius pract. in. 17. fol. 84.* cuius
6 respectu, vt dictum fuit *l. c. num. 68.* solet Senatus Excell. decernere in condemnationibus Reorum, vt ij habeantur pro repetitis, & confrontatis, quo ad nominatos per ipsos condemnatos iuxta decretum Senatus editum die 6. Maij 1595.

Quam conclusionem procedere diximus *l. c. num. 69.* etiam in foro Ecclesiastico contra Clericum, cótraquè testimonium quod perhibuerat testis corã Iudice Seculari, nec ille à Iudice Ecclesiastico potuit repeti superuenta morte, cui con-
7 clusioni conferunt tradita per *Nattam cons. 537. num. 15.* quem sequitur *Baiard. ad Clarum qu. 45. num. 32. & q. 49. sub num. 35. circa medium per tex. in l. fin. C. de accus.*

Ea ratione, quod confessio facta coram Iudice,
8 etiã incompetẽte, facit inditium ad torturã, *Boss. de indic. num. 15. Clar. q. 21. vers. & his quaero, & vers. hac tamen conclusio, Gramat. decis. 34. num. 237.* & post eos *Turs. Cardin. conclus. 315. in verb. Socius num. 530.* concludentes, quod dictum Socij criminis etiam non repetiti af-
9 ficit Socium, & post eos scribunt *Bursat. cons. 7. num. 11. lib. 1. Gomez var. resol. tit. de delict. cap. 1. num. 37. Farin. cons. 55. num. 37. Hector Felici Alleg. 3. num. 19. cum seq. par. 1. & Giurba. cons. 50. num. 7.* Et quia de hac materia ampl è egimus *in cit. cap. 179. num. 29. 63. cum plur. seq.*; vbi declaratur multipliciter materia ipsa, præcipuè *num. 74. cum seq.* vsq; ad finem, ad locum ipsum remittitur.

SVMMARIA.

Mercator is dicitur, qui maiorem partem fortunarum habet in negotiatione nu. 1. contrarium nu. 3. 4. 6.

Mercator dicitur quis, quinque concurrentibus nu. 2.

Plures habens qualitates videlicet mercatoris, scholaris, & similium, ea attenditur, in qua plus versatur num. 5.

Scholaris matriculatus gaudet priuilegijs concessis Scholaribus, etiam si non studeant; quia ordini, & dignitati concessa sunt priuilegia num. 7.

Fictè, & fraudulenter se gerens pro mercatore, non gaudet priuilegijs mercatoribus concessis num. 8.

Mercatura, quæ per alium exercetur, non tollit priuilegium eius, qui prohibetur exercere mercaturam, vt Clerici, milites, & similes num. 9.

Pertinax Imperator mercaturam per alios exercebat numer. 10.

Principes plures hodiè etiam exercere mercaturam, notatur per alias personas num. 11.

Mercatores, qui merces habita fide pretij, ementes, illas deindè intercipiunt, grauiter delinquere dicuntur num. 12.

Pœna vnius multorum exemplo est num. 13.

Fraus conuincitur ex præcedentibus, & subsequentibus actis num. 14.

Decoctores, vt plurimum post mercium receptiones se retrahentes, & ad Ecclesias confugientes, iure communi inspecto earum immunitate non gaudent num. 15. 16. & 17. Idem vigore Nouar. Constitutionum num. 18. & 19.

Cõtrarium cõstituitur per Bullam Gregorij XIV. Papæ num. 20. quæ est obseruanda num. 21.

Conuentiones factæ deindè cum fidem fragit damno magno creditorum non releuant num. 22.

Fide fragi, & fugitiui capti torqueri possunt ad detegendas merces, siuè pygnora ante recepta num. 23.

Filius familias mercator obligatur ex contractu etiam sine Patris consensu facto nu. 24. & 26. & etiam ætate minor num. 25.

Pœna grauissima à legibus, vel Statutis, siuè proclamatibus imposita, censetur capitalis num. 27.

Mercatura si tenuis, sordida est, secus si magna num.

28. sic tenjus, & honesta esse potest num. 31.
Mercatores sordidi dicuntur ij, qui mercantur à mercatoribus, vt statim, & minutatim vendant n. 29.
Mercatores minutatim vendentes nihil proficiunt, nisi admodum mentiantur num. 30.
Mercatura propriè est effitium, quod ratione questus exercetur, dicto num. 30.
Solon alias fuit mercator in iouentute nu. 32.
Hypocrates negotiator fuit, & Thaletes num. 33.
Plato adolescens mercator fuit. d. num. 33.
Diuites facti his temporibus nonnulli ex mercatura. Magistratus pecunia acquirunt, lucro assueti misera cum subditorum iactura negotiantur num. 34.
Raro filius Macellarij ad Consulatum ascendit pecunia, & largitione mediante num. 35.
Titius Aufidius antea publicanus, postea largitione Proconsul Asia creatus onm. 36.
P. Rutilius alias publicanus, largitione & ipse consul factus est d. num. 36.

Mercator gaudet priuilegijs mercatoribus concessis, etiamsi plus in bonis immobilibus possideat, quam in mercantijs.

CAP. CCLXXXIV.

MErcatorem verè dici, qui maiorem partem bonorum, seù fortunarum
1 habet in negotiatione, scribit *Bart. in l. semper §. negot. ff. de iur. immunit. in rubr. C. de Hauicul. lib. 11.* & post eum tradunt *Alex. cons. 108. lib. 4. Castrens. cons. 78. col. 3. lib. 1. Franch. Aret. cons. 20. Gemin. in c. 1. de vita, & honest. Cleric. in 6.*
Hanc sententiam expressè probat *Cassan. ad consuetud. Burgundia rubr. 4. §. 5. in tit. si elle non est pag. 517.* Dum probat quinq; requiri, vt quis
2 dicatur mercator; & I. quod sit descriptus in matricula, II. quod exerceat artem. III. quod maiorem partem fortunarum suarum habeat in negotiatione IV. quod per se, nó per Factorem, mercaturam exerceat V. & vltimo, quod pluries negotiationem exercuerit, non vnica vice, vt copiosè ibi tradit *Cassan.*
De ÆQVITATE tamen mercatoris dicitur, & priuilegijs mercatoribus concessis quis fruitur, qui mercaturam exercet, licet maiorem partem fortunarum habeat in bonis immobilibus,
3 vt acute probat *Dec. in l. Scriniarios num. 16. C. de testam*, quem sequitur *Maranta in eius speculo par. 4. tit. de Indiciorum nona distinctio sub num. 59. vers. in quo quidem*, vbi eam *Bart.* sententiam declarat; quod scilicet ille loquitur de eo, qui diuersas habet qualitates; quæ aliquo respectu
4 repugnarent; Quia tunc attenditur illa quali-
5 tas, quæ in eo plus versatur *arg. l. Quaritur ff. de stat. omn.* vel esset fraudis præsumptio, dum quis fingeret se mercatorem, cum non esset.
Quod si vere quis artem siuè mercaturam exerceat, neq; efugiendarum munerum causa mercaturæ imaginem induat, & si immobilia bona maioris valoris possideat, nón excluditur à priuilegijs mercatoribus concessis, saltem pro rata
6 mercaturæ, quam exercet, vt concludit *Stracha de mercatu. par. pr. sub num. 60. vers. ego autem; & Maranta loc. cit. sub num. 60. vers. Bene tamen putarem*, ex eodem *Bart. & Bald. in l. maximarum C. acc. mil. lib. 10.* Inferentibus, quod Scholares non studentes, licet non gaudeant priuilegijs Scholaribus concessis, gaudent tamen
7 priuilegio ordini, & dignitati concessis, dummodò sint matriculati, concludendo, quod si magis versaretur in mercatura, quam in alijs qualitatibus, licet aduersantibus, iudicari debet, vt mercator, & potitur priuilegijs mercatoribus concessis quo ad omnia.
Si verò matriculatus quis est vti mercator, & gerit
8 se pro mercatore, sed in fraudem, & illicitè; & tunc mercator non est censendus, nec dici debet eum potiri priuilegijs mercatoribus concessis *Stracha de Mercat. par. 1. sub num. 60. vers. vel ex sententia fol. 17.*
Mercaturaq; si per alium exercetur, non tollit priuilegium eius, qui prohibetur exercere mercaturam, vt Clerici, milites, officiales, & similes
9 *glos. & D.D. in c. 1. de vita, & honest. cleric. & c. fin. ne clerici, vel monaci in 6. Alberc. in l. humilem C. incest. nupt.* Hinc Imperator Pertinax mercaturam per homines suos exercebat, vt ex Capitol. tradit *Tiraquel. tract. de nobil.* prout
10 plerosq; magnos Principes his têporibus mercaturam exercere, & maritimã, & terrestrem
11 scribit *Rebus de mercant. ar. 1. glos. 15. vers. Vnde vtiqum pag. 45.*
Grauiter autem delinquunt mercatores, qui mer-
12 ces habita fide pretij emunt, vt eas intercipiant, & furentur Creditoribus, vel partem illarum; & seuerè puniendi, vt pæna vnius
13 exemplum sit multis, vt traditur in *l. 1. C. ad legem Iuliam repetund.* Quæ fraus conuincitur
14 ex præcedentibus, & consequentibus *l. haredes palam §. sed si notam ff. de testam. & l. si seruus plurium in fin. vbi glos. ff. de legat. 1.* & scribit *Rebuff. l. c. art. vlt. glos. vnic. num. 2. & seq.*
Qui Author *num. 5. & 6.* tradit; quod isti D.D. vt
15 plurimum post mercium receptionem se retrahunt, & ad Ecclesias confugiunt, licet iure communi inspecto immunitate non gaudent, vt in-
16 quit idem *Rebuff. in tit. de cessio. bonor. ar. 2. & 32. & in tract. de immunit. Eccles.* atq; repetit in
17 *citat. glos. vnica num. 5.* qui testatur *numer. 9.* Inuictiss. Imperatorem Carolum V. statuisse Bruxellis anno 1541. mense Septembris, mercatorem, qui accepit merces, & postea se absentauit non facta solutione; & clam merces transtulit, & censuit haberi pro publico latrone, & grassatore viarum, seù itinerum, & mortis pæna puniri.
Prout ex Nouis. Constitutionibus huius Dominij
18 *in tit. de offi. Abb. & consulis mercat. cap quinq;* pariter cauetur huiusmodi fide fragos, qui cum mer-

mercibus, siuè aliena pecunia à Domino aufu-
gerint capi, si poterit furcis suspendantur, vel
ad triremes perpetuo mittantur arbitrio Prin-
cipis, vel Senatus, & vlterius disponit *in §. hæcq; in omnibus*, vt in omnibus locis huius dominij,
19 & etiam diebus feriatis in honorem Dei in Ec-
clesia hæc fieri posse, & detineri delinquentes
fide fragos; Quæ tamen dispositiones correctæ
20 videntur per Bullam Gregorij XIV. qua caue-
tur, in quibus casibus possint delinquentes deti-
neri in Ecclesijs, & modus detinendi, quam
Bullæ dispositionem esse omnino obseruandam
nemo in dubium reuocat, cum ad illam deuen-
tum fuerit longè post publicationem Nouar.
21 Constitut. quibus idcirco derogatum esse cer-
tum est.

Sed quia isti fugitiui, & fidefragi postquam se oc-
cultarunt operam nauare solent cum creditori-
bus, vt cum ipsis se componant, creditores, qui
coacti vtispe amissa consequendi credita ad hu-
iusmodi pacta deueniunt cum non leui iactura
proprij patrimonij reducendo creditum ad me-
dietatem, vel fortassis etiam ad tertiam, vel ad
quartam partem; Hæsitatur aliquando, an hu-
iusmodi pacta valida sint in creditorum præiu-
ditium; & inualida esse, si illint debitores si
22 soluendo concludit *Boer. decis. 215. num. 8.* di-
cens, non obstantibus huiusmodi pactis posse
creditores totum exigere, quam sententiam
amplectitur *Rebuff. cit. glos. vnica num. 6.* quod
notatu dignum videtur, ad rem *Bintius cons. 108. num. 70.*

Huiusmodi fidefragos, & fugitiuos captos posse
torqueri, vt indicent pecunias, & merces, vel
res sibi datas in depositum, aut in societatem
23 ad mercandum, quas postea denegant habere,
vel illas perdidisse fingunt, scribit *Par. de Puteo in tract. de Syndic. cap. an in causa pecuniaria in princ. per cap. 1. de deposito*, & sequitur *Marsil. in l. Diuus num. 6. ff. de quæst. & repetit. in pract. crimin. §. expedita nu. 62. Paul. Ghirl. in trac. de diuers. crim. in fin.* & post eos concludit *Rebuff. cit. glo. vnica nu. 7.*

Quatenus verò mercator esset filius familias, & si
regulariter suppositus patriæ potestati non
24 possunt esse in iudicio sine Patris consensu; li-
mitatur tamen regula, quando est mercator
filius familias, quia valide obligatur, & tene-
tur esse in Iudicio sine Patris consensu, etiam si
25 esset ætate minor, quod magis est, *Ferrarien. in suo comment. tit. 1. de statu homin. §. 1. col. 2. vers. sed tamen verius, & col. 6. vers. multa præter legem, Marsil. in rubr. de fideiuss. nu. 219. Galin. de verb. signif. lib. 8. cap. 8. nu. 13.* & post eos probat
26 *Carpan. ad statutum 416. num. 202. cum plurib. seq. lib. 1.* tradens, quod eo casu filius familias
habetur pro Patre familias in publicis causis
per *tex. in l. filius familias ff. de his qui sunt sui vel alien. iur.* ad rem *Gratian. lib. 2. discep. foren. cap. 271. nu. 45. & 47.*

Quoniam autem sæpè in legibus, vel statutis quid
prohibetur sub pæna grauissima, hæsitatur
quænam pæna infligi debeat; Recepta conclu-
sio est, vt pæna mortis imposita censeatur iux-
27 ta *tex. cum glo. in l. vnica C. ne liceat signum saluat, & in l. fin. de Eunuch. atq; in l. 3. C. de bis quæ ex publ. collat. illa sunt non vsurpand. lib. 11.* & notat *Corset. in singul. incip. Pæna quis est. 10. fol. mihi 328. lib. 1. singul. diuers. Anchar. cons. 15. Barbat. in cap. prudentia §. adijcimus circa finem de offic. Delegat. & in c. 3. col. 3. de fideiuss.* & sequitur *Rebuff. cit. tit. ar. 1. glo. 6. vers. Item bis conditor.*

De mercatura loquens Cicero inquit; Si tenuis est,
sordida est putanda, si magna, & copiosa mul-
28 ta vndiq; apportans, multisq; sine vanitate im-
partiens, non est admodum vituperanda; atq;
etiam si satiata questu, vel contenta potius, vt
sæpè ex alio inportum, ex ipso portu se in
agros, possessionesq; contulerit, videtur iure
29 optimo posse laudari, vt sordidos haberi dicit
eos, qui mercantur à mercatoribus, vt statim
vendant; nihil enim proficiunt, nisi admodum
mentiantur, cum propriè mercatura sit offi-
tium, quod ratione questus exercetur in rebus
30 mobilibus emendis, & vendendis, vt inquit
Cancer. variar. resolut. cap. 10. nu. 9. & ita mer-
catura & turpis, & honesta esse potest *c. quali-*
31 *tas de penit. distin. 5.* & scribit *Petrus Gregorius lib. 47. sintag. iur. cap. 10. nu. 5. per totum q. nu.*
32 *7. ex Plutar.* scribit Solonem admodum iuue-
nem ad mercaturam se dedisse, periclitandi, atq;
vendendi magis, quàm lucri cupiditate impul-
sum, vti sapientiæ studiosum, & ita quoq;
Thaletem, & Mathematicum Hipocratem ne-
33 gotiatos, & Platonem etiam Olei in Egyptum
exportationem, viaticum peregrinationis sup-
peditasse; Quæ exempla hodie parum conue-
nire nostris mercatoribus tradit *Gregor.* cum
finis eorum sit longè alius.

Neq; mirandum esse subijcit *Gregor. loc. cit. supra*,
his temporibus nonnullas pecunias, vsuris, fal-
34 lacijsq; congregasse aliquos, quibus dignitatem
mercati sunt, officia, idest Magistratus, ex qui-
bus iterum lucro assueti, misera cum subdito-
rum iactura negotiantur, quod si prius Ro-
manos admisisse scirent, tantopere non mi-
rantur.

Varro enim ex macellaria patris alterna ad con-
35 solatum conscenderat, & largitione sordidissi-
ma duodecim fasces, & Dictaturam cōsequutus
fuerat. Titius Aufidius partis exiguæ Asiæ an-
36 tea publicanus postea Proconsularem cum im-
perio dignitatem Asiæ obtinuerat, P. Ruti-
37 lius, qui antea publicanus operam dederat in
Sicilia, siculis vniuersis leges dederat consul
factus.

SVMMARIA.

Pacta seruanda num. 1.

Matrimonium Sacramentum est, neq; in eo locus est pænitentiæ nu. 2.

Matrimonium dicitur perpetuum, & in dissolubile,

Nec niſi morte alterius ex contrahentibus finitur num. 3.

Quos Deus coniunxit homo non ſeparet nu. 3.

Dos etiam imodica reuocari non poteſt matrimonio conſtante, etiam à creditoribus dantis nu. 4. 7. 8. 9.

Contrarium nu. 11. 13. 14. & 16.

Diſtinguitur, quando Gener ſciebat, vel ignorabat nu. 25. & 26.

Creditores fortius ius habent, quàm filij ratione legitima in bonis Patris nu. 5.

Maritus dicitur poſſidere dotem, quia ſuſtinet onera matrimonij, & ſic onoroſo titulo poſſidet nu. 6.

Dos data ſpuriæ excedens modum à lege permiſſum non reuocatur durante matrimonio nu. 8.

Dos dicitur vnicum ſubſidium vitæ, & matrimonij num. 10.

Lex vbi non diſtinguit, neq; nos diſtinguere debemus num. 112.

Filij non ſunt ſua portione ſpoliandi, vt pinguior dos conſtituatur ſorori nu. 13. 15. & 18.

Furari quis poteſt impunè propter neceſſitatem nu. 13.

Peccatum non dimittitur, niſi facta reſtitutione rei alienæ nu. 14.

Dos data extranea perſona reuocatur natis liberis dotanti nu. 16.

Maritus debet conſiderare dotantem poſſe habere liberos nu. 17.

Dotis exceſſiua reuocatio locum habet reſpectu immodicæ illius portionis tantum, quia eã portionem ex cauſa lucratiua habere dicitur maritus nu. 19. 20. & 21.

Socer, qui decipit Generum in tradendo dotem opulentiorem ſub prætextu diuitiarum, non habet actionem pro reuocatione immodicæ dotis, vel excipiendo non teneri ſoluere illam immodicam portionem nu. 22. & idem procedit in fratribus nu. 24.

Minor ſe maiorem eſſe aſſerens in contractu non reſtituitur nu. 23.

Dolus doloſo nocere debet, non illum patrocinari num. 27.

Mulier contrahens ſimulans ſe virum, non reſtituitur nu. 28. Idem ſi nupta ſimulauit ſe viduam, ſed marito non nocet nu. 29.

Immodicæ dotis beneficio poteſt quis renuntiare num. 30.

Dos in bonis prohibitis conſtituta aſſignari debet in alijs bonis congruenter nu. 31.

Dos reuocata ratione immodicæ ſummæ non datur iterum nu. 32.

Creditores non poſſunt agere ad reuocationem dotis immodicæ conſtante matrimonio; ſed tantùm eo finito, niſi vir participaſſet de fraude nu. 33.

Donatio propter nuptias facta in magna ſumma ob opulentam dotẽ, ſi ea diminuitur, donatio etiam diminuitur nu. 34. & 35.

Donatio propter nuptias non videtur deberi, ſi illius ſolutio dilata vltra promiſſa fuit nu. 36. & 37. Secus, ſi maritus moreretur antè aduentum temporis ſolutionis nu. 38.

Dos immodica retractanda continet etiam fructus num. 39.

Dos conſtante matrimonio quando, vti immodica, poſſit retractari, aut diminui.

CAP. CCLXXXV.



Celebris, & vſitata ſæpæ eſt quæſtio in foro; An dos mulieri conſtituta poſſit diminui conſtante matrimonio: Et ſanè ſi conuentiones, & pacta, ad quæ partes
1 deuenere, omnino ſunt ſeruanda *tex. in l. 1. ff. de pactis, & in l. ſi creditor §. illud ff. de diſtrac. pign. & l. pacta C. de pactis.* Quantò fortius ea ſeruari debent, quæ ratione matrimonij contrahendi (quod Sacramentum continet, neq; pænitentiæ locum relinquit) promiſſa ſunt, cum matrimonium ſit perpetuum,
2 & indiſſolubile, nec niſi morte alterius ex contrahentibus finiatur, iuxtà diuinum præceptum, de quo *Matth. cap. 10. quod Deus coniunxit; homo*
3 *non ſeparet. Sanchez de matrim. lib. 2. diſp. 5. num. 7. & diſput. 13.* per totum præſertim *num. 2.*

Et pro negatiua ſtat *tex. in l. fin. §. ſi à Socero ff. quæ*
4 *in fraudem credit.* Vbi dos filiæ data in fraudem creditorum non poteſt conſtante matrimonio reuocari à creditoribus, qui potius ius habent
5 quàm filij *l. Papinianus §. quarta ff. de inoff. teſtam.* maritus enim cenſetur poſſidere dotem, quia ſuſtinet onera matrimonij; & ideò quoad
6 eum dos cenſetur titulus oneroſus *l. pro oneribus C. de iur. dot. gloſ. in l. menia, vbi Bart. & Alex. ff. ſolut. matrim. l. expromiſſione C. de actio, & obligat.* Id circò videtur maritum non exagitandum, dum matrimonium durat, & ſuſtinet illius onera.

Et in indiuiduo, quod dos immodica non poſſit à fratribus reuocari conſtante matrimonio ſcribit
7 *Lupus ad legem 17. Tauri num. 44.* & ità fuiſſe iudicatum per Sacrum Concil. teſtatur *Afflic. deciſ. 86. in fin.* Quam ſententiam ſequitur *Segura in l. cohæredi §. cum filia verſ. viſo, & conſiderato Themate ff. de vulgar. & pupill. Io. Bernard. Regul. 215. incip. Dos filiæ conceſſa,* & ità obſeruari vidiſſe tradit *Lupus in c. per veſtras §. 22. incip. In conſtituenda ſub num. 6. verſ. mortuo Patre num. 10.*

Cui ſententiæ confert doctrina *Bart. in l. fin. §. ſi à*
8 *Socero ff. quæ in fraud. credit.* quod etiam ſi ſpuriæ detur dos excedens modum à lege permiſſum, non poteſt reuocari durante eo matrimonio, quem ſequitur *Ang. in §. item ſi quis in fraudem Inſtit. de action. Bald. in Auth. Ex complexu. C. d. inceſt. nupt. Segura in l. cohæredi § cum filia ff. de vulg.* & quam *Bart.* ſententiam communem eſſe ſcribit *Lupus in d. c. per veſtras §. 24. num. 3. de donat. inter virum, & vxorem.*

Pro hac opinione pugnare ÆQVITATEM vide-
9 tur, dum maritus tanta dote inixus eam mulierem in vxorem duxit, aliàs non ducturus, ſi

dein-

deindè re consumata spolietur dote, vnico vitę
10 & matrimonij subsidio, vt probat *Baetia de non melior. dote ratione filiabus cap. 32. num. 3. versicul. pro hac.*

ÆQVIOREM tamen contrariam sententiam, & iuri magis conformem esse dictat generalis legis dispositio, vt dos immodica à filijs possit reuocari, non distinguendo inter matrimo-
11 nium constans, & solutum *tex. in l. vnica C. de inoff. dotib.* & sic neq; etiam nos distinguere debemus *l. de pretio cum simil. ff. de public.* quam sententiam amplectitur *Baetia cit. cap. 32. sub cit. num. 3. vers. contraria tamen.*

Ea ÆQVISSIMA præcipuè ratione hæc sententia sustinetur, quod Fratres non debent sua portio-
13 ne spoliari, ne inquietur matrimonium Sororis; cum quis proprijs facultatibus priuari non debet, ad euitandam alteri molestiam, & cũ propter necessitatem quis furari permittitur, vt notant communiter scribentes *in c. discipulos dist. 5. c. si quis propter necessitatem de furtis*; & scribit *Baetia cit. cap. 32. nu. 4.* deindè probat *Gratian. discep. foren. lib. 3. cap. 402. num. si cum seqq.*

Hic suffragatur, quod possidere dotem excedentem summam consuetam, & patrimonio vxoris conuenientem, siuè conguentem, est onus animæ, & grauamen conscientiæ, idcircò hoc onere liberare vltro sororem debet frater, cum non
14 dimittatur peccatum, nisi restituatur malè ablatum, vel quod est alienum iuribus vulgar, & subijcit *Bart. loc. citat. num. 4.*

Quam sententiam in indiuiduo probat *Castren. in l. vnica col. fin. propè finem C. de inoff. testam.*, & tradit Lopus priorem opinionem reprobans in
15 *cit. cap. per vestras §. 22. incip. In constituenda num. 10. de donat. inter vir. & vxor.* dicens è contra iniquum esse filios defraudari portione legitimæ propter dotem magnam Sororis, vt repetit *in §. 14. sub num. 3. vers. Ego credo, Molin. tract. de donat. fact. in contract. matrim. num. 59.* qui rem explicando contrariam opinionem appellat erroris portentum, id quod repetit in *tract. de inoff. testam. num. 79.*

Corroboratur firmata sententia per eam communem conclusionem passim approbatam, quod dos data, siuè donata extraneæ, reuocatur natis liberis, etiam si matrimonium duret, vt scri-
16 bit *Parpal. in repet. l. 2. col. 11. ff solut. matrim. Tiraquel. in l. si vnquam verb. donatione largitur num. 59. 65. 68. & num. 196. C. de reuocand. donat.* debuit enim maritus cogitare donantem posse habere liberos, & dotis constitutionem
17 reuocari vigore eiusdem *l. si vnquam*, quos sequitur *Baetia cit. cap. 32. num 6. & sub num. 11. vers. his conuenit*, qui *d. num. 6. vers. hac opinio*, probat sententiam hanc omni vacare ambiguitate, si Gener sciebat dotem sibi datam, vel promissam, excedere summam legitimæ adequatam, & congruentem patrimonio dotantis.

Et hanc principalem sententiam amplexus fuit Senatus Cataloniæ die 18. Martij 1606. vt testa-
18 tur *Fontanel. de pact. nupt. clauf. 4. glos. 28. nu. 9. lib. 1.* ea præcipuè *ex Baetia loc. rel. n. 8. & 9.* deducta, quod non agitur de reuocanda dote constante matrimonio, sed de reuocanda immodica dote, quam maritus pro portione excedente, non censetur habere ex causa onerosa, sed potius ex lucratiua causa, vt ante eum
19 tradit *Baetia alleg. cap. 32. num. 10.* Quoniam donatio ob causam dicitur titulus onerosus tantùm proportione æquiualenti causæ; quantum
20 tamen excedit, dicitur titulus lucratiuus, & mera gratuita donatio, & sic distinguitur inter congruentem dotem, quam titulo oneroso ha-
21 bet *Vir. d. l. fin. §. si à Socera ff. quæ in fraud. credit.* & excessiuam, quam pro ea parte, in qua excessum est, dicitur habere ex causa lucratiua, vt amplè scripsit *Fontanel. de pact. nuptial. cit. num. 9.*

Si verò Socer decepisset Generum affirmando facultates suas esse opulentiores, quam sunt; tunc Socer ipse neq; actione, neq; exceptione huiusmodi vti potest aduersus Generum petentem
22 dotem; & si alioquin sibi permitteretur *Baetia sub d. num. 11. & 13.* ad instar minoris, qui se maiorem esse asseruit, qui minimè restituitur
23 *tex. in l. 2. C. si minor se maior. dixer. Baetia cit. cap. 32. num. 11. vers. illud post Molin de donat. fact. in contract. matrim. num. 65. vers. si verò*
24 *docuit.* Idem in Fratribus procedere asserit *Baetia l. c. argu. l. si quis affirmauerit ff. de dolo, Segura in l. cohœredi §. cum filia, & §. crederem tamen vers. 2. casu ff. de vulg. & pupill.*

Qui auctor concludit in *vers. Quare si, & vers. si tamen*, quod si Gener sciebat per immodicam
25 dotem aliorum filiorum legitimam lædi, reuocari potest dos immodica etiam constante matrimonio quo ad eam partem, quæ immodica dicitur, & cccedit iures dotantis; secus, si igno-
26 rabat; quia tunc non debet de fraudari Gener constante matrimonio, qui aliàs sine ea dote ad matrimonium non deuenisset, & à Socero, siuè vxoris Fratribus dolo inductus, sub prætextu, quod legitima filiorum non lædebatur, vel quod
27 facultates ampliores essent; Huiusmodi etenim simulatio, & dolus illi nocere debet, nec patrocinari Patri, siuè fratribus, iuxta *c. id quod nostrum de reg. iur. Fontanel. de pact. nuptial. claus*
28 *6. glos. 2. part. 5. num. 4.* & dictum fuit supr. in *cap. 167. d. num. 21. lib. 2.* Id circò si mulier dolo contrahens simulans se virum, non iuuatur Velliano *l. si decipiendi C. ad Vellianum*, vt subijcit ibidem *Baetia sub nu. 11. vers. si mulier.* Prout si mulier nupta contrahens fingit se non nuptam, & contrahat absq; viri consensus, contractus nocebit sibi, non tamen marito, vt subijcit idem *Baetia l. c. num. 13. in fine.*

Huic tamen beneficio immodicæ dotis posse re-
30 nunciari concludit *Bertrand. in repet. l. hac edictali §. si verò plus. n. 19. C. de secund. nupt.* quem sequitur *Baetia loc. rel. num. 15.*

Et si constitutio dotis facta fuit de bonis prohibitis, & sic non tenuit; Ad congruam dotem iterum

assignan-

assignandam cum interesse tenetur Pater, siuè Frater, si dotem constituerunt, vt probat *Curt.*
31 *Senior. conf. 27. col. fin. Roman. conf. 517. incipit in causa proposita consultationis*; Secus, quando
32 reuocatur ratione immodicæ summæ, vt scribit ibidem *Baetia num. 16.*

Creditoribus verò non competit actio reuocandi dotem immodicam constante matrimonio, nisi
33 Gener participasset de fraude, soluto verò matrimonio posset à creditoribus auferri dos *l. fin. §. si à Socero ff. quæ in fraud. cred. vbi Bart. & l. 2. C. eod. tit. & DD. in §. Item si quis in fraudem. Instit. de act. Campeg. de dote par. 1. q. 14. incipit. an Pater possit dotare*, & post eos tradit *Baetia num. 17.*

Præterea si maritus magnas arrhas, ideſt donatio-
34 nē propter nuptias promisit vxori, attenta opulenta dote sibi constituta, vbi dos vti immodica reuocetur, & sic sua spe frustretur, non poterit vxor dictas arrhas petere, tanquam proptèr causam amplæ dotis promissam, qua cessante, cessat etiam illius effectus, cum verisimile fit, quod si tàm ampla dos non fuisset promissa
35 viro, nec ipse tam amplas arrhas promisisset, & sic nisi spe consequendi amplam dotem *l. pollicitatione C. de donat. antè nupt.* vbi probatur, quod mulier, quæ virum in dote fefellit, non potest ab eo petere donationem propter nuptias, amplæ dotis contemplatione factam, vt ibidem explicat *glos.* quam sequitur *Baetia sub n. 18. post Roder. in repet. l. p. ad leges Tauri. tit. de las arrhas §. nota vlteriot vers. vnum casum quotidianum.*

Addit vlterius ibidem *Baetie*, quod dos, quæ differ-
36 tur solui vltra promissum non meretur donationem propter nuptias, vt in *Auth. dos data C. de donat. dot. §. hoc igitur in verb. virum*, vbi habetur, quod si vxor non soluit dotē promissam, nihil lucratur ex pacto, & ità iudicatum
37 fuisse scribit *Afflic. decis. 242. per totum, & decis. 333.* sed tantum debebitur donatio propter nuptias ad ratam solutæ dotis, vt in *Auth. de eligendo secundo nubent. §. illud quoq;* & ibi *Angel. & in l. ex morte C. de pact. conu.* & tradit *Afflic. decis. 242. n. 2. vers. si vero partem.* Quæ donatio propter nuptias tamen deberetur, si ante aduentum tempus solutionis dotis moreretur
38 maritus; quia tunc culpa vxoris aliqua non interuenisset, vt ait *Afflic. d. decis. 333. & Baetia num. 19.*

Quo casu immodicæ dotis retractandæ, & restituendæ eius etiam fructus restitui debent, si
39 sciens vir immodicam esse contraxit, secus, si ignorabat; quia tunc ex iusta, & probabili causa credidit fructus suos facere posse, vt subijcit *Baetia sub alleg. num. 11. vers. his conuenit.*

SVMMARIA.

Iurisditionis extensio in Magistratibus difficillimè permittitur num. 1.

Magistratus vtitur tantum iurisdictione ex ordinibus, siuè à statutis expresiè numer. 2.

Iurisdictionem nemo exercere valet, nisi ex Principis auctoritate num. 3.

Mercatorum Iudices de causis aliarum personarum cognoscere nequeunt num. 14. etiam de partium consensu num. 5.

Index ordinarius potest inhibere, ne alius iudicet in causis ex partium consensu, quia in sportulis lederentur num. 6.

Iurisdictio sua vnicuiq; seruanda est, & vna aliam impedire non debet num. 7. 8.

Mercatorum Iudices, de alijs rebus iudicare nequeunt, neq; inter alias personas num. 9. Contrarium verius num. 12. 13.

Noua Constitut. Mediolani dans Iurisdictionem Abbatibus mercatorum, etiam inter priuatas personas ratione negotiationis num. 10.

Senatus decisio in ea materia num. 11.

Littera cambij cognoscuntur per Iudices mercatorum numer. 13.

Consuetudo tribuit iurisdictionem num. 14.

Consuetudo probata dicitur, si semel exercere quis consueuit, sed melius per bines saltem actus num. 15. 16.

Reus cōueniri regulariter corā eius Iudice debet n. 17. Actor sequitur Forum rei num. 17. Limitatur fauore Mercaturæ, & negotiationis num. 18.

Negotiationis causa magis expeditè terminanda sunt numer. 19.

Conueniens aliquem ad forum vetitum punitur, vel penitere valet, vsq; ad contestationem litis numer. 20.

Praeuentioni locus est, quando cumulatiua est Iurisdictio inter plures Iudices num. 21.

Praeueniens in procedendo, non dicitur vsurpare alienam iurisdictionem, si communis est iurisdictio, & cumulatiua num. 22.

Decisio Magna Curia Reg. in ea materia num. 23.

Mercantili fori Iudices cognoscunt etiam de litteris cambij inter priuatas personas.

CAP. CCLXXXVI.



Assim erecta fuere Tribunalia in Ciuitatibus Italiæ, Franciæ, & Belgiæ vbi frequens est mercatorum negotiatio, & in quibus ipsi sedent, vt hic Mediolani, Messanæ, in alijs Ciuitatibus plu ribus; Pròfaciliori causarum terminatione, quæ summariè cognoscuntur, & habentur hic Mediolani in *Nou. Constit. tit. de off. Abb. & Consulum Mercatorum*, Quæritur, an horum Abbatum, siuè Consulum iurisdictio de mercantijs, siuè mercimonio, & negotiationibus loquens, se extendat ad litteras cambij inter priuatas personas factas.

Et prima facie negatiuè respondendum videtur cum extensio ad inferioris Magistratus iurisdi-
1 ctionem ampliandam difficillimè permittatur. *Schenard.*

Schenard. conſ. 1. num. 64. par. 2. Raudenſ. conſ.
50. num. 303. lib. 1. quos terminaliter ſequitur
Giurba conſ. 92. num. 1.

Officialis enim ſola vtitur iuriſdictione à Statutis
2 expreſſà *l. More ff. de iuriſdict. omn. Iudic. Bald.*
in Auth. caſſa C. de Sacroſ. Eccleſ. & in Auth.
ſtatuimus C. de Epiſc. & Cleric. & poſt multos
per eum relatos probat *Ruginel. prac. qq. cap.*
42. num. 4. & Raud. cit. conſ. 50. n. 305. neque
quis habere, vel exercere poteſt iuriſdictionem,
niſi de expreſſà Principis conceſſione *Caſs. in*
conſued. Burgund. rub. 1. num. 102. & rubr. 3. §.
4. num. 14. Didac. pract. qq. cap. 1. num. 10. Ca-
bed. deciſ. 12. num. 2. par. 2.

Cum itaq; vt plurimum conceſſa ſit iuriſdictio hu-
iuſmodi mercatoribus in cauſis tantum merca-
torum, & mercimonij, ſiuè negotiationum, 3
de alijs inter non mercatores pendentibus co-
4 gnoſcere nequeunt *Salic. & Bald. in l. fin. qu. 2.*
C. de iuriſd. omni. iudic. Iaſ. in l. Age C. de tran-
ſact. & conſ. 103. num. 2. lib. 1. Stracha de mer-
cat. tit. de Iudic. mercat. nu. 12. Ruginel. d. pra-
ctic. q. cap. 44. num. 14. Accedente etiam con-
ſenſu partium, quod magis eſt; quia non datur
5 prorogatio diuerſæ ſpeciei, *Socin. in c. ſignificaſti*
nr. 4. qu. 6. de foro compet. Vant. de nullit. deff. iu-
riſd. Ordin. num. 51. & in indiuiduo locum non
habet prorogatio iuriſdictionis ad alias cauſas
diuerſæ qualitatis, vt diſponit *l. repetita C. de*
Epiſc. & Cleric. & c. 1. & 6. de offic. deleg. Amat.
deciſ. 9. num. 12. & Ruginel. cit. cap. 42. nu. 17.

Et ſi fieret de facto a Iudice Ordinario, poſſet im-
6 pediri, quia in ſportulis læderetur *gloſ. in l. de*
iure in verb. numera ff. ad municip. DD. in l. 1. §.
& poſt operis ff. de nouis operis nuntiat.

Iuriſdictio namq; ſua vnicuiq; ſeruanda eſt, & vna
7 aliam impedire non debet *Bald. in l. 1. in fine ff.*
de Iudic. & in l. certa ratione num. 4. C. quando
prou. non eſt neceſſe Amat. deciſ. 9. num. 25. 32.
& 33. ne confundatur iuriſdictionis ordo *c. per-*
8 *uenit in fin. 11. qu. 1. l. nemo, & ibi gloſ. in verb.*
Auxilium C. de iuriſd. omn. iudic. Gail. lib. 1. ob-
ſeru. 3. num. 6. & obſeru. 119. num. 2. Natta
conſ. 291. num. 1. 2. Ruginel. practic. qq. cap. 43.
num. 9. 10. igitur huiuſmodi mercatorum Conſu-
les, neq; inter non mercatores cognoſcere de-
bent, neq; inter eoſdem mercatores in his, quę
9 ſunt extra mercaturam *Bart. & Bald.* & cæteri
in l. fin. C. de iuriſd. omn. iud. Barboſa in l. 1. ar.
1. n. 78. ff. de iuriſd. omn. iudic. Stracha de mer-
cat. tit. de Iudicib. num. 12. & Tuſcuſ. Card. lit.
M. concl. 207. num. 22.

In hoc Dominio Mediolani fruſtra diſputatur de
10 hac materia, cum *Nou. Conſtit. in tit. de offic.*
Abb. & Conſul. Mercat. abſolutam eis tribuant
iuriſdictionem in omnibus cauſis negotiatio-
num, & à mercimonio dependentibus, & in
cauſis litterarum cambij, quas locum habere
etiam inter priuatas perſonas ſæpè declarauit
Senatus Excellentiſs. præſertim in cauſa Capit.
11 Palomeri contra Paulum Antonium Caroel-
lum 1653. referente Ampliſs. D. Senatore Bra-
gherio, decernendo iuriſdictionem D.D. Abba-
tum, & Conſul. Mercatorum ſubſiſtere etiam
inter has priuatas perſonas, & litteras cambij
habere earum effectum.

Cæterù iure cõmuni inſpecto de ÆQVITATE lit-
terarum cambij cognitio continetur ſub iuriſdi-
ctione mercatorum, & inter priuatas perſonas,
12 cum mercantiæ, & negotiationis ſpecies ſit
cambij materia; ità vt iuriſdictio limitata ad
cauſas mercantiles ſuadente ÆQVITATE ex-
tendatur ad cauſas litterarum cambij, & ad
13 cauſas diuerſæ ſpeciei *l. quoties, vbi D.D. C. de*
iudicijs, Bart. & alij in l. interdum §. qui furem
ff. de furtis, Merlin. deciſ. 96. num. 38. & hanc
ſententiam amplectitur *Giurba cit. conſ. 92. nu.*
15. in fin. & num. 18.

Qui Author loquendo de iuriſdictione Conſulum
Maris Ciuitatis Meſſanæ ſcribit *num. 16.* ex con-
ſuetudine poſſe ipſos Conſules extra negotium
mercaturæ cauſas cognoſcere per *Ruginel. cit.*
cap. 44. num. 11. Quia conſuetudo dat iuriſdi-
14 ctionem *l. 1. C. de emancip. liber. l. viros,* & ibi
Bart. poſt gloſ. C. de diuerſ. offic. lib. 12. c. cum
contingat de for. compet. & c. conqueſtus 9. qu. 3.
Crauet. conſ. 238. num. 6. & 7. Piaggius de con-
ſuetud. q. 8. num. 131. & 137. cum ſeqq. 141. &
148. quos ſequitur *Giurba cit. conſ. 92. num. 16.*

Et plenè probata intelligitur conſuetudo iuriſdi-
ctionem exercendi, ſi ſemel eam exerceri con-
15 tigerit *Felin. in c. auditis num. 19. de præſcript.*
Abb. conſ. 71. Alex. conſ. 74. nu. 16. lib. 4. Alba.
16 *conſ. 34. num. 2.* & poſt eos *Giurba loc. rel. n. 17.*
vel ſaltem bis eam exerceri; cum bini actus re-
quirantur iuxta *tex. in l. 2. ff. de vſucap.* & latè
probat *Borell. conſ. 10. num. 11.* quem citat, &
ſequitur *Giurba num. 21.* & conferunt ſcripta
per *Marantam in eius ſpeculo par. 4. tit. Iuditium*
mercatorum numer. 62. & 63. pagin. 164.

Quamuis enim regulariter reus conueniendus ſit
coram ſuo Iudice, dum actor ſequi debeat forũ
17 rei *c. 1. de foro compet.* Limitatur tamen regula
fauore mercaturæ, & negotiationum; quia
18 ex cauſa mercaturæ debitor conueniri poteſt
coram Conſulibus Mercatorum, vel negotia-
19 tionum, vt cauſæ magis expeditè terminentur;
arg. in l. penul. C. de iuriſd. omn. Iudic. & probat
Bald. & Caſtrenſ. in l. fin. C. eod. tit. Alba conſ.
579. num. 7. Schadrer. de feud. p. 10. ſect. 2. nu.
5. Stracha de mercat. tit. de indic. num. 14.

Aliter trahens aliquem ad forum vetitum, pænam
non euitat, & ſi ad litem vſq; conteſtatam pæ-
20 nitere eum poſſit *Bald. deciſ. 229. Alex. conſ. 12.*
lib. 6. Eugen. conſ. 31. Amat. deciſ. 9. in princ.
Vant. de nullit. tit. qualis ſentent. nulli. num. 80.
in fin. Ruginel. practic. q. q. cap. 42. num. 7.

Quando verò iuriſdictio comulatiua eſt inter di-
uerſos Iudices, is, qui præuenit præferendus eſt,
in tantum, vt alios incompetentes reddat per
21 præuentionem, vt probat *Afflic. deciſ. 354. n.*
15. & 18. Schrader. conſ. 34. num. 5. quos ſequi-
tur *Giurba cit. conſ. 92. num. 20.*

Et habens iuriſdictionem non dicitur vſurpare
alienam,

aliená, ſi procedit in eadẽ cauſa, donec cognoſca-
22 tur, quis eorũ præuenerit, *Maſtril. decif.* 241. *n.*
201. & latè tradit *Gurba cit. conſ.* 92. *num.* 22.
Vbi in fine teſtatur per M. R. C. fuiſſe deciſum
23 anno 1622. quod Conſules Maris non moleſta-
rentur, eo quia cognouerant ſuper litteras cam-
bij, cuius cauſæ cognitionem ad Iudicem Ordi-
narium ſpectare prætendebatur.

S V M M A R I A.

Mora nociua ſemper eſt moroſo num. 1.
Creditoris moroſi in exigendo culpa compenſatur cum mora debitoris num. 2.
Mora vnius extinguit aliam alterius num. 3.
Creditoris vltima mora præponderat præcedenti culpæ debitoris num. 4.
Mora in pari cauſa melior eſt conditio rei, quàm actoris num. 5.
Creditor moroſus bibere debet calicem, ſi attenta eius mora debitor decoxit num. 6.
Viro negligenti in exactione dotis, & eius hæredibus, eſt imputandum, ſi debitor interim decoxit num. 7.
Contrarium num. 11. *ſi Socer non fuit pulſatus, ſecus ſi eius hæres num.* 12.
Dos tradita dicitur per conſignationem inſtrumenti crediti in eam cauſam ceſſit num. 8.
Res æſtimata in dotem data periculo mariti perit num. 9.
Creditoris negligentia in exigendo creditum excludit regreſſum contra fideiuſſorem, ſi principalis debitor interim decoxit num. 10.
Dos exigitur expenſis mulieris num. 13. 14. 18. 19.
Contrarium num. 13. *&* 15.
Diſtinctione tollitur contraria ſententia, vt prima locum habeat in expenſis magnis. Secunda verò in paruis num. 16. *&* 17.
Æſtimatio bonorum regulariter facit emptionem numer. 20.
Vxor agere poteſt ad pretium fundi in dotem æſtimatam dati num. 21.
Hæredes viri poſſunt reſtituere dotem in pecunia, vel in fundo æſtimato, in dotem dato num. 22. 23. 24. 26. 27. *Deciſio Senatus Taurini num.* 28.
Æſtimatio fundi in dotem traditi facta videtur, vt quantitas decernatur, ad quam dos aſcendit nu. 25.
Marito effecto paupere, vxor recipere debet pro eius dote fundum ad quam dos aſcendit num. 29.
Permutatio fundi dotalis per maritum facta; ità demum valet, ſi eſt vtilis mulieri num. 30.



Viro an ſit imputandum, ſi dotem non exegit, præſertim à Socero.

CAP. CCLXXXVII.



MOram moroſo ſemper nociuam,
& præiudicialem eſſe abundè
1 ſcripſimus ſupr. *in cap.* 88. *num.*
9. *lib.* 1. *& cap.* 113. *num.* 13. *lib.*
2. Quam moram non ſolùm co-
mitti certum eſt per debitorem
tempore conuento non ſoluentem debitum; Ve-
2 rum etiam per creditorem negligentem crediti
exactionem; Tunc enim culpa creditoris com-
3 penſatur cum mora debitoris *l. ſi ambo, vbi Ca-
ſtren. ff. de compenſat. D.D. in l. Vinum, & l. nu-
mis ff. de in litem iur.* & probat *Afflic. decif.* 150.
num. 29. Quia mora vnius alteram extinguit
Rota Genuenſ. decif. 144. *num.* 13.
Quinimò creditoris vltima mora præponderat
4 præcedenti culpæ debitoris; vt ex *l. ſi ſeruum §.
ſequitur ff. de verbor. obligat.* probat *Afflic. cit.
decif.* 150. *num.* 30. & in pari mora melior eſt
5 conditio Rei, quam Actoris *Alex. conſ.* 49. *col.*
2. *lib.* 2. *& Rota Genuen. decif.* 118. *num.* 1. quos
ſequuti fuimus ſuprà *in cap.* 88. *num.* 12. *lib.* 1.
6 *vbi nu* 28. diximus creditorem moroſum bibere
debere calicem, ſi ob illius moram interim de-
bitor decoxit.
Propterea, ſi vir negligens fuit in dotis exactione,
7 ſibi, & eius hæredibus imputandum eſt, non
vxori, ſi debitor, vel alius illi aſſignatus effe-
ctus eſt non ſoluendo; cum enim ipſi marito
competeret actio exigendi dotem, ſiuè pecu-
niam pro dote aſſignatam, quæ tradita dicitur
8 per conſegnationem inſtrumenti crediti, ceſſi;
ad ipſum maritum, tanquam ex traditione Do-
minum pertinet periculum exactionis *l. ſi fun-
dum ff. de fund. dotali; & l. in rebus C. de iur. do-
tium*, & probat *Garzia de expenſ. & melioram.
cap.* 13. *num.* 1. *& ſub num* 34. *verſ. cum enim, &
numer.* 35. allegans *text. in l. in rebus C. de iur.
dotium.*
Quæ concluſio eò facilius locum habet, ſi res æſti-
9 mata in dotem datà fuit, quia periculo mariti
res æſtimata, vel quantitas, prout ſubijcit *Gar-
zia l. c. ſub num.* 34. *in fin.* Conferunt tradita per
10 *Menoch. conſ.* 719. *num.* 46. dicens, quod negli-
gentia Creditoris in exactione crediti excludit
regreſſum contra fideiuſſores.
De ÆQVITATE tamen verior videtur contraria
ſententia, quod ſcilicet non teneatur Maritus
verſus vxorem, ſi ſua culpa, vel negligentia
11 dotem non exegit; præſertim ſi à Socero eam
exigere debebat, vt explicat *tex. in l. extraneus
§. ſed ſi patre ff. de iur. dot. gloſ. in l. ſi Socer §. Lu-
cius verſicul. redditurus ff. ſolut. matrim.*
Hanc ſententiam defendunt *Dinus, Cuma; & Alex.
in l. nupta §. quoties ff. ſolut. matri.* & ante eos
probat

probat *Bald. in d. l. si extraneus ff. de iur. dot.* ex-
presse dicens, quod licet non imputetur viro,
si non exegerit dotem à Socero, imputatur ta-
men; si non exegerit ab hæredibus Soceri,
12 quibus non præstatur tantus fauor *l. ob res §.
vlt. ff. de pact. dotal.* quem sequitur *Montepicus
in repet. l. Titia §. Titia cum nuberet num. 24. ff.
de legat. 2.*

Verba tamen *d. l. Extraneus*, licet contrarium
veriùs esse dicatur in alia persona, quàm Socero,
dum ibi *Vlpianus* dicit, *si quis dotem promisit,
neq; defectus sit facultatibus, antequam dotem
daret, imputabitur marito, cur eum non conuenerit,
maximè si ex necessitate, non ex voluntate dotem
promiserit*; attamen verba sequentia conclusio-
nem firmant; quod prosequitur Vlpianus; *sed
quid, si vel Pater, vel ipsa promiserit? Iulianus qui-
dem lib. scribit; & si Pater promiserit, periculum
respicere ad maritum; quod ferendum non est.*
Debet igitur mulieris esse periculum, nequa-
quam enim Iudex proprijs auribus audiet mu-
lierem dicentem, cur Patrem, qui de suo dotem
promisit, non iusserit ad solutionem, multò mi-
nus, cur ipsum non conuenerit, rectè itaq; Sabi-
nus disposuit, vt diceret, quod Pater, vel ipsa
mulier promiserit, id viri periculo non esse,
quod debitor muliebris id viri esse periculo, de
quo *Garzia cit. cap. 13. num. 36. in fin.*

An autem proprijs expensis exigere dotem tenea-
tur vir, vel potius vxoris expensis, siuè ab illa
recuperandis, vel compensandis cum dote,
variant scribentes, *Bart. in l. 1. C. bon. mater.*
concludit expensas factas per maritum esse
13 compensandas cum dote vxoris; *glos. verb. in d.
2. C. act. & obligat.* contrarium statuit, quam
glos. comendat *Cassan. in consuetud. Burgund. rub.
4. §. 17. vers. quero*; quam sententiam commu-
niorem esse tradit *Pinel. in d. l. 1. par. 2. num. 2.
C. de bon. mater.*

Prima opinio *Bart.* præcipuum habet fundamen-
tum in eo, quod cum expensa prædicta necessa-
ria sit, quam vir omittere nequit, illam recupe-
rat vir mediante compensatione cum dotis par-
14 te, iuxta *l. 4. ff. de impens. in rebus dotal. fac.* Se-
cunda verò eam habet rationem, quod cum vir
dotem sibi numerare statim minimè conuene-
rit, sed dilationem concesserit ad illam sibi sol-
15 uendam, siuè potius nomen debitoris accepe-
rit, sibi, non vxori imputari debet expensa præ-
dicta.

Distinguit tamen *Alex. ad Bart. in d. l. 1. ff. de im-
pens. in reb. dotal. fact.* inter expensas magnas,
16 vel paruas, cum magnas compensandas esse
concludat, paruas verò donatas vxori præsu-
matur, *argu. in l. penul. ff. de impens. in reb. do-
tal. fact. Campeg. de dote par. 2. q. 44.* & post
alios scribit *Garzia loc. cit. sub num. 37. propriè
finem cum num. seq.* qui *sub num. 39. vers. certe*,
concludit, quod de ÆQVITATE huiusmodi
17 expensas magnas compensare tenetur vxor,
præcipuè verò factas in reparatione rerum do-
talium, quia iniquitas esset, vt vir expensas ad
proprium damnum faceret pro conseruatione
18 rei vxoris, *argu. l. conquerebatur §. prædijs ff. de
legat. 3.* & tradit *Garzia cit. num. 39. vers. itaq;
si vir scribendo sub num. 38. in fin.* quod æquali-
tas non est, vt fructus rerum dotalium litibus
19 vxorijs consumantur; vxor verò sumptibus viri
alatur, ex quo damnum de suo patitur vir; quod
non est admittendum.

Non omittitur hic ea quæstio, An vxori effectæ
viduæ possint restitui eadem bona in dotem
estimata, viro tradita loco pecuniæ, in qua dos
fuit constituta; quæ sanè quæstio frequenter oc-
curit, & decisiuè procedendo, licet æstimatio
20 bonorũ regulariter faciat emptionem, & vendi-
tionem *l. quoties C. de iur. dotal. si ex conuentio-
ne, vbi Ias. C. de pactis, Cephal. cons. 735. n. 7. lib. 5.
Soc. cons. 56. col. 3. lib. 1. Dec. cons. 682. n. 11. Alex.
cons. 79. n. 2. lib. 5.* quos sequitur *Thesaur. lun. qq.
famil. 21. n. 2. lib. 3.* Et sic dos constituta dicatur
in quantitate mediante æstimatione fundi, non
in ipso fundo; ad cuius fundi valorem, siuè
21 pretium agere potest mulier, vt probat *Natta
cons. 650. num. 3. & Becc. cons. 42. num. 5.* &
ità iudicasse Senatum Taurini testatur *Thesaur.
lib. 3. q. q. famil. 21. num. 2.*

Attamen ÆQVIVS videtur, vt in facultate hære-
dum viri sit restituere dotem in pecunia, vel in
eisdem bonis æstimatis sibi promissæ dotis solu-
22 tione traditis *l. in rebus C. de iur. dot. Franc. à
Ponte q. q. laudem. 29. num. 17. Thesaur. alleg. q.
21. sub num. 2. vers. non obstat lib. 3.*

Quam sententiam amplectitur *Gratian. lib. 3. discep.
foren. cap. 489. num. 6.* dicens, quod si fundus
23 datus est pro certa quantitate debiti dotalis,
sicuti ad illam agere potest vxor pro dotis recu-
peratione; ità vir, & eius hæredes restituere
valent eundem fundum æstimatum pro dote
ipsa; quam conclusionem comprobat idem
*Gratian. lib. 5. cap. 826. num. 75. per tex. in l.
plerumq; in fin. ff. de iur. dot. & l. quod autem §.
si maritus ff. de donat. inter vir. & vxor.* conclu-
dendo esse in electione viri, vti debitoris dotis,
24 restituendæ, tradere fundum dotalem, vel il-
lius æstimationem *Natta cit. cons. 650. num. 4.
Socin. cons. 56. sub num. 4. vers. quintus casus lib.
1. & Cardin. Mantic. de tacit. & ambigu. lib. 1.
tit. 28. num. 32. vers. tertius est casus*, cum esti-
matio huiusmodi facta potius dicatur, vt decer-
natur, ad quam quantitatem dos ascendat, quàm
ad quod dotalis fundus sit, vt perpendit idem
25 *Gratian. cap. 745. num. 89. & 96. lib. 4.*

Cum autem libentius fundus æstimatus in dotem
traditus, restituendus erit, si huiusmodi tradi-
tio facta fuit ipsi vxori præsente vxore marito
promittente restituere, & rem estimatã tenere
26 nomine vxoris; Quia tunc licet pro parte dotis
data fuerit illa res, siuè fundus, vxor tamen fa-
cultatem habet illum petere iuxtà traditionem
Socin. in cit. cons. 56. vers. secundus casus; Quo-
niam idem est, ac si conuentum esset exprese, vt
res estimata restitueretur, quo casu res, non
27 pretium restitui debet, *cit. l. quoties, & l. si in-*

ter. C. de iur. dotium, facit tex. *in l. ità, & l. seq. ff. eod. tit. Oalb. decis. 21. num. 7.* & ità decisum
28 fuisse per Senat. Taurinen. testatur *Thesaur. Inn. qq. famil. 21. num. 3. lib. 3.*

Prout eandem rem æstimatam recipere debet vxor pro eius dote, quando maritus effectus est pauper, nec ei est soluendo, vt probat *Ias. in citat. §. actionem col. 16. Instit. de actionib.* quem
29 sequitur *Thesaur. cit. q. 21. num. 4.* Qui Author *num. 6.* concludit permutationem fundi dotalis per maritum factam ità demum valere, si huius-
30 modi permutatio vtilis sit vxori per *alleg. l. ità ff. de iur. dotium.*

SVMMARIA.

Demolitio domus facienda ob delictum. Domini non impeditur per creditores num. 1.
Contrarium num. 2. 5. 7. sed malè obseruatum à Fisco num. 8.
Pæna suos tenet auctores num. 3.
Pænâ commutatione delictum etiam punitum dicitur num. 4.
Fiscus tenetur resarcire damnum creditoribus, si domus delinquentis pro bono publico demolitur numer. 6.
Idem procedit in demolitionibus domorum pro maiori securitate fortalicij. num. 9.

Lege, vel statuto disponente, vt bona delinquentis destruantur, an locum habeat pæna huiusmodi in tertij præiuditiũ, siuè creditoris delinquentis.

CAP. CCLXXXVIII.



EX statuto, siuè proclamationibus Principis sæpè disponitur bona delinquentis, vt latronum, & similium, destruantur, ad tollendam opportunitatem præsertim delinquendi; Hæsitant idcircò scribentes, an huiusmodi destructio, siuè demolitio fieri possit in præiudicium tertij habentis ius in huiusmodi domo, siuè Turri destruenda, aut in præiuditium creditorum delinquentis.

Et demolitionem bonorum non impediri per creditores delinquentis, siuè per eos, qui ius aliquod in dictis bonis, vt potè domo, vel turri ha-
1 bet scripsit *Barthol. Brixiens. in q.q. Domus n. 44. incipit duo communem domum, & Dyn. in l. 1. §. indè quæritur solutio ff. de nou. oper. num. Alber. de Stat. lib. 3. q. 46 num. 4. in fin. & in l. 1. num. 24. & in §. post autem num. 1. vers. quæritur, & num. 2. ff. de nou. oper. nuntiat. Io. And. in c. super spec. in fin. de priuil.*

De ÆQVITATE tamen contrarium verius est,
2 vt domus scilicet, siuè Turris, non demoliatur, sed pæna commutetur, ne tertio, siuè creditori delinquentis fiat præiuditium, cum pæna suos autores teneat non, alios afficiat *arg. eorum,*
3 *quæ notantur in l. quod ergo §. pæna grauior ff. de his, qui notant. infamia.* Commutando enim pænam, delictum impunitum non remanebit; neq; Innocens pro alieno delicto damnum sen-
4 tiret, vt probat *Cynus in l si seuerior in fin. C. ex quibus causis infa. irrog. nu. Baldus Sal.*

Statutum enim, siuè proclama mandans bona delinquentis deuastari, intelligi debet siuè tertij
5 præiuditio *l. 2. §. si quis à Principe cum simil. ff. nenquid. in loc. pub.* quam rationem adducit *Bart. in l. Athems §. de eo prope finem, & in l. qua in bet ff. de aqua pluu. arcenda.*

Hanc sententiam sequitur *Gemin. in c. felicis col. 3. vers. Io. de Imol. vbi Franc. num. 3. propè finem vers. sed nobis de pænis lib. 6.* cum qua opinione transit *Floria. in l. Fiscum num. 2. circa medium vers. alij ff. commun. diuid. Clar. in eius pract. q. 82. ad stat. 8. vers. sed quid delinquens in vers. seq.* tradens, quod vbi pro publico bono interes-
6 set, vt domus, siuè Turris demolicetur: Tunc Fiscus tenetur soluere creditoribus eorum creditum, siuè Socijs prætium portionis huiusmodi domus ex *Corseto singulari incip. duo fratres in vecb. Ceitas*, quod est singulare.

Quam opinionem esse humaniorem, & ÆQVIO-
7 REM scribit *Salic. in l. & si seuerior C. ex quibus caus infam. irrog.* & satis ÆQVAM dicit *Abbas in c. super spec. eas num. 2. in fin. de priuileg.* quos sequutus est *Rosa decis 717. num. 5. 6. & 7. par. p. in nouis.* subijciendo eam esse veriorem, & ÆQVIOREM sententiam passim in foro approbatam, & eam sequitur *Fontanel. de pact. nuptial. claus. 6 glos. 2. par. 2. num. 9.*

Quamuis subijciat *Ciat. in fin. ex Alberic. in 3. par.*
8 *stat. q. 7.* quem sequitur *August. ad Angel. de malef. in verb. & eius bona sub. num. 10.* quod de facto contrarium seruetur, cum vigore Statutorum omnino destruantur bona delinquentis ad aliorũ exemplum, quamuis Fiscus de suo satisfacere teneatur Socio, vxori pro dote, & alijs creditoribus.

Idem obseruatur, si pro maiori securitate Arcis, vel, siuè ad Arcem conseruandam demolirentur
9 tur domus particularium, cum vigeat eadem ratio, & ità fuit obseruatum retroactis annis pro maiori securitate Arcis Portæ Iouis hic Mediolani, & Papiæ, Derthonæ, Alexandriæ, Laudæ, & Cremonæ, quamuis Illustriss. Magist. Ord. redd. tot redditus assignauerit creditoribus pro fructibus rei.

SVMMARIA.

Actus de facto, & sine citatione factus, sapit spolium numer. 1.
Citari quis debeat ad actum præiudicialem num. 2.
Deus citauit Adam antequam illum eiceret è Paradiso terrestri num. 3. & 4.
Citatio fit, vt citatus se defendat num. 5. 20.

Indicata

Iudicata res nocet tertio tribus concurrentibus num. 6. & 7.
Excutitur debitor per creditorem, antequam tertius possessor molestetur num. 8.
Lite pendente, non impeditur debitor, quin alienet rem speciali hypoteca obnoxiam num. 9. & 10.
Fraudis suspitio excluditur, si ex pratio rei vendita pendente iuditio fuit sanatum as alienum num. 11.
Sententia exequitur circa emptorem rei obligata, & empta iuditio pendente absq; alia citatione nu. 12.
Venditio rei facta lite pendente dicitur fraudulenta, si venditori nihil remaneat pro satisfactione creditoris num. 10. 13.
Lites cum breuitate expedienda sunt num. 19.
Iuditium Autoris in ea materia num. 15.
Dolus in emente, & vendente lite pendente prasumitur, si ambo sciebant litem pendere num. 16.
Fraudibus obuiandum esse num. 17.
Emptor emens lite pendente, & sciens venditori non esse soluendo, tenetur restituere, seù relaxare creditori rem emptam, etiam si non fuit citatus in eo iuditio num. 21.
Citari debent illi, qui ius habent in re, tempore iuditij moti num. 23.
Sententia lata contra primum substitutum nocet alijs substitutis num. 23.
Fraus odiosa est valdè legi, ità vt actio restitutoria contra illum concedatur fraudato num. 24.
Vitio litigiosi afficitur res per citationem intimatam numer. 25.
Vitio litigiosi antiquo iure afficiebatur res per litis contestationem num. 26.
Vitium litigiosi non inducitur, si agitur circa emptorem exempto num. 27.
Vitium litigiosi committitur, quando agitur de Dominio, vel possessione rei num. 28.
Vitium litigiosi non consideratur in actione hypotecaria num. 29. & 31.
Vendita res cum eius onere transit num. 30.
Hypotecaria in actione non agitur de Dominio rei, nec ad dominium rei obtinendum, sed tenditur ad consequendum creditum num. 32.
Vitium litigiosi committitur, vbi actio personalis deducitur ad Dominium rei obtinendum num. 33.
Vitium litigiosi non cadit pendente lite super possessorio, secus, si actione personali num. 34.

Sententia contra reum obtenta executioni mandatur aduersus tertium possessorem, qui pendente Iuditio rem obligatam, & in petitione contentam emit.

CAP. CCLXXXIX.


INauditus quis condemnandus non est, vel sua possessione priuandus, cum talis actus spolij vitium conti-
1 neret *tot. tit. de restitu. spoliorum*, & tradit *Menoch. remed. Recuper. num. 3. & 26. Magon. decis. Florent. 120. num. 6. Surd. cons. 168. nu. 26. & Gratian. lib. discep. foren. cap. 734. num. 6. cum seqq.* Quilibet enim citari debet antequam condemnetur, cum
2 contineat defensio, & citatio, quæ à iure prouenit naturali *l. vt vim ff. de iust. & iur.* & ob-
3 seruauit ipse Deus Opt. Max. cum Adam dum in terrestri Paradiso cōtraueniendo Diuino præcepto fuit à Deo vocatus, dicendo, Adam
4 vbi es, antequam à Paradiso illum eiceret *c. Deus omnipotens 2. qu. 1. & c. Qualiter, & quando extrà de accusat.* & antè probat *Sant. de nullit. defect. citat. num. 7.* & post multos probat *Menoch. cons. 94. num. 51. & cons. 208. num. 3. & 15.* Quia citatio fit, vt pars suis defensionibus vti possit *Clement. Pastoralis de re iudic.* & tradit
5 *Menoch. cons. 366. num. 27.* Idcircò sententia inter alios lata non præiudicat tertio non vo-
6 cato *l. 1. & 2. & l. vltim. C. quibus res iudicata non nocet*, cum res iudicata ita demum noceat tertio, quando tria concurrunt, nempè identi-
7 tas rei, personarum, & causæ petendę *l. cum quaritur cum duab. seq. ff. de except. rei cum iudic. Menoch. cons. 934. num. 42. cum plurib. seqq. & cons. 1192. num. 27. & cons. 1187. num. 112.*

Hinc etiam scribit *Petrus Erodius lib. rerum iudicat. tit. de acensi. ex Plutar. de vsu caruium cap. 13.* neminem inauditum damnari oportere, ne quidem nocentem, ne tandem id innocenti fiat, cùm vtilius absolui innocentem, quam nocentem causam non dicere.

Et agens, qui contra debitorem obtinuit, in primis
8 facere debet excussionem contra ipsum debitorem antequam tertium possessorem molestet *tex. in Auth. de litigios. §. ab hoc autem*, quia pendente lite non impeditur debitor etiam rem obnoxiam speciali hypotecæ alienare, vt inquit
9 ibidem *Iustin.* præsertim si ex prætio rei alienatæ solutum fuit æs alienum, vt inquit ibidem
10 *Iustin.* cum per huiusmodi solutionem æris alieni excludatur omnis fraudis suspicio.

Hanc sententiam amplectitur *Bart. in l. 3. num. 23.*
11 *C. de pignor.* cum prius agi debeat reuocatoria aduersus emptorem, antequam ille molestetur *ex titul. de his, qua in fraud. credit. idem Bart. in l. à Diuo Pio §. sub rubric. in fin. ff. de re iudic.* de quo *Couaru. pract. q.q. cap. 16. sub num. 7.*

De ÆQVITATE tamen directè exequitur sen-
12 tentia lata fauore creditorum contra tertium possessorem, qui lite pendente rem obligatam emit, vt post *Bald. in l. maritorum C. ne vxor pro marito, ac iniquor.* Sicuti enim re non alienata,
13 fieret directa exclusio in ipsa re petita, & possessa per debitorem tempore petitionis; ita eadem executio fieri potest, si pendente litè ea in tertium fuit alienata, vt scribit *Couaru. sub cit. num. 7. vers. hinc enim propè finem*, & hanc conclusionem esse ÆQVISSIMAM tradit idem *Couaru. alleg. vers. maior. & iniquior.*

In fraudem enim creditoris factam fuisse huiusmodi alienationem dicitur, quando debitor non remanet soluendo, quo casu reuocatoriam

14 actionem proponi non est necessarium, ex *tit.*
de his, quæ in fraud. credit. tex. in l. chirografis §.
vlt. ff. de administrat. tut. Bald. in cit. l. ob mari-
torum C. ne vxor pro marito; & in l. certa forma
C. vt in possess. legat. atq; in l. executorem num. 26.
C. de execut. rei iudic. vbi Castren. & Hercul. nu.
15 43. *Ias. num.* 10. Et ita alias iudicaui contra D.
Ludouicum Bonettum fauore D. Capellani
mense Septembris 1621. vt Vicarius Cremonæ
sub auspicijs Senatoris Belloni ibi Prætoris.

Qui dolus in vendente, & emente præsumitur, si
tamen sciebat litem pendere, cuius causa absq;
noua lite cogitur parere executioni sententiæ
16 inter creditorem, & debitorem late *Couaru. cit.*
num. 7. vers. quasi, & alienatio, præsertim *in fin.*
& vers. si actione, & in vers. hinc enim. Vbi
17 fraudibus obuiandum maximè suadet; & con-
tractus, ad quos fraude fuit deuentum, nun-
quam obstare concludit; & vlterius inquit, quod
18 si executio fieri non potest contra tertium pos-
sessorem, in quem per fraudem fuit translata
res ipsa hypotecæ obnoxia; Oporteret iterum
creditorem agere nouo iuditio, & hypoteca-
ria, atq; prætendere debitoris executionem, ex
quo deterior fieret eius conditio per alienatio-
nem lite pendente factam, quod non est admit-
19 tendum, præsertim ex *glos. in l. non est nouum,*
ff. de act. empti, per quam iudiciorum, & litium
expeditionem cum breuitate facere debere ha-
betur, & tradit *Bald. in l. quo tempore C. eod. tit.*

Quam sententiam comprobat terminaliter *Meno-*
20 *ch. cons. 1187. num. 4.* secus verò, si ante litem
motam emisset tertius; quia tunc nisi citatus, &
seruatis seruandis molestari posset, vt inquit
Menoch. eod. loc. num. 10. nisi emptor sciuisset
creditori non esse succursum aliter, vt ibidem
21 declarat *Menoch.* qui de eadem materia amplè
agit in *cons. 319. num. 4. & 9. Hodierna ad Surd.*
decis. 112. & decis. 225.

Citari etenim illi tantùm debent, qui ius habent in
22 re tempore moti iuditij *D.D. in l. filius famil. §.*
Diui ff. de legat. 1. in l. sapè ff. de re iudic. & in l.
decem ff. de verbor. obligat. Menoch. cons. 688.
num. 47. qui autor licet in eo casu citationem
fuisse necessariam concludat ea ratione, quod
23 substituto nocet sententia lata cōtra alium sub-
stitutum, si fuit ille citatus per edictum genera-
le, non idcircò contradicit assumptio iam fir-
mata.

Et in tantum odiosa est fraus in contractibus, vt
concedatur actio restitutoria creditori ex
ÆQVITATE aduersus debitorem, cuius dolo
24 subductus fuit creditor *l. quamuis §. Marcellus,*
& l. si mulier hæres ff. ad Vell. & in l. fin. ff. de eo
per quem factum est Olib. de act. lib. 1. cap. 17. sub
num. 3. vers. Vulpianus, & vers. est, & aliud
exemplum; & num. 4. par. 2. Vbi duplicem pro-
ponit rationem ÆQVITATIS.

Litigiosi verò vitio affecta dicitur res per solam
25 citationem transmissam, quando ea petitur
actione reali, agiturque de dominio directo,
26 vel vtili *Auth. litigiosa C. de litig.* quamuis olim
iure codicis necessaria erat litis contestatio ad
vitium litigiosi inducendum *l. 2. C. eod. tit. Co-*
uaru. sæpius alleg. cap. 16. prout in q. 7.

Si autem actione personali res petatur, an vitio li-
tigiosi afficiatur res; Variant scribentes, vtpotè,
si res vendita contra emptorem in Iuditio ad-
ducitur ex empto, quo casu litigiosi vitium non
27 induci voluit *Balapert. cum Butrigario ex Fabro*
in d. Auth. litigiosa, & Bart. Bald. Cyn. & Angel.
in l. 2. C. de litigiosis; & post eos, & alios relatos
scribit *Ferrar. in eius pratic. titul. de forma libelli*
in act. reali num. 81. Roma. cons. 270. asserens
28 hanc sententiam communem esse, & in *l. quam-*
quam §. 1. num. 5. ff. de aqua pluu. arce. dum
enim agitur actione personali ad rem, ea non
dicitur litigiosa, siquidem de dominio rei, &
iuditio non disputatur, vt inquit *Couaru. cit.*
versic. quinto admodum in verb. cui suffragatur.

Quemadmodum litigiosi vitium non consideratur
29 in actione hypotecaria; cum quidquam non
noceat actori venditio rei hypotecatæ, pen-
dente Iuditio, dum is pecuniam sibi debitam
30 exigere poterit ab eo, qui lite pendente rem
emit, quæ in eum cum hoc onere æris alieni
sanandi trasfertur, vt expressè statuit Impera-
tor Iustin. in *Auth. de litigiosis §. ab hoc autem,*
& scribit *Couaru. cit. cap. 15. sub num. 7. vers.*
quinto circa medium in verb. cui suffragatur, di-
cens in *vers. Nec refert.* quo ad vitium litigio-
si, hypotecam esse specialem, vel genera-
31 lem; Imò multo magis liberam esse hypotecam
à vitio isto, quam specialem per *d. §. ab hoc au-*
tem vers. ex quo iam claret, Ad rem *Bald. in l. lite*
pendente num. 2. C. de litigiosis vers. ne ibi hypote-
caria, & Rebuff. ad constit. Regn. tit. de resc. con-
tract. in præfat. num. 46.

Hypotecaria enim in actione non agitur de domi-
32 nio, nec ad dominium rei obtinendum; sed in
effectu actio tendit ad debitam pecuniam con-
sequendam; E contra vbi actio personalis dedu-
ceretur in iuditium ad dominium rei obtinen-
dum, nempè actione ex empto, tunc per litis
contestationem res ipsa vitio litigiosi afficeretur
33 *l. 2. C. de litigiosis, & glos. in l. quamquam §. 1.*
in verb. Iuditium ff. de aqua pluu. arcen. vbi scri-
bentes omnes, & probat *Ias. cons. 43. lib. 1.* quam
sententiam sequitur *Couaru. cit. num. 6. in fin.* &
post eos comprobat *Franc. de Ponte cons. 55. nu.*
33. & 39. dicens, quod vititium litigiosi non
cadit pendente lite super possessoribus, sicuti si
agitur actione personali.

SVMMARIA.

Testamentum rumpitur per præteritionem posthumi num. 1.

Testamentum irritum dicitur præmoriente hærede ipsi testatori num. 2.

Testamentum irritatur, si exhæredatur filius, non expressa causa numer. 3. & tunc dicitur præteritus numer. 4. 5.

Testamentum non potest pro parte valere, & pro

parte non numer. 6.
Limitatur respectu legatorum præsertim in piam causam factorum num. 7. & quando adest substitutio num. 8.9. num. 10. 12. 13. 14. Iuditium Auctoris numer. 16.
Testamentum præmortuo hærede viuo testatore initium sumit à substituto idest à 2. gradu num. 9. 11.
Clausula codicilaris vim habet sustinendi testamentum, & legata num. 11.
Alimenta continent vitam hominis num. 13.
Testamenta de bono, & æquo sunt iudicanda num. 15.
Legitima detractio siuè obligatio prohiberi potest filijs ad certum tempus, cum eorum commodum respiciat num. 17. & 18.
Filius potest renuntiare huiusmodi prætensioni n. 19.
Filius non impugnans prohibitionem detractionis legitimæ præiudicat eius creditoribus num. 20. 23. 24. 25. & 26.
Creditoribus nulla competit actio ad legitimam prohibitam filio, si filius prohibitionem non impugnanit num. 20.
Hæreditatis aditio dicitur merè facultatiua num. 21.
Adeundi ius est facultas, non ius num. 22.
Filius potest trasmittere ius adeundi num. 27.
Creditoribus præiudicat consensus filij etiam tacitus ad prohibitionem detractionis legitimæ num. 28.
Filius potest repudiare paternam, & maternam hæreditatem in præiuditium creditorum num. 29.
Iuri de futuro potest vnusquisq; renuntiare in præiuditium creditorum num 30.

Testamento rupto ob præteritionem filij, etiam posthumi, legata in eo facta debentur, maximè si in piam causam facta fuere.

CAP. CCLXXXX.

1 PRæteritione filij etiam posthumi testamentum rumpi cauetur per *tex. in Auth. ex causa C. de liber. præter. & in l. 1. ff. de iniusto rupto, & irrit. testam. glos. in l. Iubemus §. sand vers. œconomus in verb. priuetur C. de Sacros. Eccl.* Idem probatur secundum *Bart. in l. 30. C. eod. titulo. vers. Sancimus* DD. omnes præsertim *Bart. in l. p. ff. de testam. & in §. exhæredatos in Auth. de hæred. & falcid.*

Prout præmoriente hærede ipsi testatori irritum
2 reddi testamentum habetur in *l. vnica §. pro secundo C. de caduc. toll. l. non putauit §. à primo gradu ff. de bonor. possess. extra tabul. & §. 1. Instit. quib. mod. testam. infirmentur.* & latè tradit *Gratian. lib. 1. discep. forens. cap. 48. num. 1.*

Vel exhæredatione filij non expressa causa legiti-
3 ma, testamentum corruere disponit *§. aliud quoq; & §. sin autem in Auth. vt cum de appell. cognosc. l. cum hi §. si Prætor aditus ff. de transac. & in l. eius ff. de appell. recip.* Exhæredatus enim
4 filius sine causa dicitur præteritus *l. non putauit. §. non quauis ff. de bonor. possess. contra tabul. & in §. eadem Instit. de hæred. quæ ab intestat. deferun. glos. in l. si Posthumus,* quæ est prima *ff. de lib. & posthu.*

Si igitur nullum est testamentum, vt disponunt ci-
5 tatæ leges, & concludunt omnes in *d. Auth. ex causa* præsertim *Ign. nu. 11. C. de liber. præterit.* sequitur, quod legata in eo confecta nulla, & ipsa sint, cum testamentum non possit in parte
6 annullari, & in parte conseruari *l. circa, & l. nam, & si parentibus §. fin. ff. de inoff. testam.*

De ÆQVITATE tamen legata conseruantur rupto testamento fauore filij minimè instituti,
7 *tex. in §. cæterum in Auth. vt cum de appell. cognosc. col. 8.* & expressè probat *Igneus. in repet. d. Auth. ex causa sub. num. 206. vers. si igitur in fine C. de liber. præterit.* conferunt tradita per *Nattam in repet. l. hac consultissima §. ex imperfecto q. 27.* quem sequitur *Menoch. cons. 288. n. 137. & cons. 137. num. 8. cons. 176. num. 10. & cons. 116. num. 6. & 11.*

Quæ conclusio eò fortius locum habet, quando post institutionem hæredis fuit eidem facta sub-
8 stitutio, & iniuit substitutus *tex. in d. l. vnica §. pro secundo, & §. cum autem C. de caduc. toll. vbi Salicet. num. 13. cum seq. & l. Pater filium,* & ibi *glos. ff. de vulg. & pupill. vbi Bart. in 4. opposit.* & probat *Menoch. cons. 1060. num. 13. & Fortunat. Garzia in repet. l. Gallus num. 123. ff. de liber. & posthu.* Testamentum enim eo casu initium sumere dicitur à secundo gradu, qui in substitutione consistit, quando primus gradus, idest
9 institutus fuit peremptus *l. 3. in fin.* & ibi *Bart. & Castrens. ff. de liber. & posth. & in l. ex facto ff. de hæred. instit.* ac probat *Igneus in d. repet. Auth. ex causa num. 173. C. de liber. præterit.*

Hanc partem amplectitur *in repet. eiusdem Auth.*
10 *ex causa num. 33. & 36.* si testamentum ruptum est ob præteritionem posthumi, & explicat ibidem *Igneus num. 133. cum seqq. num. 137. 140. 206. 243. 245. & 247.*

Maximè verò quia clausula codicillaris, cuius virtute sustinetur testamentũ cum legatis, etiamsi hæres scriptus mortuus est viuente testatore, vt
11 probat *Dec. cons. 241. num. 2. post Bald. in cons. 170. lib. 5. & Alex. cons. 17. col. fin. lib. 3.* quos sequitur *Gratian. cap. 48. numer. 40. lib. discept. forens.*

Prætereà eò libentius debentur legata (caducato etiam testamento), si ea in piam causam facta fuerunt, vt sunt legata alimentorum facta per-
12 sonæ pauperi, ita probat *Bald. in l. illud C. de Sacros. Eccl. Rome in l. Modestinus ff. de donat. & Io. Annibal. in repet. l. nemo potest. num. 316. ff. de legat. 1.* Quia tunc agi dicitur de vita homi-
13 nis, vt inquit *Bart. in tract. de aliment. num. 127. in fin. & num. 128. Surd. de aliment. tit. 8. priuil. 21. num. 5. cum duob. seq.* & dictum fuit *supr. in cap. 145. n. 27. 37. & 38. lib. 2.* Prout in indiuiduo, quod huiusmodi legatum factum consanguineo pauperi, in causam alimentorum licet testamentum careat solemnitatibus requisitis,

nihil

14 nihilomninus debeatur, probat *Iaſ. in conſ.* 103.
col. 2. *verſ. ſeptimo lib.* 2. *& ſeq. Ceſal. conſ.* 216.
num. 24. *cum ſeq.* & poſt eos tradit *Gratian. lib.*
4. *diſcep. forenſ. cap.* 605. *num.* 38. quos ſequuti
fuimus *ſupra in cap.* 78. *num.* 13. *lib.* 1.

Teſtamenta namq; de bono, & ÆQVO ſunt iudi-
canda, & in ijs bona fides requiritur, vt in con-
15 tractibus *l. Filio ff. de iniuſt. rupt. & irrito teſtam.*
& l. 1. *§. Paulus, ac l. Cornelia ff. ad leg. Cornel.*
& probat *Igneus in repet. cit. Auth. ex cauſa num.*
56. *C. de liber. præter.* & ità reſpondi nuperrimè
16 pro D. Oriſanda Londonia aduerſus D. Geor-
gium Clericum in cauſa legati vſusfructus facti
D. Oriſandæ per Catharinam Gerenzanam eius
Socrum, dum hæres inſtitutus filius eiuſdem
Oriſandæ viua adhuc teſtratice prædeceſſerat;
quæ Teſtatrix eidem hæredi ſubſtituerat alias
perſonas, cuius controuerſiæ cognitio pendet
coram Excellentiſs. Senatu.

In qua cauſa diſputatur etiam, an prohibitio obli-
gationis, ſiuè alienationis legitimæ, in qua
fuerat inſtitutus maritus Oriſandæ filius Teſta-
tricis, ſaltem per decennium, ob eiuſdem fatui-
tatem ſuſtineretur; & affirmatiuè reſpondi cum
eiuſdem filij commodum reſpiceret prohibitio,
17 vt probant *Scrib. in l. Filijs matrem C. de inoff. te-*
ſtam. & in l. Si emancipato ff. de bonor. poſſeſſ. con-
tr. tab. Bart. Bald. Salicet. Caſtren. & Alex. in l.
Si quis in ſuo C. de inoff. teſtam. & idem *Bart. in l.*
Cum ex filio ff. de vulg. & pupillar. & terminali-
ter probat *Caſtr. con.* 302. *viſo, & diligenter col.*
2. *verſ. tamen dico lib.* 1. *Gabriel. commun. concluſ.*
lib. 6. *tit. de legiti. concluſ.* 1. *num.* 20. 52. 53. *&*
56. concludendo, quod legitima prohiberi po-
teſt ad tempus, quando illa prohibitio reſpicit
18 commodum filij, quam ſententiam comprobat
Suarez in l. quoniam in prioribus limit. 1. *num.* 2.
& in proprijs terminis defendit *Raudenſ. conſ.*
38. *num.* 2. *lib.* 2. *Trentacinq. var. reſolut. lib.* 1.
tit. de legit. reſol. 4. *ſub num.* 2. *verſ. bis ſic ſtan-*
tibus vſq; ad num. 3. *Caroc. decіſ.* 70. *num.* 8. *&*
Maſtril. deciſ. 181. *lib.* 2.

Cui tamen prouiſioni reſpectu temporis renuntia-
19 re poteſt filius, vt inquit *Crettus conſ.* 61. *nu.* 1.
& 24. *Petra de fideicom. q.* 1. *num.* 32. *& q.* 15.
num. 20. *Gratian. cap.* 270 *num.* 37. *cum ſeq. &*
num. 42. *diſcep. foren. & lib.* 5. *cap.* 983. *num.* 25.
cum duobus ſequentibus.

Quæ prohibitio per filium impugnata præiudicia-
20 lis eſt creditoribus filij, quibus nullam actio-
nem competere, tradit idem *Petra cit. qu.* 15.
num. 121. & ſcribit *Peregrin. conſ.* 40. *num.* 10.
21 *&* 11. *lib.* 1. Quia hæreditatis aditio dicitur
merè facultatiua, & à ſola hæredis voluntate
dependet *l. Veritati, vbi Bart. ff. de acquir. ha-*
22 *red.* & probat *Menoch. conſ.* 201. *nu.* 71. *&* 72.
& conſ. 100. *num.* 19. dicens ius adeundi pro-
priè non eſſe ius, ſed facultatem; ita vt ante-
quam hæres adeat nulla actio detur creditori-
23 bus aduerſus bona hæreditaria, vt ſubijcit *Me-*
noch. cit. conſ. 201. *num.* 71.

Quemadmodum enim huiuſmodi prohibitio im-
pedit Fiſcum, ne propter commiſſum à filio deli-
ctum legitima veniat in confiſcatione, vt ex-
24 preſsè tradit *Maſtrill. cit. deciſ.* 181. *nu.* 23. *cum*
ſeq. & probat *Riminald. Iunior. conſ.* 98. *num.* 52.
25 *& conſ.* 736. *num.* 76. Fortiori ratione impe-
dire debet creditores filij, quibus non compe-
tunt priuilegia Fiſco ſpectantia *Rolan. conſ.* 98.
num. 25. *lib.* 2. *Surd. conſ.* 412. *num.* 52. *Giurba*
ad Statutum Meſſanæ cap. 6. *gloſ.* 9. *num.* 25. *in*
fin. verſ. ſecus ſi filij num. 31. *par.* 1.

Per hunc autem cõſenſum tacitum filij aquieſcen-
26 tis maternæ prouiſioni; præcluſa dicitur via
creditoribus, reiciendi huiuſmodi onus legiti-
mæ impoſitum, etiam ſi filius poſſit traſmittere
27 ius adeundi, vt probat *Socin. conſ.* 126. *numer.*
19. *in fin. lib.* 1. & ſcribit poſt alios *Rol. cit. conſ.*
98. *num.* 29. *lib.* 2. *Surd. conſ.* 570. *à num.* 6. *vſq;*
ad num. 10. quos ſequitur *Gratian. deciſ. Marchiæ*
28 76. *num.* 2. *cum ſeq.* & conferunt quæ dixi *ſupra*
in cap. 98. *num.* 24. *cum ſeq. lib.* 1. Cum conſen-
ſus filij etiam tacitus creditoribus obeſſe poſſit,
vt inquit *Petra alle. q.* 15. *num.* 121. *Peregr. cit.*
conſ. 40. *num.* 11. *lib.* 1. & poſt eos tradit *Giurba*
d. gloſ. 9. *num.* 31. *par.* 1. ergo multo magis ex-
preſſus conſenſus, ſiuè potius voluntas filij, re-
pudiando hæreditatem paternam, vel mater-
nam in præiuditium creditorum, vt licere filio
39 ampliſſimè probat *Giurb. l. c. gloſ.* 8 *num.* 3. *&*
6. *& Peregrin. conſ.* 46. *per totum lib.* 3. cum iuri
de futuro poſſit vnuſquiſq; renuntiare, etiam in
præiuditium quorumcunq; creditorum, *Bart. in*
l. in fraudem ff. de iure Fiſci, Surd. deciſ. 140. *nu.*
8. *& conſ.* 300. *num.* 17. *Gutier. in c. quamuis nu.*
24. *cum ſeq. de pactis in* 6. quos ſequitur *Gratian.*
lib. 5. *diſcep. for. cap.* 882. *num.* 30.

SVMMARIA.

Prior in tempore potior eſt in iure nu. 1. *etiam reſpe-*
ctu vſurarum, & acceſſionum num. 2.

Creditor poſterior, etiam ex cauſa refectionis, vel ſol-
uens pecuniam non ante fertur anterior num. 3.

Contrarium verius num. 4. 5. 9. *declaratur concluſio*
numer. 6.

Res empta ex pecunia pupilli, vel mulieris, & mili-
tis illis obligatur, etiam in præiuditium anterioris
creditoris num. 7.

Prælationem habet in re illius venditor, ſi ſibi reſer-
uauit dominium, donec pretium ſibi ſoluatur
numer. 8.

Reipublicæ expedit, vt deformitas Ciuitatis tollatur,
mediante refectione domorum collapſarum num. 9.

Hypoteca quando ex publico inſtrumento contrahatur,
numer. 10.

Creditor ex ſcriptura priuata præfertur creditori ex
publico inſtrumento; ſi illa contineat requiſita per
l. Scripturas *num.* 11.

Priuata debet prius recognoſci à teſtibus antequam
præferatur publico inſtrumento num. 12. 13.

Scriptura priuata tempus hypotecæ attenditur à die
recognitionis num. 14.

Contrarium verius, quia facta recognitione retro-
trahitur n. 15.

Hypoteca conditionalis purificata conditione retrotrahitur ad diem contracta obligationis num. 15.
Scriptura recognita à scribente retrotrahitur ad diem confessionis, in recognoscentis praeiudicium nu. 16.
Scriptura recognita retrotrahitur ad praeiudicium omnium creditorum posteriorum num. 17. 18.
Testes, qui subscripserunt scriptura, bona fama, & omni exceptione maiores esse debent num. 19.
Debitoris in potestate esse non debet, vt fiat praeiudicium tertio num. 20.
Fraudis suspicio omnes cessat in subscriptione priuata persona, si testes sint masculi, & omni exceptione maiores num. 21. etiam si careat die, & consule, num. 22. quamuis vt anterioritatem pareat diem habere debet num. 23. secus ad debitoris praeiudicium num. 24. contrarium num. 25. & 26.
Loci, in quo facta fuit priuata scriptura, expressio non est necessaria num. 27. Secus in publica num. 28.
Recognitio iudicialis scriptura priuatae retrotrahitur ad praeiudicium omnium citatorum nu. 29. 30. 31.
Confessio debitoris non potest nocere creditoribus anterioribus num. 32.
Hypoteca priuata scriptura non resultat ante diem recognitionis num. 33.
Scriptura recognita executioni mittitur contra debitorem, ac si esset publicum instrumentum num. 34.
Ratificatio scriptura fit agendo illius virtute nu. 35.
Recognoscere scripturam recusans habetur pro confesso num. 36
Mercatorum littera ex causa negotiationis habent vim publici instrumenti num. 38.
Scriptura priuata subscripta de mandato debitoris scribere nescientis, & recognita, habet eandem vim, ac si à debitore fuisset subscripta num. 39.
Scribere per se, vel manu aliena paria sunt num. 40. & 41.
Recognitio scriptura facta in contumaciam debitoris non nocet tertijs num. 42.
Recognitio scriptura qualificata non retrotrahitur quo ad qualitatem, & quando num. 43.
Recognitio scriptura fieri debet, & penes Notarium Actuarium existentis num. 44.
Recognitio scriptura dicitur si vstatpria, si ea suspecta est de falso n. m. 45. praesertim si manauit à persona coniunctissima num. 46.
Pactum, quod fit tur priuata scriptura, non valet nu. 47. contrarium verius num. 48.
Creditor personalis magis diligens in executione sententia praefertur caeteris, etiam anterioribus n. 49.
Sententia, & illius executionis tempus attenditur inter creditores personales num. 50.
Creditor personalis non potest reuocare solutionem factam posteriori creditori personali num. 51.



Ob pecuniam erogatam in causa refectionis rei, vt domus, nauis, & similium, praefertur erogans anterioribus creditoribus.

CAP. CCLXXXXI.

PLuries dictum fuit supra, praesertim *in cap. 30. lib. 1. & cap. 111. lib. 2.* anteriorem creditorem hypotecarium praeferendum esse posteriori creditori, etiam hypotecario, & priuilegiato, iuxta regulam, quod peior
1 in tempore potior est in iure *tex. in l. 2. 4. 7. & 8. C. qui potior in pignor. habe. & l. 2. l. si eo iure, ac l. Prior ff. eod. tit.* & post alios scribit *Amat. Roderiq. de priuileg. credit. par. 2. ar. 1. num. 1. cum seq.* qui Amatoe *num. 10.* extendit conclusionem etiam ad accessiones, interusuria, & simi-
2 lia, tanquam ex sequela *arg. l. cuicunq; §. tamen ff. de instit. act.*
Quam sententiam habere probat *glos. in l. quod quis in verb. bono ff. de priuil. cred.* etiam si pro
3 refectione rei pecunia fuisset soluta *Bald. & Salicet in l. Licet, qui potior. in pign. habe. Ripa in l. 1. num. 4. C. in quib. caus. pignor. vel hypot. tacit. contrah. Barbos in l. si cum dotem §. fin. num. 39. ff. solut. matri. Castil. controu. iu is lib. 3. cap. 8. num. 21. Couarr. lib. 1. variar. resolut. cap. 7. nu. 3. Ceual. comm. contra comm. q. 744. Gutierz. pract. qq. lib. 3. q. 98. num. 3. & qu 99. num. 1. Surd. de alimen. tit. 8. priuileg. 48. num. 4. & Cardinal. Tuscus comm. conclus. in verb. Hypotes. conf. 131. num. 17.*
De AEQVITATE tamen pecuniam mutuans in
4 causa refectionis rei, vt potè nauis, domus, & similium, tanquam creditor potior praeferri debet anterioribus creditoribus, *tex. in Authen de aequalitate dotis §. bis au sequens col. 7. tex. in l. si ventri. §. 1. ff. de priuileg credit. l. 1. ff. de cess. bonor. Molin. de iust. & iur. disput. 438. vers. occasi ne,* & post alios *Gail. lib. 2. obseru. 12. num. 3.* & sequitur *Card. Mantic. de tacit. & ambigu. lib. 11. tit. 23. num. 16. Ceual. commu. contra comm. q. 744. num. 4.* vbi scribit ab hac sententia in iudicando, & consulendo non esse recedendum *Gutier. pract. qq. lib. 3. q. 98. num. 9. in fin. Amator Roder. l. c. ar. 1. num. 12. & ar. 7. num 8. cum seqq. plurim. lib. 1.*
Hanc conclusionem amplectitur alter *Roderic. de anno. redit. q. 20. num. 11.* & post infinitos alios per eum relatos defendit *Acosta de priuileg. cred. Reg. 2. amplias. 5. nu. 17. & 18. circa med,*
5 quam sententiam locum habere tradit *Crual. l. c. num. 4.* etiam si nihil dictum sit de speciali hypoteca, & obligatione, sed tantù dictum sit pro reparatione domus, & si similium, quem sequi-

tur

tur *Amator. alleg. art. 7. sub num. 32. par. 1.*
Prout facit *tex. in l. in creditorum ff. si cert. petat. l. interdum, cum l. sequ. ff. qui potio. in pign. l. qui nauem, & l. quidquid ff. de priuileg. credit. atq; l. interdum in fin. cum l. seq. ff. qui potior. in pign. hab.*
Animaduerti tamen debet, quod huiusmodi mu-
6 tuans ad refectionem rei, vt potior creditor
fiat, exprimere debet præcisam causam, ob
quam pecuniam mutuauit, vt putà pro emenda
vela, vel ancora, & similibus specialiter enu-
merandis; neq; sufficit, quod in genere dicat,
se pro refectione rei, siuè nauis, pecuniam sol-
uere *tex. in l. 1. §. quod si ab initio ff. de exer. act.* & latè probat *Rota Genuen. decis. 14. pleno numer. 10.*
Præterea, si ex pecunia pupilli mulieris, vel mili-
tis empta esset res legis ministerio illis hypote-
7 cæ nomine obligatur *l. idemq; est ff. qui potior. in pign. hab. vbi glo. in verb. res fuerit, & l. si Tutor. C. de seru. pign. datu manum.* & tradit *Negus. de pignor. memb. 4. 2. par. n. 163. cũ seq.* & latè scribit *Amator. citat. art. 7. nu. 9. vers. tertio eadem par. 1.*
Quemadmodum, si vendens fundum, vel aliam
8 rem habita fide de prætio, sibi expresè reserua-
uit ius, & dominium rei venditæ donec præ-
tium soluatur, prælationis priuilegio gaudebit,
cum tacitè hypotecata sibi dicatur res vendita
tex. in l. liceat C. qui potior. in pign. hab. Quæ
cautela elicitur ex *tex. in l. cum manu sata §. fin. ff. de contrah. empt.* vt explicat *Parlad. lib. 1. rerum quotid. cap. 8. num. 2.* quem sequitur *Amator. sub cit. nu. 9. d. vers. Tertio eadem post medium;*
cuius prærogatiuæ; siue priuilegij ratio præci-
pua in solutionem pecuniam ad domus refectio-
9 nem consistit, vt vrbs, quæ deformis est facta
colapsis ædificeijs, per reparationem recuperat
priorem, & pulcrum decorum ornatum, quod
vbiq; maxime ciuitatibus expedit *l. 2. §. si quis nemine, & l. fin. ff. ne quid in loco public. Amator cit. art. 7. nu. 8. par. 2.* Idcirco ÆQVVM est, vt
cum edifitium reparatum, & restitutum sit ex
mea pecunia ad id mutuata, & credita in eo
edificio, cuius meæ pecuniæ causa refectum est,
prælationis iure, & hypotecæ priuilegio gau-
deam præ cæteris creditoribus ad excusionem
bonorum debitoris concurrent *Amator. alleg. art. 7. sub nu. 3. vers. cæterum circa medium part. 1.*
Hypotecam verò non nisi ex publico instrumento
10 contrahi communiter tradunt scribentes, vel
in priuata subscriptione debitoris, & trium te-
stium munita, vt resoluit *Rebuff. in trac. de const. reddit. art. 1. glo. 8. nu. 6. per l. cum tabernam §. idem quæsitum ff. de pignor. & l. scripturas C. qui*
11 *pot. in pign. hab.* & sequitur *Amator. d. art. 1. sub nu. 12 par. 2.* dicens, quod ita demum creditor,
& scriptura priuata si antiquior sit eius hypo-
teca præferendus erit creditori habenti hypo-
tecam, ex instrumento publico, si adsit illa so-
lemnitas subscriptionis debitoris, & trium te-
stium, vt disponitur in *d. l. scripturas*; & tradit *Negus. de pignor. par. 5. memb 2. nu. 47. & Couarr. prac. qq. cap. 22. Gutierz. pract. qq. lib. 1. q. 125. nu. 3.* quos sequitur *Amator. cit. nu. 12 in fine.*
Quam tamen scripturam recognoscere prius de-
bent contrahentes, & testes, qui illi subscripse-
runt, antequam eius virtute agat creditor, vt
12 tradunt DD. in *cap. 2. de fid. instrum. & in d. l. scripturas C. qui potior. in pign. Negus. cit. par. 5. memb. 2. num. 47. & Couarr. alleg. cap. 22. præsertim nu. 5. Molin. de primog. hisp. cap. 8. nu. 10.*
Cum tota vis, & potestas priuatæ scripturæ
13 pendeat à recognitione eiusdem, vt scribit *Gutier. all. q. 125. nu. 6. lib. 2.* quem sequitur *Amator. cit. par. 2. ar. 1. nu. 13. in fin.*
Difficultas non leuis oritur, an tempus hypotecæ
incipiat à die confectionis scripturæ, vel à die
factæ recognitionis, & sanè cum vis omnis scrip-
turæ consistat in illius recognitione, vt dictum
fuit, consequens est, vt ab eo die tempus atten-
14 datur, *Angel. in l. cum filius ff. de verb. oblig. Marsil. singul. 135. & 484.* quos sequitur *Gutier. cit. q. 125. nu. 2. lib. 2. Rota Auenon. decis. 146. & Rebuff. de chirogr. recognit. art. 92. nu. 41. & art. 93. nu. 3.* Dicitur enim creditor instrumen-
tarius habere hypotecam publicam, quæ licet
posterior præfertur priuatæ hypotecæ probat *Genua de scriptur. priuat. priuileg. lib. 1. q. 4. nu. 8.*
Pro contraria sententia ea adducitur ratio, quod
scilicet facta recognitione scripturæ, & cum
eius hypoteca retrotrahatur ad tempus confe-
ctionis, ad instar hypotecæ conditionalis obli-
gationis, quæ purificata retrotrahitur ad tem-
15 pus contractæ obligationis *l. qui balneum §. 1. & l. potior §. videamus & l. Lucius ff. qui potior. in pign. hab. Roder. Soarez. in l. post rem iud. limit. 7. nu. 4. in fin. Rebuff. tit. de constit. reddit. art. 1. glo. 8. nu. 9. Negus cit. part. 5. memb. 2. nu. 16. Connan. lib. 4. comment. cap. 17. num. 3.* quos se-
quitur *Amator alleg. art. 1. nu. 8. 9. & 14. par. 2. de priuileg. credit.*
Ad concordandum discrepantium DD. sententias
16 distinguit *Gutierz. cit. q. 125. nu. 3. lib. 2. pract. qq.*
Quod scilicet in præiudicium recognoscentis
scripturam illa retrotrahitur ad diem contra-
ctus; Verum ad præiuditium aliorum credito-
rum minimè illam retrotrahi concludit, sed vi-
17 res assumere à die recognitioni factæ; quam
distinctionem impugnat *Amator num. 15.* con-
stanter insistens, quod facta recognitione huius-
modi scripturæ à tribus testibus masculis sub-
scriptæ, recognitæ incipit prælatio à tempore
illius confectionis, vt resoluit *Couarr. pract. qq. cap. 22. num. 5.* cum respectu debitoris præiu-
ditij in vtroq; casu semper scripturæ tempus re-
18 sultet, etiamsi hypoteca non adesset; quos te-
stes bonæ qualitates, & famæ esse debere pro-
19 bat *Genua scriptur. priuat. lib. 1. qu. 4. num. 205. post Galiam cons. 91. num. 30. & Rimin. Iun. cons. 438. num. 43.*
Quam sententiam sequitur *Rebuff. ad constit. Francia tit. de chirograforum recognit. in præfat. num. 26. & 81. cum duob. seq. & in art. 1. nu. 22.* quam
conclusionem veram esse scribit *Amator d. num.*

15. *In fin.* ne sit in potestate debitorum præiudi-
20 care tertio contra dispositionem *d. l. scripturas*, contrabendo obligationem posteriorem per instrumentum, ad exclusionem prioritatis temporis, de qua in scriptura trino teste munita, quam considerationem perpendit etiam *Rebuff. cit. num. 81. per l. rem alienam ff. de contrab. empt.*
Stante etenim subscriptione trium testium mas-
21 sculorum cessare dicitur omnis fraudis suspitio, vt post *Bart. & alios in d. l. scripturas, & An-*
22 *char. cons.* 28. rationes probat *Rebuff. l. cit. nu.* 83. & quam scripturam continere debere annũ, & diem necessario dicendum est, si prælationem habere debet, vt ibidem *num.* 85. & 87.
23 subijcit *Rebuff.* & si careat consule, & die ea valida sit, vt cauetur in *l. cum tabernam §. idem quæsiuit in fin.* licet non retrotrahitur, vt inquit *Costa de retrotrac. casu 6. num. 11. cap. 8.* quamuis in præiuditium debitoris sustineatur scriptura sine anno, & die, vt tradit idem *Costa num.* 12. & scribit *Genua de Script. priuat. lib. 1. q. 4. num.* 124. id quod non probat *Rebuff. loc. rel. num.* 86.
24 dum inquit annum, & diem necessarium esse in scriptura adhoc, vt dignosci possit, an scriptura sit debitum, & an mandatum sit ante motum
25 iudicium, vel post, qui *Auctor. num.* 88. contrarium communiter obseruari scribit, quamuis
26 *sequ. num.* 89. 90. 92. 93. conclusionem declaret non procedere in tertij præiuditium, & in alijs quinq; casibus ibi recensitis; Loci verò in quo facta fuit scriptura, expressionem non esse
27 necessariam probat idem *Rebuff. num. 95. per l. 1. C. de Apocbr. publ. lib.* 10. E contra verò in scriptura publica necessaria est loci expressio
28 per *glos. in c. cum Abbate de re iud. in 6. & per l. optimam C. de contrab. & comit. stipul.* & latè scribit *Rebuff. num.* 45.
Distinctio quam facit *Costa d. cap. 8. casu 6. per to-*
29 *tum*, omnem difficultatem submouere videtur; inquit enim, aut singrapha apparet recognita coram Iudice, & tunc retrotrahitur ad diem negotij gesti, quia resoluitur in quamdam declarationem rem ità se habere, & tunc nocet ijs creditoribus, qui fuerunt citati saltem per pro-
30 clama, vbi non essent certi creditores, alioquin requireretur specialis citatio, vt eis noceret sententiã declaratoria, *Rimin. Iun. cons. 819. nu. 95. cum seq. lib.* 7. quam conclusionem probat idem *Costa de post Rata q. 121. nu. 5. Polid. Ripa. obseruat.* 189.
Si verò recognitio processit à parte duntaxat, ces-
31 sat retroctatio quod ad præiuditium tertij ha-
32 bentis ius in re antè recognitionem; sicuti dicitur de confessione partis, quæ non est potens ad præiudicandum creditoribus antè confessionem ius habentibus, cum hypoteca non resultet
33 ante diem recognitionis, vt tradit *Bart. in l. repetita ff. de fide instrum., & in cons. 134. numer. 2. Neguf. de pignor. d. par. 5. memb. 2. nu. 49 Surd. cons. 82. num. 22. cum seqq. & Magon. decis. Florent. 122. num.* 13.
Quo enim ad partis præiuditium, si ea recognita est ab ipso debitore, vel aliter recognita, plenè
34 contra ipsum probat, & executioni mittitur, perindè ac si esset publicum instrumentum; etiam si recognitio facta sit in partis absentia, quando fuit ratificata; & agendo ratificari dici-
35 tur, *Alex. cons. 113. num. 18. cum seqq. lib. 6. Barz. decis. 21. & decis. 36. num. 15. & 16.* multum namq; differt recognitio facta à parte,
36 in quibus terminis loquitur *Rebuff. & cæteri*, qui eum sequuntur; & inter recognitionem legitimè factam a Iudice, *Cauale. decis. 27. num. 16. par. 2. & Morla in emporio iuris par.* 2. & sic qui scripturã fecit, & recusat illam recognoscere, habe-
37 tur pro recognita *c. fin. de confess. lib.* 6. siuè interogatus non velit respondere, siuè non comparuerit *Rebuff. loc. cit. de recognit. chirograf. nu. 97. in præfat.*
Qui *Costa num. 5. cum seq.* probat, quod litteræ
38 Mercatorum ex causa negotiationis vim habent publici instrumenti post *Rotam Genuen. decis. 9. 76. 80. & 142.* vt de litteris Cambialibus dictum fuit *supr. in cap. 280. num. 9. & 10.* tra-
39 dit ibidem *Costa num.* 7. qui sub eodem num. scribit procedere idem, si à quolibet alio subscripta fuit de mandato debitoris ignorantis
40 scribere; quia facta recognitione paria sunt scribere per se, vel alium subscribere vice eius *l. vice C. de donat. Crauet. cons. 73. Magon. decis. Florent. 81. Rota Genuen. decis. 192. & Gabriel suis conclus. comm. tit. de præsumpt. conclus.* 3. quia mea manu scriptum dicitur, quod mea vo-
41 luntate est scriptum *l. Diuus Claud. §. item Senatus ff. ad leg. Cornel. Genua d. q. 4. nu. 110. lib.* 1.
Vbi autem recognitio scripturæ facta esset per contumaciam debitoris, alijs non noceret, neq; præiudicaret, neq; singulari successori minimè
42 vocato, cui ius iam quæsitum erat *Boer. decis. 295. Anchar. Iun. qq. famil. 9. lib. 2. Rota Genuensis decis.* 208.
Et quatenus recognitio scripturę esset qualificata, ea non retrotrahitur quo ad qualitates in ea
43 perinsertas, quando recognoscens qualificatiuè haberet præsumptionem iuris contra se, aliàs secus, vt tradit *Morot. cons. 66. num.* 2. quem sequitur *Costa loc. cit. nu. 16. post Surd. decis.* 258.
Quæ recognitio fieri debet existente originali
44 scripturæ pænes Actuarium, vt pars possit melius deliberare, & tutius circa illius recognitionem, *Vincent. de Franch. decis. 304. par. 2. & Maur. Bargen. trac. de laud. par. 3. Inspect.* 38. vt possit dignosci, an sit suspecta de falso, quo ca-
45 su frustatoria dicitur recognitio *Rota decis. 550. par. 3. in nouiss.* quos sequitur *Costa loc. cit. num.* 19. quo loci subijcit confessionem Iuditialem, vel extraiuditialem debitorum non trahi retro
46 in tertij præiuditium; maximè quando manauit à persona coniunctissima *l. doli exceptio ff. de nouat. Osasch. decis. 172. num.* 12.
An autem partis conuentione posit induci, vt stetur priuatæ scripturæ, negatiuè respondit *Innoc. in c. cum Publ. Tabellio post medium ff. de fide instrum.* & probat *Roman. cons. 204. nu. 4. & cons.*

305. *num. 3. Dec. conſ. 612. num. 6. lib. 2.* & tradit *Rimin. Iun. conſ. 213. num. 9. lib. 2. atq; Menoch. conſ. 1. num. 308.*

Contraria tamen ſententia verior, & ÆQVIOR
48 videtur, quam ſequitur *Bald. in l. de quibus num. 17. ff. de legib. Iaſ. in repet. l. admonendi nu. 102. cum. trib. ſeqq. ff. de iur. iur. Pariſ. conſ. 68. num. 24. lib. 3. Cranet. conſ. 939. num. 12. lib. 5. Vaſq; lib. 2. controu. Illuſtr. cap. 29. num. 1. circa medium*, quos ſequitur *Genua de ſcrip. priu. qu. 4. num. 35. lib. 1.*

Cæterum concurrentibus creditoribus pluribus perſonalibus ad bona communis debitoris, ſi aliquis eorum ſatisfactus fuerit, etiam ſi poſterior ſit, ſed diligentior, vel magis debitori gratioſus, vel ſi obtenta ſententia prius petierit illius executionem, hoc caſu anteferri eum de-
49 bere probat *tex. in l. qui autem §. ſciendum, & in l. pupillus 24. ff. quæ in fraud. credit. & in l. iudicati nctione ff. de re ind. gloſ. & DD. in l. inter nos in verb. occupatis ff. eod. tit. Bart. in d. l. pupillus, & Stracha d. tit. de decoctor. par. vlt. nu. 33.* dicens tempus ſententiæ, vel eius executionis, inſpiciendum eſſe, vt quis alteri creditori
50 perſonali præferatur, *Molin. de iuſt. & iur. diſput. 536. verſ. obſeruandum deinde eſt fol. 793.* quem ſequitur *Amator. Roderic. art. 3. ſub num. 3. par. 2. de priuil. credit.* concludendo, quod non reuocatur per creditorem perſonalem ſolutio fa-
51 cta creditori perſonali etiam poſteri, vt reuocaretur, ſi facta eſſet in præiuditium creditoris hypotecarij.

SVMMARIA.

Publica vtilitas præfertur priuato commodo num. 1.
Vendere proprium nemo cogitur num. 2. Limitatur in comeſtibilibus tempore penuriæ, vel belli num. 2. & 3. ſoluta tamen mercede num. 7.
Res tantum valent, quantum vendi poſſunt num. 4.
Dominus rei coactus vendere minori prætio, dupliciter grauari dicitur num. 6.
Prætium rei ſolui debet Domino in ea ſumma, qua alteri eam vendere poterat num. 5.
Princeps dicitur habere curam annonæ num. 8.
Priuilegia ceſſant tempore penuriæ, & belli num. 9.
Neceſſitatis ærarij cauſa imponi poteſt tributum n. 10.
Neceſſitatis publicæ cauſa cogitur quis ſubminiſtrare pecuniam num. 11. & elemoſinam facere num. 12.
Vſufructuarius tempore penuriæ cogitur tradere triticum municipalibus viliori pretio num. 13.
Theodorici Regis Gothorum ſententia circa prouiſionem annonæ tempore penuriæ num. 14. 27. & 28.
Plebs non debet vexari à negotiationibus frumentationis cauſa num. 15.
Seditionis ſpecies capitaliter punitur, licet ex cauſa penuriæ commiſſa num. 15.
Antonij Ferrerij ſupremi Cancellarij mentio honorifica num. 16.
Reſpublica Mediolani, vt populum ſubleuaret tempore penuriæ viliori prætio vendi panem iuſſit, & illius maius prætium proprio ære perſoluit num. 17.
Bartholamei Areſij Comitis, & Præſidis Laus nu. 18.
Georgius Agrigentinus liberalitate præclarus nu. 19.
Charitate excluſa nihil ſumus num. 20.
Principis intereſt habere populum numeroſum, & locupletem num. 21.
In annonā exportantes tempore penuriæ grauiter animaduertitur num. 22. exemplum num. 24.
Galba Imperator militem annonam fame perire iuſſit numer. 23.
Annonam abſcondens tempore penuriæ maledicitur numer. 25.
Deus Optim. Max. prouidet, vt ſi penuria eſt in vna regione, in alia ſit abundantia num. 26.
Annonæ appellatione venit omnis annuus fructus numer. 29.
Debitor pecuniæ frumentariæ cogitur ſtatim ad ſolutionem, reiecta exceptione compenſationis nu. 31.
Frumentum arena, vel aliter corrumpens, grauiter punitur num. 32.

Res priuatorum poteſt accipere officialis, ſiuè Magiſtratus, ad publicam vtilitatem ſoluto tamen illius prætio.

CAP. CCLXXXII.



Vblicam vtilitatem priuato commodo eſſe præferendam
1 votum eſt, & habetur in *l. 1. C. de Epiſcopali audien.* Vbi Imperatores Valens, & Valentinianus ita ſcripſerunt; *Negotiatores, ſi qui ad domū noſtram pertinent, ne commodum mercandi videantur excedere Chriſtiani, quibus verus cultus eſt adiuuare pauperes, & in neceſſitate poſitos, prouideantq; Epiſcopi*, Idem cauetur in *l. vtilitas C. de primi. lib. 12.* Vbi Imperator Iuſtin. expreſsè iubet publicam vtilitatem priuatæ eſſe præferendam.

Præſertim verò obſeruandum hoc venit in comeſtibilibus tempore belli, vel penuriæ; etiam ſi regulariter nemo poteſt cogi vendere rem
2 ſuam, ſeù propriam *l. inuitum C. de contrah. empt. & l. nec emere C. de iure delib.* & tradit *Gratian. lib. 5. diſcep. forenſ. cap. 978. num. 18.*

Hanc ſententia ſequitur *Iaſ. in l. Barbarius num. 36. ff. de offic. Præt.* dicens, quod officialis ob publicam vtilitatem poſſit accipere res priuato- 3
rum (intelligitur tamen ſoluta mercede de publico) imò ex ſententia *Archidiaconi* ſubiungit *Iaſ. num. 39.* quod ſi Princeps aliqua de cauſa aufert rem à Domino, debet ei ſoluere iuſtum prætium, Iaſonem ſequitur *Menoch. conſ. 103. num. 29. per l. ſi fideiuſſ. §. 1. vbi Bart. & alij ff. de legat. 1.*

Et quia res tantum valent, quantum vendi poſſunt
4 *l. ſi ſeruus la 2. vbi Bart. ff. de condit. furt. l. Prætor §. in eum ff. de bonor. auct. Iud. poſſeſſ. & l. 2. & 3. C. ſi propter publ. penſi.* & probat *Alex. in l. 1. §. ſi*

§. si hares num. 2. ff. ad Trebell. Iacob. de S. Georgio in inuestit. feud. in verb. & cum pacto de non alien. num. 38. Prætium huiusmodi soluendum erit Domino rei in ea summa, pro qua rem
5 alteri vendere valet; Itá vt si extra Ciuitatem frumentum vendi posset decem, cogi non debet Dominus illud octo tantum vendere in Ciuitate, sed sibi decem solum debere, duplici grauamine afficiatur, vendendo rem contra propriam voluntatem, & minori prætio contra disposi-
6 tionem *d. l. inuitum C. de contrah. empt. & l. nec emere C. de iur. delib.* dicitur enim tunc prætium esse iustum, vt probat *Bimius cons. 269. num. 15.* post *Couarru. variar. resol. cap. 3. num. 4. & Bursat. cons. 9. num. 35. lib. 1.*
De ÆQVITATE tamen contrariú verius est, vt scilicet cogi possit Dominus vendere triticum eo prætio, quod de publico erit communiter
7 ordinatum: ita affirmat *Bart. in l. 1. §. cura carnis ff. de offic. Præf. vrbis, & in l. fin. ff. ad leg. Iulia de annona. Couarru. lib. 2. variar. resol. cap. 3. num. 5. & lib. 3. cap. 14. num. 3. Ias. in l. nec emere num. 3. vers. adde quod C. de iur. deliber. Fabianus de monte id tract. de empt. & vendit. par. 3. princ. qu. 19. num. 39. Tiraquell. de retract. consang. in præfat. num.* 28. & post eos *Menoch. cons. 137. num. 9. cum seq. & nu. 18.* vbi ab hac sententia tàm æqua, & approbata non esse rece-
8 dendum scribit idem *Menoch. cons. 1061. n. 25.* cum Princeps habeat annonæ curam, & custodiam non modo tempore penuriæ, sed etiam vbertatis eiusdem conseruandæ causa pro communi hominum vtilitate; & interesse *l. fin. in fin. ff. ad l. Leg. Iul. de annon. & in l. mulierem ff. de accus.* ac tradit *Cacialupus in repet. l. cunctos populos num. 158. in fin. C. de Sum. Trinit. & fid. cath. Bossius in tit. de panis num. 20. & Cin. q. 82. vers. statutum*, & post eos *Menoch. cons. 800. nu. 6. & 36.* ÆQVITATI enim consentaneum est, vt tempore penuriæ, & vrgentis necessitatis, ac
9 belli priuilegia omnia fileant *l. pro Tyronibus, C. de priuileg. Domus Aug. lib. 11. & l. vnica C. vt nem. liceat in empt. spec. cod. lib. 10.* ex quo scribit *Cicer. lib. 2. offic.* non esse dubium, quin propter ærarij tenuitatem tributum sit conferendum, vt omnes intelligant pro salute Rei-
10 publicæ necessitati parendum esse; cuius sententiæ ad rem nostram meminit *Ripa in tract. de peste titul. de remed. ad conseruandum vbertatem num.* 184. & quam sententiam probat *Menoch. cit. consil. 137. num. 9. & 10. vers. his præmissis*, & sequitur *B. mius cons. 303. num. 44.* qui *Menoch.* subijcit *nu. 13.* neminem quantumuis maximè priuilegiatum posse se ipsum excusare tempore penuriæ, & necessitatis, quin pecu-
11 niam conferre teneatur in emptionem frumenti, & annonæ, vt Ciuitati fame laboranti succuratur *l. vnica C. vt nemini liceat in empt. spec. se excusare lib.* 10. Quemadmodum tempore necessitatis, & penuriæ cogitur quis eleemo-
12 sinam erogare, vt notat *Glos. in c. sicut. 47. dist. & in c. exigit. 1. qu. 7.* ac tradit *Abb. in c. 1. de cleric. agrot.* quem sequitur *Menoch. loc. cit. numer. 15.*
Huic conclusioni valdè confert *tex. in §. si pendentes §. si quid cloacarij ff. de vsufr.* vbi Vlpianus in-
13 quit, quod vsufructuarius tenetur portionem tritici municipalibus viliori prætio tradere; Idcircò mirum non est, si Dominus tritici tempore penuriæ cogi possit ad tradendum triticum viliori prætio pro publica vtilitate; & in terminis probat idem *Menoch. cons. 604. numer. 27. post Bart. & Lucam de Penna in l. quoties C. vt non lic. in empt. spec. lib. 10.*
Nam, vt ait Theodoricus Rex Gottorum, de quo
14 *Cassiad. lib. 4. variar. Epist. 5.* tunc grande commodum est cum indigentibus pasci, quando fames solet totum consumere, vt suam necessitatem possit expellere, cum enim ambitioni suæ seruiat, propemodum donare videtur, qui vendit rogatus, ad saturatos ire cum mercibus
15 certare est, & ne plebs deuocaretur à negotijs frumentationis causa ter in anno quaterniorum mensium tesseras dari instituit Augustus, teste *Suetonio*, vt refert *Petr. Gregor. lib. 36. Syntag. iuris. cap. 10. num. 14. & 15.* & ita sepius vidi obseruari in hac Ciuitate Mediolani, & expertus sum dum anno 1629. ob magnam penuriam rei frumentariæ multitudo plebis cõmotionem fecerat, & impetum non solum ad pristina, sed etiam ad domum tunc Vicarij Prouisionum impetum fecerat, ob quod delictum seditionis speciem continens iussu Senat. Excellentiss. in ea vrbis regione, quæ nuncupatur vulgo *Cordusio* duo furcis suspensi fuerunt, & alij plures ad triremes damnati. Verum opera tunc Illustriss.
16 Magni Cancellarij summæ prudentiæ viri I. C. Antonij Ferrerij ad Populum sedandum statim diminutum fuit prætium annonæ mediante copia tritici ex priuatis domibus coacta, cuius prętium in minori summa, quam erat communis cursus, deinde persoluit Ciuitas, nempè in ratione librarum quadraginta quinq; pro singulo modio, & si illud ascenderat communiter ad lib. quinquaginta duas, vt mihi fuit persolutum huiusmodi prætium pro modijs octuaginta traditis, quo sumpto nempè remedio, quieuit populus, & patienter Dei flagellum deinde sustulit.
Cum verò anno 1648. penuria non leuis tritici fuisset detecta, quasi ex improuiso liberalitate
17 hæc Mediolani Ciuitas populum subleuauit dum prouisa annona, panem meliori prætio vendi curauit proprio damno Ciuitas, quam habita prætij tritici ratione vendi debebat: quo
18 tempore laudabilissimum eius singulari liberalitatis exemplum Illustriss. Comes Bartholom. Aresiis Ordin. Magistratus vigilantissimus Præses, acri ingenio vir, & omnium scientiarum peritissimus, dum sponte quantitatem tritici proprij ad forum Ducis, & longe minori prętio vendi populo iussit, vt hoc pacto diminueretur commune prætium, & ita euenit; ita vt dici possit quod de Gillio Argentino testatur *Valer.*

19 *max. lib. 4. cap. 8.* inquiens erat opibus excel-
lens, sed multò etiam animo quàm diuitijs lu-
cupletior, semper in eroganda potius quam in
contrahenda pecunia occupatus; Adeò vt do-
mus eius quasi quedam munificentiæ officina
crederetur, illinc enim publicis vsibus apta
monumenta extruebatur, illinc grata populi
oculis spectacula edebantur, illinc Epularum
magnifici apparatus, labentiq; Annonæ subsi-
dia oriebantur; Et cum hæc vniuersis priuatim
alimenta inopia laborantibus, dotes virginibus
paupertate pressis detrimentorum incursu quas-
satis solatia erogabantur; Hospites quoq; tùm
Vrbani, penatibus; tùm etiam rusticis tectis be-
nignissimè excepti varijs muneribus ornati di-
mittebantur; Quid multa? non mortalem ali-
quem, sed propitiæ fortunæ benignum esse di-
ceres sinum; ergo quod Gillias possidebat, om-
nium quasi commune patrimonium erat; pro
cuius salute, & incrementis, tùm Agrigentina
Ciuitas, tùm etiam vicinæ regiones votis excu-
babant, *Hactenus Valer. max.*

Charitati enim, & ÆQVITATI, sine qua chari-
tate nihil sumus, etiam si cæteras virtutes ha-
beamus, vt inquit D. Paulus *ad Corint. 1. cap.*
20 1. conuenit, vt populus à fame subleuetur, &
illi subueniatur, & Principis commodo consu-
latur, cuius interest habere numerosum popu-
21 lum, & locupletem *l. cum ratio ff. de bonis dam-
nat.* & tradit *Menoch. cit. cons. 137. n. 19. & 20.*

Seuerè autem contra exportantes annonam tem-
pore penuriæ, vel illius prætium augere per
22 monipolium studentes agitur in *sex. in l. fin. §. si
quis C. de monopol.* Hinc Imperator Galba teste
Sueton. cap. 7. militi cuidam qui per expedi-
tionem arctissima annona residuum cibariorum
tritici modicum centū denaris vendisse argue-
23 batur vetuit, vbi is indicere cepisse à quoquam
opem ferri, & ità fame extabuisse refert *Petrus
Gregor. lib. 36. Sintag iuris cap. 30. num. 6.* qui
24 ex Cicerone scribit *seq. num. 6.* Athenis Athe-
nagoram Cynicum virgis fuisse cæsum, quod
in fame ausus fuisset triticum exportare; Et Iure
Diuino qui abscondit frumentum maledicetur
in populis, Benedictio autem super caput ven-
dentium, vt habetur in *Prouerb. cap. 11.*

Licet autem Deus Optim. Maxim. prouidit, vt si
26 penuria in vna regione contigit, in alia vber-
tas adsit, vna alteri succurrat, id tamen fieri de-
bet cum moderamine; ne tanta extrahatur co-
pia ex Prouincia vbertatem fouente, vt ad ne-
cessitatem illa reducatur, cuius respectu Theo-
doricus Rex Gothorum scribens Fausto Præpo-
sito, iussit; vt prius incolis fæcunditas frumen-
torum propria seruiat, quam peregrinis com-
mertijs studiosa cupiditas exhauriat, neq; fru-
menti peregrinas naues onerari, ad aliena lito-
ra transituras, quam expensæ publicæ ad opta-
tam copiam possint pertinere: Et rursum idem
27 Theodoricus scripsit comiti Silicatoriorum, &
portus curam agenti; speciem Sardi nullatenus
iubemus ad peregrina transmitti, sed in vsus
nostros propitia diuinitate seruentur, ne quod
in nostris partibus conficitur, noxia negligen-
tia deesse videatur, vt ex *Cassiadoro lib. 5. epist.
34. refert Petr. Gregor. l. c. nu. 8.*

Annonæ vero sub nomine, venit omnis annuus
28 fructus, qui ad victum pertinet, & sic ad fru-
mentum, panemq; coctum diarium extenditur,
& ad vinum, aliaq; edulia, pensiones, salariumq;
victus causa datum, vt probat *Petr. Gregor. cit.
cap. 30. nu. 1. Syntag. iur.*

Illud notatu dignum est, quod frumentariæ pecu-
niæ debitor citò est cogendus *l. 2. §. frumentariæ
ff. de administr. ad ciuitat. pertinent.* nulla excep-
tione compensationis admissa. *d. l. 2. §. ad fru-
menti*; Et qui frumento arenam, vel aliud quid
immiscuit, vel difficilis separatio sit, quasi de
corrupto ex lege Aquilia agitur *l. si seruus seruũ
27. §. rem si quis ff. ad legem Aquil. Petrus Grego-
rius cit. cap. 30. nu. 18. sintag. iur.*

SVMMARIA.

*Statuta non se extendunt extra territorium statuen-
tium num. 1. nisi expressè hoc contineant statuta
num. 2.*

*Declaratur, quando statutum respicit personam sub-
ditorum nu. 6. 8. Et quando inter subditos fit contra-
ctus nu. 18. & 19.*

*Statutum loci, in quo celebratus est contractus atten-
di debet nu. 3. 5. 21. Limitatur in contractu dotali
nu. 6. 7. 10. 11. 12.*

Accessorium sequitur naturam principalis num. 4.

*Persona, qua non potest contrahere in patria sic pro-
hibente statuto neq; potest contrahere in alio loco
nu. 9. 10. 12. 13. 16.*

*Statutum dans formam contractui, attenditur in loco
statuto supposito, non alibi nu. 14. 15.*

*Statutum quando in personam conceptum est censen-
dum num. 17.*

*Statutum licet non prodest forensi, non tamen ei nocet
num. 20.*

*Statutum loci, in quo instituitur processus, sine causa
seruari debet circa ordinatoria iudicij num. 22. 24.
26. 27. 28. & 30. secus circa causa merita nu. 23.*

In iudicijs quasi contrahitur num. 25.

*Clerici non subiacent gabellis impositis ijs, qui iudicia
proponunt num. 29.*

*Monetæ valor debetur iuxta cursum loci contractus
num. 32.*

*Executor sententia lata in alieno territorio sequitur
stilum eius iurisdictionis non alienæ num. 33. & 34.*

*Statuta loci celebrati contractus sunt attendenda in
decisorijs nu. 35.*

*Statutum domicilij viri attenditur in lucro dotali nu.
36. 39. 43. 45. contrarium nu. 40. 41. 42. etiam
si vir esset ciuis ex priuilegio num. 37.*

*Dotis restitutio petenda est in loco vbi vir decessit.
num. 38.*

*Vxor efficitur de domicilio viri num. 44. & sequitur
eius forum num. 46.*

*Vxor sequitur forum viri quoad iudiciale, secus quo
ad bona, quia retinet domicilium originis nu. 48.*

Vxor

Vxor nubendo mutat domicilium quo ad ea tantum, quæ possunt eam retrahere ab obsequio, & seruitijs viri nu.48. & 49.

Matrimonium contraxisse dicitur sub statuto patriæ contrahentium licet alibi fuisset contractum nu.50.

Statutum domicilij viri attenditur in restitutione dotis num. 51. 55.

Statutum siuè consuetudo loci vxoris attenditur in donaturis ilū missis per virum, dum in eo loco reperiebatur num. 52.

Statutum loci contractus attenditur in ijs, quæ oriuntur secundum contractus naturam tempore contractus num. 53. quoad etiam ea, quæ oriuntur post factum spectatur locus, in quo destinata est solutio num. 54.

Statutum loci vxoris attenditur, quando vir illuc transtulit eius domicilium num. 56.

Limitatur conclusio, si expressè conuentum fuisset, vt attenderetur statutum certum num. 57.

Contractus, etiam matrimonij, celebratus in loco tertio regulatur secundum ius commune num. 58.

Solemnitas statuti in contractibus obseruari debet per subditos, etiam si contractus celebrentur in alio territorio.

CAP. CCLXXXXIII.

STatutorum vires non se extendere ad aliena territoria notum est cum
1 statuētiū iurisdictio coerceatur intra fines proprij territorij, ita in specie tradit *Bald. in cap. p. num. 2. vers. & multo minus de iuram. calum.* quem sequitur *Alex. cons. 111. col. 1. & cons. 41. col. 1. lib. 5. Andre. Gail. obseru. 114. nu. 10.* scribentes omnes in *l. cunctos populos C. de Summ. Trinit. & fide Cath.* & post eos probat *Menoch. cons. 672. nu. 2. & cons. 1021. nu. 10. post Ias. cons. 80. nu. 2. lib.*
2 3. Quam conclusionem limitat *Bimius cons. 97. nu. 2.* quando scilicet expressè hoc continet statutum.

Hinc dicitur, quod statuta loci, in quo fuit cele-
3 bratus contractus sunt attendenda, etiam si solutio fuerit destinata in alio loco *l. si fundus ff. de euict. & l. semper in stipul. ff. de regn. iur.* & latè probat *Bart. in l. cunctos populos,* quem ibi sequitur *Cacialup. nu. 111. & tradit Gallia cons. 50. nu. 60. post Ias. cons. 194. lib. 2.*

Si itaq; statuta loci contractus sunt atendenda, sequitur; vt etiam solemnitates in contractibus ab eodem statuto requisitæ obseruari debeant, cum accessorium sequatur naturam sui princi-
4 palis *vulg. c. de præcar, & c. accessorium de reg. iur.* & probat *Bald. in l. ex testamento 29. in fin. C. de fideicom. Gratian. lib. 3. discept. forens. cap. 282. nu. 35. & cap. 423. nu. 45.* & in terminis, quod quoad solemnitates, & formam contrahendi attendi debeat locus, vbi fit contractus, non autem lo-
5 cus, cui sub sunt contrahentes est *tex. in l. 2. ff. quemadmodum testam. aper.* & probat *Cacialup. in d. l. cunctos populos nu. 102. C. de Summ. Trinit. & fide Cath.* & copiosè tradit *Rol. de lucr. dotis q. 17. & Fanuc. de lucr. dot. 9. nu. 33.* quos in terminis sequitur *Menoch. cons. 672. nu. 3.* de contractu dotali loquens, & postea scribit *Gratian. l. c. lib. p. cap. 9. nu. 1. post Corne. cons. 185. nu. 9. lib. 2. & lib. 2. cap. 389. nu. 8. & 9.* vbi multos citat, & ita fuisse Romæ iudicatum testatur, atq; ad contraria respondit, & plures de hac materia solemnitatis statuti scribit *nu. 10. 11. 12. & 13.*

ÆQVIVS tamen videtur, vt solemnitates in con-
6 tractibus personam contrahentium respicientes obseruentur, etiam in contractibus celebratis in alio territorio; vtpotè, si statuto caueretur, vt mulieres contrahere non valerent, nisi adhibita certa solemnitate, huiusmodi solemnitas necessaria est etiam in contractibus extra territorium statuentium celebratis: Quia concernit personæ fauorem, illam habilitando ad contractum cum illa solemnitate, ad quem alias deue-
7 nire nequiret *l. si curatorem habens C. de in integr. restit. min.* nam subditus legi municipali vbiq; est
8 subditus *l. ex ea ff. de postul.*

Persona etenim, quæ non posset facere contractum in sua patria statuto impediente, non potest illum facere alibi; vbi tale statutum non viget; Hoc pacto namq; statutum fieret eluso-
9 rium, quod esset absurdum *l. mercatores, de contrac. & mercat. & l. 2. in fin. de Eunuch.* & probat *Castalupus in alleg. l. cunctos populos nu. 104.* dicens, huiusmodi statutum in habilitans subditum, vt non possit contrahere simpliciter illum ligare vbiq; terrarum, & sic fauorabile, vt ibi-
10 dem scribit *Bart in q. 6.* ac cæteri scribentes concludentes, quod statutum inhabilitans personam ratione formæ; vt puta, quod nulla mulier alienet sine consensu consanguineorum proximorum, ligat personam subditam vbiq; *d. l. ex ea ff. de postul.* & probat *Menoch. cit. cons. 672. nu. 3.*

Hanc sententiam defendit *Tiraq. trac. de legib. connubialibus g. o. 8. à nu. 219. vsq; ad nu. 235.* & terminaliter decidit *Gratian. discep. forens. cap. 886. nu. 7. lib. 5.* vbi probat testamentum factum per vxorem sine consensu consanguineorum ad for-
11 mam statuti loci originis ipsius mulieris, nullum esse etiam si illud factum sit in alieno terri-
12 torio; quia adhuc solemnitates requisitæ in statuto originis, debent seruari in contractibus aliundè celebratis.

Distinguunt igitur DD. inter statutum loquens in personam, & inter statutum loquens in rem;
13 quia primo casu persona vbiq; alligata statuto dicitur; secundo verò casu statuti vis non se extendit extra territorium statuentium, vt concludit *Caccialupus sub tit. num. 102. vers. secundo vero casu post Bart. in eadem l. cunctos populos nu. 42.* & latè probat *Tiraquel. de iure primog. q. 46. nu. 4. & 7.* quos sequitur *Menoch. alleg. cons. 1021. nu. 11. & cons. 1086. nu. 9.*

Qui

Qui Caccialupus vers. essent ergo, pro maiori dilu-
14 cidatione quæstionis quatuor proponit casus:
Primus scilicet, quando statutum dat formam
contractui, & tunc simpliciter locus contractus
attenditur; Secundus, quando simpliciter habi-
litat, vel in habilitat personam, & tunc includit
subditum, & illum vbiq; afficit, si fauore inha-
bilitati statutum prohibet, vt exponit Bart. ibi-
dem q. 6. Tertius, quando contractus dat for-
mam ratione personæ; & tunc similiter locus
15 contractus inspicitur secundum Bald. in l. extra
territorium ff. de iurisd. omn. Iudic. Quartus, quan-
do personam inhabilitat ratione formæ; vt sci-
licet, quod minor, vel filius familias non con-
trahat sine solemnitate, & hoc casu præponde-
rat, quæ sit habilitas personæ, & consequenter
16 attendendus est locus, cui subesset ipse minor
ratione originis, vel incolatus, quasi tunc statu-
tum potius sit censendum in personam, quàm in
17 rem, vt in simili dicitur per Bald. in l. si quis pro
eo, ff. mandati, quam distinctionem tandem com-
probat Caccialupus in nu. 103. & 104. vbi multa
proponit similia, ad rem Menoch. cit. cons. 1021.
num. 11.

Declaratur tamen conclusio hæc, vt locum ha-
beat, quando subditus contrahit extra territo-
rium, cum alio subdito eiusdem Dominij, &
18 supposito eidem statuto, vt tradit Anchar. in c.
1. de constit. in 12. q. principali in vers. quid dice-
tur in obligatione personali: Vel si contraxit cum
non subdito habente notitiam statuti prædicti,
19 vt subijcit Caccialup. loc. rel. nu. 106. secus, si con-
traxit in alieno territorio cum non subdito ne-
sciente dispositionem huiusmodi statuti inhabi-
litantis personam ad contrahendum, nisi adhi-
bita certa solemnitate; Quia tunc statutum non
præiudicat non subdito, illius dispositionem
ignoranti, & extra territorium contrahenti,
ex magna ÆQVITATE, vt subijcit Anchar. l.
c. & sequitur Caccialup. sub alleg. num. 106. ante
vers. igitur dicere possumus, & si enim statutum
non prodest forensi, illi tamen neq; nocet, Me-
20 noch. cons. 164. nu. 11. & cons. 870 nu. 21. Peregr.
decis. 56. nu. 3. cum seq. & decis. 104. nu. 9.

E contra vero, quando statutum in habilitat prin-
cipaliter contractum inducendo formam, &
solemnitatem in contractu minoris, & similium,
si minor, vel mulier forensis contraheret in ter-
ritorio statuentium cum subdito statuti; obser-
uare debet solemnitatem statuti ad contractum
21 validandum, vt post Bald. in repet. cit. l. extra
territorium ff. de iurisdic. omn. iud. probat Caccia-
lupus sub cit. nu. 106. vers. quando verò, vbi de-
terminat conclusionem prædictam locum ha-
bere etiam si statutum mixtim ratione personæ,
& formæ disponeret dirigendo principaliter
prohibitionem in personam.

Cæterum in his, quæ respiciunt litis, seu processus,
aut iudicij ordinem, siuè ritum, obseruari de-
bent statuta, & consuetudines illius loci, vbi fit
22 processus, siuè fuit institutum iudicium l. 3. in
fin. ff. de testib. & l. 2. in fin. ff. quemadmodũ testam.
aperian. etiam si contractus fuerit alibi celebra-
tus l. nisi opinatores C. de exact. tribut. lib. 10. DD.
in l. à Diuo pio §. sententiam ff. de re indic. & post
alios probat Polid. Ripa sing. obser. 350. nu. 3. &
5. namq; respectu decisionis causa, & illius me-
ritorum attenduntur statuta loci contractus, vt
23 probat Bart. in d. l. cunctos populos C. de Summ.
Trinit. & fide Catholi. quem sequitur ibidem
Caccialupus num. 107. vbi tradit exemplum de
Florentino, qui contraxit Senis, & Florentiæ
conuenitur, puta vigore instrumenti publici,
quod Senis habebat paratam executionem, ex
forma statuti Senensis non attenditur Floren-
24 tiæ statutum Senense; sed statutum, siuè con-
suetudo Florentiæ, vbi iudicium fuit proposi-
tum, si enim Florentiæ ex stylo, vel per statutum
agi debet ordinariè, non poterit procedi execu-
tiuè vigore statuti Senensis; quia in iudicijs
25 quasi contrahitur l. 3. §. idem scribit ff. de pact.
& ille quasi contractus causatus in iuditio Flo-
rentiæ agitato nascitur Florentiæ; ergo consue-
tudo, & statutum fori Florentini respiciens or-
dinem est seruandum, iuribus alleg. & l. 2. C. de
manut. lib. 10. Cyn. & cæteri in l. 1. C. quæ sit Lon-
gobar. consuet. & probat Caccialup. sub cit. num.
107. cum seq. & respectu decisoriæ causæ atten-
di debere statutum loci contractus confirmat. nu.
111. ex Bart. loc. cit. etiam si solutio fuerit desti-
26 nata in alio loco per l. si fundus ff. de euict. & l.
semper in stipul. ff. de reg. iur. Quam sententiam
sequitur Polidor. Ripa cit. obseruat. 350. nu. 5. post
Rotam decis. 330. p. 2. in nouis. & amplectitur
Galia. cons. 84. nu. 12. post Neniz. cons. 20. nu. 9.

Prout è contra si Senis iuditium instituitur vigore
27 instrumenti contractus extra territorium Se-
nense celebrati, contenditur nihilominus execu-
tio iuxta stylum fori Senensis, ac si contra-
ctus fuisset ibi celebratus; cum attendi debeat
ordo Iudicij ex statuto, siue stilo Senensi intro-
ducto, vt dictum fuit, quod notatu dignum esse
tradit Caccialup. in fin. num. 108. post Bald. in re-
pet. d. l. cunctos populos col. 14. Agens enim in vno
loco agere videtur circa ordinatoria ea lege,
quæ ibi viget, & in eam legem consentire, vndè
merito arctatur per ipsam legem, ex notatis in
28 l. ex ea ff. de poccul. & probat idem Bald. ibidem
col. præsertim 28. vers. tertium exemplum.

A qua stili obseruantia, si gabella debetur ab
29 Agente, vt Perusij, & in multis alijs ciuitati-
bus, & Opidis, excludi ab ea Clericum ibi agen-
tem probat Bald. col. 28. & sequitur Caccialup.
loc. rel. nu. 110. cum illi sint in hoc priuilegiati l.
cum Ecclesia in fin. C. de Episc. & Cleric.

Intantum; vt quandò adest statutum in loco con-
30 tractus, vt ex nudo pacto possit quis agere vi-
gore huiusmodi pacti, agi potest tam in loco
contractus, quàm alibi conueniatur, vt scribit
Caccialup. l. c. sub nu. 111. vers. secundo inferas,
& cum effectu tenebitur obligatus vigore sta-
tuti prædicti vigentis in loco contractus; etiam
si conueniatur in alio loco, quia illum arctat sta-
tutum vigore contractus initi in eo loco, in quo
viget

viget statutum, & si illum conueniat in alio
loco; Idcircò inspiciamus locum, vbi contra-
ctus est celebratus, in quo viget ius cōmune, si
aliud non appareat, vt inquit *Bald. in l. fin. C. ne filius pro patre q. 5. Butri, in c. fin. de confess. col. 10.* quos sequitur *Caccialup. cit. nu. 111. in fin.*

Si vero duo Senenses contrahant in Ciuitate Flo-
rentiæ de soluendo vni per alterum aureos mil-
31 le; Illi intelliguntur iuxta valorem aurei, quo
expenditur aureus in Ciuitate Florentiæ, non
secundum cursum Senatum, quoniam attendi
debet locus contractus, vbi alia qualitas aurei
32 non fuerit expressa, in istis decisorijs *Caccialu-
pus l. c. sub nu. 121. in fin. Po'id. Ripa cit. obseru. 350. num. 5. post Felin. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ nu. 55. versic.* septima declaratio, & nouis-
simè decidit *Bimius cons. 153. num. 17. & seq. ex Socin. Sen. cons. 147. num. 4. versic. circa secundum lib. 2.*

Præterea si sententiæ executio fieret per Iudicem
33 alterius territorij; tunc in exequendo sequi
debet talis Iudex suam iurisdictionem, non alte-
rius, & seruare leges, & statuta loci eius iuris-
dictioni suppositi, non alterius, *d. l. missi opinatores C. de exact. tribut. lib. 10.* Et fieri debet
executio secundum morem Curiæ exequentis,
non curiæ sententiantis, si ad vnam curiam per-
tinet sententiare, & ad aliam exequi, vt tradit
34 *Bald. in d. l. p. C. de execut. rei iudic. per l. missi opinatores*, & sequitur *Cacialup. sub num. 113.*

Conclusionē firmatam, quod in decisorijs attendi
debeant statuta loci, in quo fuit celebratus con-
tractus, limitat *Bart. in d. l. cunctos populos*, non
habere locum in contractu dotis, in cuius exa-
ctione non attendi Statuta, & consuetudines
loci celebrati contractus dotis, siuè matrimonij,
35 probat ibidem *Bart. l. exigere dotem ff. de iudicijs*, quem sequitur *Gallia cons. 50. num. 61.*

Verum distinguendo quæstionem *Cacialup. in d. l. cunctos populos num. 114. vers. ex prædictis*, con-
cludit, quod si Florentinus post contractum
matrimonium recessit Florentia, & habitacu-
lum transtulit Bononiæ, & ibi post habitatio-
nem multorum annorum ciuis creatus mortua
vxor est siuè liberis in eadem Ciuitate Floren-
tiæ, ad quam accesserat inuisendi causa consan-
guineos, attendi debet in lucro dotali statutum
Bononiæ, vbi domicilium habebat vir, non
36 Florentiæ, in qua fuit contractum matrimo-
nium per *d. tex. in l. exigere dotem*, iuxta senten-
tiam *Archid. in c. illud dixit 12. distinct.* quam
sententiam sequitur *Alba cons. 23. num. 11. & Bimius cons. 77. sub num. 17. cum duob. seq. & cons. 328. num. 8. atq. cons. 337. num. 6.* etiamsi
vir esset ciuis ex priuilegio in loco domicilij
vxoris, modo principalius esset domicilium viri
37 *Cagnol. in d. l. exigere dotem num. 19. 25. & 31.*

Declaratur vlterius hæc *Bartoli* sententia, vt scili-
cet dotis restitutio, si decessit vir, peti debeat
in loco domicilij viri, non autem in loco con-
38 tractus matrimonij; & si quoad lucrum dotis,
& donationis propter nuptias, attendi omnino
debeant statuta loci, in quo fuit celebratus con-
39 tractus, vt inquit *Gulielmus de Cun. in cit. l. cunctos populos per l. heres absens §. 1. ff. de Iudic. & l. qui certo ff. de condit. indebit.* quē refert *Caccialup. cit. num. 114.* Et quamuis deinde velit idem *Auctor n. 115.* quod in lucro dotis debeat omnino at-
tendi statutum loci domicilij viri, vt dictum
fuit per *Bald. in l. fin. C. si à non compet. Iud. & in l. 1. C. de priuileg. dotis*, quam opinionem com-
muniter esse receptam scribit idem *Cacialup. sub d. num. 115.* & hoc ex speciali prouisione *d. l. exigere dotem ff. de iudic.* vt explicat etiam *Gallia d. cons. 59. num. 61.*

Contrarium tamen statuisse videtur *Bald. in Auth.*
4 *omnes Peregrini col. p. vers. & ideò C. commun. de Success.* dicens non inspici domicilium viri, sed
vxoris in contractu matrimonij, respectu lucro-
rum dotalium, quidquid in contrarium affir-
41 mauerit *Curt. Iun. in cit. l. exigere dotem*, quam
Baldi sententiam amplectitur *Ias. in l. 1. col. 6. vers. limita communem C. de Summ. Trinit. & fid. Cathol.* & sequitur *Cagnol. in d. l. exigere dotem*,
& post alios multos probat *Cassan. ad consuetud. Burgundiæ rubric. 4. §. 2. in tex. Au Duplt. de Buorgo*, adducens eundem *Bald. in titul. de pace constantiæ vers. si qua controuersia*, concludendo,
quod attendi debeat consuetudo patriæ vxoris,
42 vbi fuit contractum matrimonium; cum mari-
tus videatur contrahere secundum consuetudi-
nem, quæ viget in loco contractus.

Quamuis idem *Castren. num. 3. cum seq.* contrariam
sententiam deinde approbauerit, vt scilicet at-
tendi debeat Statutum domicilij viri, quando
agitur de lucris nuptialibus, etiam si fuerit ma-
trimonium contractum in loco domicilij vxoris,
præterquam in lucris sponsalicijs, in quibus at-
tenditur consuetudo domicilij sponsæ, vt expli-
43 cat *Rol. de lucro dotis cit. q. 18.* ea ratione, quod
contracto matrimonio vxor effecta sit de domi-
cilio viri *l. quædam § item rescripserunt, vbi Bart. ff. de municipal.* & tradit *Carpan. ad Statut. 298. num. 215.*

Reuera quæstio hæc valdè dubia videtur; Non
obstante enim *Bart. auctoritate l. c. & in l. fin. §. ità rescripserunt ff. ad municipalem*, quem sequi-
tur *Camprg. de dote par. vlt. qu. 31. & Peregrin. cons. 90. num. 22. lib. 1.* concludentes attendi
45 debere statuta domicilij viri in successione vxo-
ris, quasi illud sequatur vxor; Contrarium sta-
tuit *Gratian. discep. foren. cap. 581. num. 10. & 12.* constanter affirmando, quod mulier sequi-
tur forum viri tantum in obsequialibus; & in
46 concernentibus beneficium mariti, Secus in
Successione actiua, vel in lucris nuptialibus, in
quibus non attenditur mariti domicilium, sed
originis mulieris; quando adimit iura, & actio-
nes, vt post alios probat *Alex. cons. 20. in fin. lib. 2. & in l. cum quedam puella col. 1. vbi Castrens. ff. de iurisd. omn. iud.* & sequitur *Magon. decis. Florent. 107. num. 11. Alba d. cons. 23. nu. 10. & Peregr. cit. cons. 90. nu. 27. lib. 1.* & antè
eos probat *Curt. Sen. alleg. cons. 27. sub numer. 26. vers. patet ergo.*

Quam

Quam concluſionem iterum comprobat idem
Gratian. in cap. 986. num. 2. & 14. lib. 5. diſcept.
forenſ. diſtinguendo inter forum Iudiciale, quod
47 ſortitur vxor; & contractus forum quoad bona,
pro quibus retinet domicilium originis, cuius
ligatur ſtatutis; Quia nubendo mulier, mutat
tantum domicilium quoad ea, quæ poſſent illam
retrahere ab obſequio, & ſeruitijs mariti, &
quoad alia, nulla adeſt mutatio propriæ origi-
nis, & ſic, nunquam perdit originis domicilium,
48 quod citra alios omnes effectus retinet ex Bart.
in l. fin. §. idem reſcripſerunt num. 5. ff. ad muni-
cipal. Bald. conſ. 351. num. 8. lib. 1. & conſ. 308.
Ad euidentiam num. 7. lib. 3. & in d. l. cum que-
dam puella, vbi Curt. Iun. num. 6. Cagnol. nu. 20.
Socin. num. 6. verſ. ſecundo limita. ff. de iuriſd.
omn. Iudic. Iaſ. in l. Arrogator nu. 45. ff. eod. tit.
Alba cit. conſ. 23. num. 10. Alex. conſ. 20. in fin.
lib. 2. & conſ. 101. num. 1. lib. 3. atq; conſ. 125.
lib. 7. Capra conſ. 21. penult. Abb. in c. Poſtulaſti
col. 2. de foro compet. & latiſsimè probat Tira-
quel. de legibus connubialib. gloſ. 1. par. 1. nu. 37.
Vincent. de Franch. deciſ. 416. num. 4. & deciſ.
546. num. 30. Carpan. ad Statut. 298. num. 192.
& Surd. conſ. 560. à numer. 8. vſq; ad numer. 11.
49 Qui Auctor num. 15. in indiuiduo de lucro dota-
li loquitur, in quo eo caſu maritus voluit in ca-
pitibus matrimonialibus, vt ſtaretur ſtatuto
eius originis, non autem originis mulieris; & ſic
admittere videatur, quod in lucro dotali obſer-
uandum erat ſtatutum loci contractus, vbi ali-
ter non fuiſſet conuentum.

Quamuis vbi nihil expreſsè conuentum fuiſſet
quoad Statuta; & contrahentes matrimonium
eſſet fori eiuſdem, atq; in aliena iuriſdictione
contraxiſſet matrimonium contractum illud
50 ſecundum ſtatuta proprij fori diceretur, vt
probat Menoch. conſ. 672. num. 2. Theſaur. deciſ.
106. num. 4. & poſt alios Giurba ad Statuta Meſ-
ſana cap. 1. gloſ. 7. num. 60. par. 1.

Placet tamen diſtinctio quam facit Andreas Gre-
gorius in allegat. 45. num. 36. qui concludit,
quod quando agitur de reſtitutione dotis, vel de
illius lucro attendi debet Statutum domicilij
51 viri iuxta citatam l. exigere dotem ff. de iudic.
quando verò tractatur de donatiuo miſſo vxo-
52 ri, attenditur locus reſidentiæ vxoris; Quia
ſecundum morem illius regionis præſumuntur
matrimonium contraxiſse, vt poſt Fulgoſ. conſ.
93. Thaunſius de dote gloſ. 4. num. 46. probat
Carpan. ad Statut. Mediol. 298. verb. lucratur
nu. 191. cum plur. ſeqq. vſq; ad num. 217. & præ-
ciſe num. 216. Andreas Gregorius cit. allegat. 45.
num. 35. & 36. & poſt eos probat Fontanel. de
pact. nupti. clauſ. 7. gloſ. 3. part. 7. num. 82. &
83. Bimius cit. conſ. 77. num. 27. cum duob. ſeqq.
& conſ. 153. num. 17. 18. & 19. Qui Auctor in
conſ. 278. num. 82. cum ſeq. probat ſtatuta loci
contractus eſse obſeruanda ratione eorũ, quæ
oriuntur ſecundum ipſius contractus naturam
53 tempore contractus: ſecus reſpectu eorum, quę
oriuntur ex poſt facto propter negligentiam,
& moram; quia tunc ſpectatur locus in quem
collata eſt ſolutio maximè ſi vnicus limitatus
fuerit l. vinum ff. ſi cert. pet. & l. 1. ff. de vſur. &
diſtinguit Bart. in l. 1. num. 6. & 38. C. de Summ.
Trinit. & fide catholica.

Vbi autem vir domicilium in vtroq; loco haberet,
56 tunc attenderetur locus contractus matrimo-
nij, vt explicat Fanuc. de dotis lucro d. gloſ. 9. nu.
20. ſequitur Carpan. in cit. cap. 298. num. 10. Id
quod etiam locum haberet, ſi vir ad domicilium
vxoris ſe traſtuliſſet, vt perpetuo ibi habitaret
Ità notat Coſta in ſuis memor. in verb. dos reperi-
tur verſ. Hac autem, & Marſil. ſingul. 367. num.
4. & poſt eos Roland. de lucro dotis q. 16. & Fa-
nuc. cit. gloſ. 9. nu. 31. & 32. ac Rimin. Iun. conſ.
23. num. 122. quos ſequitur Carpan. in cit. cap.
298. num. 111.

Quod ſi expreſsè conuentum fuiſſet, vt dotis reſti-
tutio, & lucrum fieret ſecundum conſuetudi-
nem loci contractus vel dotem ſoluens, ſiuè
promittens ſtipulatus fuiſſet ſibi reddi in eo
loco; tunc ceſſaret omnis difficultas, quin ſtatu-
tum loci contractus eſſet attendendum, vt poſt
57 Rol. l. c. q. 17. Fanuc. cit. gloſ. 9. num. 33. pro-
58 bat Carpan. num. 212. cum ſeq. qui ſeq. nu. 213.
ſubijcit; quod ſi matrimonium contractum fuiſ-
ſet in loco tertio, tunc ad ius commune ſe retu-
liſſe partes certum eſt ex Fanuc. allegat. gloſ. 9.
numer. 39.

SVMMARIA.

Maritus, & vxor ſunt duo in carne vna num. 1.
Maritus tenetur alimentare vxorem, & medicum cum medicinis infirma adhibere num. 2.
Maritus non adhibendo medicum vxori infirmæ, vel imperitum amittit lucrum dotis num. 3. 8. 9.
Lucrum ex propria culpa quis conſequi nequit num. 4. 5. 12. & 13.
Alimenta denegando vir, vxori, occidere illam dicitur num. 6.
Appellatione alimentorum veniunt medicina num. 7.
Occiſor prohibetur occidere occiſo num. 10.
Frater ſi matrimonio copulauit Sororem extra territorium non poteſt gaudere beneficio ſtatuti priuantes mulieres extra territorium ſe nubentes num. 11.
Monaſterium non lucratur hæreditatem illius, qui fuit inductus artibus ad ingrediendum Religionem ob eius hæreditatem num. 14.
Ingreſſi hæreditas eo caſu datur venientibus ab inteſtato num. 15.
Clericus, qui ob bona temporalia inducit aliquem de aliena Parochia ad eligendam ſepulturam in ſua Eccleſia priuatur omni commodo num. 16.
Matrimonia debent eſſe libera num. 17.
Statutum prohibens mulierem extra territorium ſe nubentem inualidum dicitur num. 18.
Contrarium verius num. 19. declaratur num. 23. 24. & 25.
Damnum pati non dicitur, qui lucro excluditur n. 20.
Lucri amiſſionis pœna non conſideratur in matrimonio num. 21.

Nubendi

Maritus, qui fuit causa etiam mediata obitus vxoris, non lucratur dotem.

CAP. CCLXXXXIV.

DVO in carne vna esse maritum,
& vxorem dictum fuit suprà in
1 *cap. 167. num. 44. ex Matth. cap.*
19. & ad Ephes. cap. 5. Idcircò
alimentare vxorem maritus tenetur,
atq; infirmæ medicum
adhibere debet vna cum medicamentis, etiamsi
illa à marito diuertisset, quod magis est, vt pro-
2 bat *Bald. in cons. 53. Quadam Ricabella lib. 3.* &
sequitur *Tiraquel. in l. si vnquam in verb. donatione largitus num. 219. & num. 231. C. de reuocand.*
donat. In tantum, vt non adhibendo medicum,
3 vel imperitum, amittat vir lucrum dotis *Plotus*
in tract. de Blasfem. sub num. 18. vers. extra statut. Ruin. cons. 8. num. 3. lib. 2. Roland. de lucro
dotis q. 62. num. 8. Campeg. tract. de dote par. 5.
qu. 3. quos sequitur *Tortus ad Statutum Papiæ*
121. num. 21.
Eo enim casu maritus dicitur præbere causam
4 obitus vxoris, quo casu ÆQVVM non est, vt ex
sua culpa lucrum consequatur *tex. in l. si ab hostibus §. fin. ff. solut. matri.* & in terminis pro-
bat *Iac. de Puteo in cons. 4. vers. & ideo col. 3. inter cons. Calcan.* Quia nemo ex sua culpa, & facto
5 præmium, vel lucrum reportare debet *l. relegatarum in fin. & ibi glos. ff. de interd. & releg. &*
l. siuè hereditaria ff. de negot. gest. & probat *Fuln.*
Pacian. cons. 4. num. 40. Viuius decis. 187. num.
44. vbi casum notabilem explicat, quem sequi-
tur *Fontan. de pact. nuptial. claus. 7. glos. 2. par.*
5. num. 2. cum seq. ad hoc citans *Barzium decis.*
128. num. 33. & Paguer. decis. 169. per totam.
Et quasi vxorem occidisse tunc dicitur maritus,
vxori alimenta denegando, vt notum est, &
6 probat *tex. in l. quod si nolit §. si emancipatum ff.*
de adil. edicto, & glos. in l. si ab hostibus §. 1. ff.
solut. matr. Surdus de alimen. tit. 4. qu. 5. num. 9.
7 Interquæ alimenta medicinas, & medicum sa-
larium contineri tradit *Angel. in l. cum hi §.*
quem transigit ff. de transact. & sequitur *Surd. cit.*
8 *tit. 4. q. 5. num. 2. & 3.* vbi in *num. 10.* expressè
probat maritum excludi a lucro dotali, si vxo-
9 ri infirmæ medicum non adhibuit, per *glos. in d.*
l. si ab hostibus, quam auream esse scribit *Bald.*
in l. quod in vxorem C. de negot. gestis. Occisor
verò nunquam succedit occiso, neq; eius hære-
10 di, vt probat *Gratian. lib. 1. discep. forens. cap.*
185. num. 14. quem sequitur *Fontanel. claus. 7.*
glos. 3. part. 2. num. 23.
Hinc dicitur, quod stâte statuto priuante heredita-
te nubentem extra territorium, masculis agnatis
existentibus, locum non habet Statutum, si fuis
11 matrimonio collocata Soror à fratre extra ter-
ritorium, hac notabili ratione, quod ipse frater,
vt Statutum nõ seruaretur, maritando Sororem
extra territorium ex quo facto succedit, quod
causanti culpam, vel delictum, non potest de-
ferri lucrum ex culpa, vel ex delicto proueniens,
12 vt mirabiliter inquit *Bald. in l. sed si hac §. prostituta in fin. ff. de in ius. vocan.* vbi dicit, quod
stante Statuto, vt qui dederit damnum in vinea,
puniatur in decem applicandis Domino Castri,
13 si aliquis iussu, vel de consensu dicti Domini
damnum dederit in vinea; tunc pœna non ap-
plicabitur d. Domino Castri.
Idem locum habebit, si monachus auiditate patri-
monij alicuius, illum inducit ad ingressum Re-
14 ligionis, licet ingressus teneat, tamen priua-
bitur patrimonio ingressi, dum malis artibus
illud procurauerit, & dabitur ingressi hæredi-
15 bus ab intestato *tex. in c. constituit. 20. q. 3. Abb.*
in c. in nostra extr. de sepult. dicens, quod si Cle-
rici propter bona temporalia inducant aliquem
16 de aliena Parochia ad eligendum sepulturam
apud eos, tunc omni commodo, quod erant
percepturi, priuabuntur.
Et quia passim huiusmodi Statuta habentur in Ci-
uitatibus Italiæ, quibus priuantur hæreditate
mulieres, quæ extra territorium statuentium
se nubunt, non leuis quæstio agitata est inter
scribentes de validitate huiusmodi Statutorum,
libertatem matrimonij adeò restringentium
17 cum matrimonia debeant esse libera *c. gemma*
extra de sponsal. & l. Titia ff. de verb. obligat.
18 & non valere huiusmodi Statuta tenet *Federic.*
de Senis. cons. 36. maritus vxoris num. 2. vers.
ex his ergo, & repetit *in cons. 275. Statuto cautum num. 73. vers. itaq, non videtur esse dubium.*
Quam opinionem post multos alios per eum rela-
tos sequitur *Calcan. cons. 3.* concludendo non va-

lere Statutum Laudæ, quo prohibetur mulieres
nubere cum hæreditate extra territorium, siuè
iurisdictionem Laudensem, quam sententiam
ibi sequitur Hieron. de Tortis cons. 5. & Rolant. de
Curte in cons. 105. inter cons. Calcanei, & quam
conclusionem complectitur Rimin. Sen. de Statu-
to consil. Brixia loquens in cons. 427. lib. 3. Curt.
Sal. cons. 27. Magnificus Vir. de Statuto Ferraria
agens, idem tradit Cephal. cons. 319. sub num. 18.
vers. postr. sicut, Costa in eius memor. in Verb. Sta-
tuto Mediolani, & Landa, ac Clar. qu. 82. num. 10.
vers. Hinc infertur in eius pract. crim. & post eos
tradit Pacian. alleg. cons. 4. nu. 4. cum plurib. seqq.

Contraria tamen sententia est in viridi obseruan-
19 tia, tanquam matrimonij causam non attin-
gens; cum aliud sit nubere, aliud sit forensi nu-
bere cum traditione bonorum Statuto subiacen-
20 tium; Quia non dicitur damnum pati, qui à
lucro excluditur; & sic pæna lucri amissionis
non est consideranda in contractu matrimonij l.
21 Titio centum §. 1. & ibi Bart. ff. de condit. & dem.

Et hanc opinionem sequitur idem Pacian. de pro-
bat. lib. 2. cap. 3. declarando conclusionem præ-
dictam in cit. cons. 4. num. 16. cum seq. quod hu-
iusmodi Statutum intelligi debet, quando mu-
lier potest honestè nubere in loco Statuentium;
22 Quod si talis persona non reperiatur in iurisdi-
ctione, vt possit mulier, saluo decore suæ digni-
23 tatis, illi nubere; tunc pæna Statuentium non
habet locum in ea muliere, quæ propter hone-
statem, & dignitatem suam extra territorium
se nupsit, vt in terminis decidit tex. in l. hoc
modo ff. de condit. & demonstrat. vbi habetur,
quod si fuerit relictum legatum Semproniæ sub
hac conditione, si in Ciuitate Aricia non nupse-
rit, ita demum Sempronia erit obligata non se
nubere Ariciæ, quando alias nuptias facile po-
terit inuenire; sed si non posset alibi facilè se nu-
bere; tunc poterit Ariciæ se nubere, & lega-
tum consequi; idem cauetur per tex. in l. cum
ità legatum §. videamus ff. eod.

Quam declarationem approbat Bart. in l. decimus
C. de murileg. lib. 11. concludendo, quod Statu-
24 tum pænale prohibens contrahi matrimonium
cum hominibus diuersarum terrarum, intelligi
debet, vt valeat quoad pænam, quando quis
potest in sua terra honestè nubere seruata for-
ma statuti, alias secus, quam Bart. sententiam
sequitur ibidem Bald. & Lucas de penna numer.
16 vers. & Dominus col. fin. atq; Aretin. in §. 1.
numer. 4. vers. Quæro, an Statutum Instit. de iur.
natur. & post eos scribit Calcan. allegat. cons. 3.
vers. adhoc etiam accedat, & fortiss. col. 9. lo-
25 quens in terminis Statuti Laudæ; Si enim ali-
ter interprætaretur Statutum, per viam indire-
ctam indiceretur viduitas, siuè cælibatus nubi-
libus mulieribus; cum nulla sit differentia inter
prohibitionem non nubendi, vel inhoneste nu-
26 bendi l. cum ità legatum §. qua enim Titio ff. de
condit. & demonstrat. Pacian. cit. cons. 4. num. 19.
& 20. scribens numer. 21. Reipublicè interesse,
27 vt matrimonia fiant ad sobolem procrean-
dam, & ad replendas Ciuitates hominibus, iuxtà
l. 1. ff. de solut. matri. vt dictum fuit suprà in cap.
167. num. 86. & 88. Iddircò summa cum ratione
cauetur, vt quælibet dispositio de matrimonio
in certo loco contrahendo loquens debeat sem-
28 per intelligi, salua honestate, & dignitate per-
sonarum d. l. hoc modo ff. de condit. & demonstrat.
& tradit Pacian. loc. relat. num. 21.

Lex enim esse debet possibilis, & honesta c. facta
29 cum seq. distinct. 4. cum ab omni lege, & ab
omni superioritate, semper intelligatur esse ex-
30 ceptum ius honestatis, vt inquit Bal. in l. quod
ex libertate C. de operi libert. qua ratione moti
31 tradunt DD. Dominos, idest Feudatarios, non
posse cogere subditas suas, vt eant ad tripudium,
32 & ad choreas, quas ipsi exercent, quoniam
hoc non dicitur honestum, & honestas excepta
33 est ab omni iussu, & imperio, vt explicat Pa-
cian. loco relat. num. 24. & 25. dicens in hone-
34 stum, & impossibile æquiparari per glos. in l. vul-
go ff. de statu hominum, & in l. si cum dies §. ple-
num ff. de receptis arbitr. & probatur in l. cit. cum
ità legatum, cum l. seq. ff. de cond. & demon.

Cuius Statuti Laudensis derogationi, & alterius
35 Mediolan. in cap. 90. lib. 1. sepe dispensauit Se-
nat. Excellentissimo auditis prius illis, qui in
casu contrauentionis vocabantur ad successio-
nem bonorum, de cuius Statuti Mediolansis ob-
seruantia tenet Alb. cons. 23. & consil. 456. num.
36 12. vbi de vtriusq; Statuti Mediol. & Lauden.
obseruantia agit, & memini hanc dispositionem
concessisse Senatum D. Hieronimo Toricello
Nouariensi, siuè D. N. Laudensi eius vxori illi
nubenti, in dotem tradendo bona stabilia non
exigui valoris sita in Territorio Laudæ anno nì
fallor 1619.

Prout cum D. Margarita Casata vidua, postea
Marchionissa creata instituta hæres fuisset ab
illius fratre Ciue Nouariense, in opulenta hære-
ditate posita in Territorio Nouariæ sub condi-
37 tione, vt nuberet vni ex familia Casata Noua-
riensi, si nubere mallet. Iuditium proposuit
coram Excellentiss. Senatu anno 1616. ad hoc
vt conditio huiusmodi remoueretur, & non ob-
stante conditione prædicta, tanquam matrimo-
nium impediente, iuxtà c. gemma de sponsal. &
l. Titia ff. de verb. oblig. Senatus tamen nunquam
illam exaudiuit, quæ propterea in Viduitate
permansit, & interijt gaudendo dicta hæredi-
tate annui redditus saltem aureorum octo mille
saltem per annos triginta.

Non etenim impediri matrimonium dicitur,
quando quis legaret, vel hæredem constitueret
38 alium sub conditione, ne in maritum talem, vel
talem acciperet, cum tunc habeat legataria
facultatem se nubendi cum alijs tex. in d. l. cum
ità legatum ff. de cond. & dem. secus si sub spe lu-
cri quis inuitatur ad matrimonium non con-
39 trahendum, quia tanquam impeditiuum ma-
trimonij, tunc reiecta conditione deberi lega-
tum siuè hæreditatem, concludit Curt. Sen. cons.
37. Magnificus vir. num. 7. propè finem post An-

ton.

tou. de Butri in c. 1. extra de Spousal. per glos. in c. cum secundum in verb. certoq. casu de hared. in
40 *6.* & sequitur *Patia. cit. cons. 4. num. 15. & 26.*
quidquid in contrarium dixerit *Abb. in c. p. & in*
c. Eccles. S. Maria extra de constit. vt subijcit ibidem *in fine Curt. Sen. cit.*
Præterea sicuti maritus occidendo, vel occidi fa-
41 ciendo vxorem non lucratur dotem *d. l. ab hostibus §. si vir vbi Bart. Alex. & Ias. ff. solut. matrim.* & scribit *Bossius in tit. de his quibus, vt indign. num. 21. & Clar. in §. Homicidium num. 17.*
42 etiam si maritus occideret vxorem ex causa adulterij, quo casu permittitur homicidium, vt tradunt omnes in *l. ab hostibus §. si vir vxorem*, & scribit *Baiard. in addit. ad Clarum in d. §. Homicidium num. 64. cum seq.* Et præcisè cauetur ex *Statuto Papia 121.* priuando etiam filios
43 ipsius vxoris occisæ, & vocando ad illius successionem Patrem, Matrem, Fratres, Sorores, & alios consanguineos ordine successiuo; ità priuatio hæc locum habere debet, si morti vxoris causam præbuit vir, illi alimenta denegando, vel medicamenta non exhibendo, vt dictum
44 fuit. Quippe ius succedendi in defectum coniunctorum etiam amittit maritus *l. 1. C. vnde vir, & vxor*, & probat *Tort. ad d. Statutum Papia 121. & 153.* quo loci etiam tradit conclusionem procedere, si maritus sæuiat in vxorem ex
45 *Bartol. consil. Crimin. 316. & 551. lib. 2.*

SVMMARIA.

Dos non restituitur vxori constante matrimoni numer. 1. & 2.
Contrarium verius num. 3. 4. 5. 6. 7. & 9.
Benignitas idem, quod Æquitas num. 8.
Dos restituitur filio, quando recedit cum vxore à domo Patris num. 10. consentiente tamen vxore numer. 11. & 12.
Dos non debet restitui filio prodigo, & vitijs dedito numer. 13.
Furioso aquiparatur prodigus, & vitijs deditus numer. 14.
Dos restituitur vxori, vrgente marito ad inopiam numer. 15.
Dotis restitutio constante matrimonio propriè non dicitur restitutio, sed assicuratio num. 16.
Solutione eius, quod debetur, tollitur omnis obligatio num. 17. & 18. 21.
Hypotecam, quam habet mulier in bonis viri ratione dotis, renuntiare nequit num. 19.
Mulier agere intendens contra contractum restitutionis dotis, impetrare debet absolutionem à iuramento num. 20.
Actionem qui habet ad rem, habere videtur rem ipsam num. 23.
Res, ad quam actionem habemus, dicitur esse in bonis nostris num. 24.
Quod est in obligatione, dicitur nobis adesse, & esse in nostro patrimonio num. 25.
Possessio probata dicitur, si vltra clausulam constituti fructus percepti fuere num. 26. 27.

Dos constante matrimonio, licet regulariter non restituatur mulieri, ex honesta tamen causa plerunquè restitur.

CAP. CCLXXXXV.



COnstante matrimonio dos non restituitur vxori, quia ea esse debet pænes maritum, qui vxorem alit, & sic vbi sunt one-
1 ra matrimonij *l. si is qui §. p. ff. de iur. dotium, & l. sane eodem tit.* dos enim eo animo dari inquit *Paulus in l. p. ff. eod. tit.* vt semper apud maritum sit.
Quam sententiam probat *Anchar. cons. 238. incipit. Regula idem constante*, dicens non posse restitui dotem mulieri, vel alio de eius voluntate, costante matrimonio, in tantum, vt si ea resti-
2 tuatur, non contingat liberatio *l. p. C. si constant. matrim.*
De ÆQVITATE tamen restitutio huiusmodi fit etiam constante matrimonio ex tribus causis, necessitatis scilicet, pietatis, & vtilitatis, quæ
3 omnes sub honestatis causa veniunt *tex. Litteram in l. quamuis, & l. sed ff. solut. matrim.* videlicet, vt ibidem exponitur, si vellet mulier con-
4 sulere filijs egentibus, quos habebat ex primo matrimonio, vel soluere creditori suo, aut maritum ab hostibus captum, vel in carceribus retentum liberare, vel etiam aliquos consanguineos à latronibus captos redimere, præsertim proprium Patrem e carcere, vt abundè explicat ibidem *glos. magna in vtraque lege.*
Hanc conclusionem comprobat *Anchar. d. cons.*
5 *238. num. p. cum seq.* inquiens locum etiam habere, etiamsi restitutio facta esset per Socerum, qui dotem receperat, & sic obligatus ad illius
6 restitutionem iuxta dispositionem *l. si eum dotem §. trasgrediamur ff. solut. matrim.* quem sequitur *Natta cons. 496. num. 9. cum plurib. seqq.*
Quemadmodum sententiam ipsam amplectitur
7 *Menoch. cons. 93. num. 23.* eo quia dotis præcipuè ÆQVITAS consideratur *l. si ego §. p. ff. de iur. dotium*, ibi *Benignus, & in l. cum post. §. Gener. eod. tit.* cum ÆQVITAS, & BENIGNI-
8 TAS idem sit, vt fuit probatum supra in *cap. 61. num. 4. lib. p.* Quam sententiam confirmat idem *Menoch. cons. 229. num. 2.*
Quæ conclusio locum etiam habet, quando mari-
9 tus fuit damnatus ad perpetuas triremes, quia tunc restituenda venit dos mulieris, vt per *l. si constante ff. solut. matrim.* probat *Caroc. decis. 106. num. 15. & 19. Granit. Theorem. 3. Farinac. q. 19. num. 54.* quos sequitur *Fontanel. de pact. nuptiat. Claus. 7. glos. 7. par. 5. num. 2. cum seq.*
Honesta etiam causa, & vtilis diceretur ad dotem
10 restituendam constante matrimonio, si filius familias recederet à Patre cum vxore, cuius

dos ad Patrem fuerit soluta; quia tunc, cum
filius familias se gerat vti Pater Familias, præ-
sertim si sit mercator, dotem Patri solutam con-
sequi potest, & illi solui debet *l. si maritos C. fa-
mil. ereisr.* & probat *Bald. in d. l. ram dotem §.
transgrediamur. ff. solut. matrim.* quem sequitur
Anchar. cit. cons. 238. sub num. 2. dicens, quod
vt tutior sit Socer, qui dotem restituit filio
seorsim cum vxore habitanti, illam restituere
11 debet demandato, & voluntate eius Nurus, &
quod ipsa liberet eum, & promittat non venire
contra eum, etiam cum iuramento; quoniam
ex hoc consequetur Socer plenam liberatio-
nem *r. cum contingat. de iur. iurando.*

Aduertit tamen Auctor ipse *sub d. num. 2.* quod hu-
iusmodi dotis restitutio facienda est filio fami-
lias volente vxore, quando filius est homo dili-
12 gens, circunspectus, & prouidus in administra-
tione, & gubernatione suæ familiæ, & patrimo-
13 nij; Quia alias si negligens, prodigus, & vitijs
deditus ille esset, dos tutè restituta non videre-
tur, vt innuere videtur *Anchar.* & habetur ex
14 tradit per *Menoch. cons. 1956. num. 5.* Furioso
æquiparantem prodigum, & vitijs deditum.

Additur alius casus, in quo dos restituitur constan-
te matrimonio, quando scilicet maritus vergit
ad inopiam, quia tunc assignatur prædium
15 vxori æquiualens eius doti, *Bart. & Alex. in d.
l. p. constante ff. sola. matrim. Capie. decis. 46. nu.
4. Gail. obsern. 92. num. 134. Vrsil. ad Afflic. de-
cis. 9. Fabin. de Ann. cons. 63. nn. 2. & 3. Giurb.
decis. 16. nu. 14. & 20. Gabriel. cons. 147. lib. 1.
Gratian. discept. forens. lib. 3. rap. 489. num. 15.*
quos sequitur *Fontanel. de pact. nuptial. clans. 7.*
16 *glos 2. part. 8. num. 30.* Qui Auctor eadem *clans.
7. glos. 7. par. 3. nam. 47.* concludit propriè non
dici restitutionem hanc, quæ fit constante ma-
trimonio, sed assicurationem.

Facta verò dotis restitutione extincta dicitur om-
nis hypoteca, quam mulier habet in bonis soce-
17 ri, cum solutione eius, quod debetur, pignus, &
hypoteca soluatur *l. item liberatur ff. quib. mod.
pignus, vel hypot. solut.* & expreisè in hypoteca
18 dotali probat *Bart. in l. Iubemus io §. C. ad velle.
per tex. in l. Vir vxori §. p. ff. eod. tit.* quem se-
quitur *Natta d. cons. 296. num. 19.* Alias hypo-
tecarum iuri renuntiari minime posse per mu-
19 lierem ex causa dotis contractus scribit idem
Natta num. 15. vbi alias ita consuluisse testatur.

Vbi vero mulier post dotis restitutionem sibi fa-
20 ctam, contra promissa venire intenderet, sub
prætextu lesionis, vel aliter, absolutionem à iu-
ramento petere nequiret *c. cum contingat. de
iure iuran.* & probat *Alex. cons. 42.* super præ-
misso themate *col. penul. vers. non obstat. verb.* &
21 qui Auctor *num. 21.* scribit post confessionem
liberatoriam nil amplius posse petere mulie-
rem, neq; opponere per *l. Cela pactam ff. de pact.
vbi glos. Bart. & cæteri.*

Neq; sub prætextu rei non traditæ agere quis po-
test ad annulandum contractum; sed potius
22 actionem proponere debet, vt res sibi trada-
tur, & qui actionem habet, rem ipsam habere
23 videtur *l. qui actionem ff. de reg. ior. Natta all.
cons. 495. sub na. 17. & 19.* Cum res dicatur esse
in bonis nostris, ad quam actionem habemus *l.
24 rem in bonis ff. de acquir. rer. domin. & l. bono-
rum appellatione ff. de verb. signif. Bald. in l. fa-
25 rere posse ff. solut. matrim.* dicens, quod illud,
quod est in iure, & obligatione, dicitur nobis ad
esse, & esse in nostro patrimonio.

Quæ traditio probata dicitur, si cum clausula con-
26 stituti, interuenit etiam perceptio fructuum
prædij venditi, siuè in solutum dati, ex quorum
27 perceptione possessio probata dicitur, vt in-
quit *Natta cit. cons. 496. no. 17.*

SVMMARIA.

Canonis solutionem allegans eam probare tenetur n. 1.

Solutionis probatio fit etiam per coniecturas nu. 2. & 30.

*Solutio canonis pro tribus annis continuis facit pre-
sumptionem solutionis aliorum annorum præterito-
rum num. 3. 4. 9. 16. etiam rem Emphit. Eccles.
nu. 11. debitum esset iuratum num. 12. declaratur
num. 17.*

Idem procedit in solutione tributorum nu. 5. 7. 11.

*Præsumptio iuris dicetur ea, quæ à lege, vel statuto
in troducta est, non homine num. 6.*

Vsucapiuntur mobilia per trienium nu. 8.

*Solutio Canonis, siuè pensionis, quæ fit triennio singu-
lo, vel quinquennio, probatur per tres solutiones nu.
13. Idem fit per semestre num. 14.*

Ex præterito non infertur in futurum nu. 15.

*Solutiones tres factæ esse debent distinctè, & diuersis
temporibus, non vnico contextu, vt probet in præ-
teritum fuisse solutum canonem nu. 17. 18.*

*Citatio vbi requiratur trina, non sufficit, si eodem
tempore fiat, sed diuersis temporibus fieri debet
num. 19. 20. Quæ conclusio locum habet in debito
reali tantum, non in personali num. 21.*

*Solutio trium annorum probanda est per scripturam
creditoris, non autem per testes nu. 22.*

Soluisse dicitur, qui se obligauit ad soluendum nu. 23.

*Soluendi promissio vim habet solutionis ad euitandam
pœnam caducitatis num. 24. de quo tamen dubitat*
Menoch. *num. 25.*

*Depositum Canonis non dicitur habere vim solutionis
pro tribus annis num. 26.*

*Soluendo quis sibi non præiudicat, pro alio tempore
etiam non facta protestatione num. 27.*

*Solutionis trium annorum probatio non iuuat eum,
qui vult inducere præscriptionem solutionis debitæ
ad præiuditium soluentis nu. 28.*

*Solutionis probatio per decennium requiritur, vt quis
obligetur ad continuandam solutionem nu. 29.*

*Temporis diuturnitas in petendo creditum inducit
præsumptionem solutionis nu. 31. diligentia credi-
toris, & mors debitoris nu. 32.*

Solu-

Solutio Canonis pro tribus annis inducit præsumptionem solutionum præteritorum, ita vt pro illis non possit molestari Emphiteuta, siuè debitor.

CAP. CCLXXXXVI.

QVi solutionem canonis allegat, eam
probare tenetur, tanquam in facto
1 consistentem *vulg. l. quinginta ff. de
probat. Bald. cons. 108. sub nu. 2. lib.*
& post eos probat *Mascard. de pro-
bat. concl. 1318. in princ.* & in terminis Emphy-
teusis *Corbol. de iur. emphit. tit. de causa priuat.
ob non solutum Canonem q. 4. nu. p.*

Hæc tamen probatio sæpè per coniecturas, &
2 præsumptiones admittitur, ita vt, ijs attentis,
resultet probatio solutionis, vt probat *Calcan.
cons. 22. Bertazol. cons. ciuil. 118. lib. 2. Mas-
card. cit. conclus. 1318. Rimin. Iun. cons. 407. sub
nu. 12. Simon de Pretis cons. 68. in princ. Menoch.
de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 139. & Hector Fe-
lic. Alleg. 41. nu. & Alleg. 44. nu. 2. part. 3.*

Si itaq; debitor annuæ præstationis, siuè canonis
doceat se soluere canonem per tres continuos
3 annos, ex ÆQVITATE molestari non potest
pro tempore præcedenti, cum canonem, siuè
pensionem pro tempore præterito soluisse præ-
sumatur, vt cauetur per Martianum Imperato-
4 rem in *l. quæcunq; C. de apochis publ. lib. 10.* vbi
loquitur de debitoribus tributorum, quod ma-
6 gis est, quam legem auream appellat *Bald. in c.
litteræ de dilat.* & vnicam atq; singularem ap-
pellarunt *Bart. & Alex. in l. si certis annis C. de
pactis.*

Præsumptio namq; iuris dicitur hæc ex lege statu-
6 ta, non hominis, vt inquit *Menoch. de præsumpt.
lib. 1. q. 4.* & repetit *in d. præsumt. 139. nu. 1. lib.
3.* Vbi rationem *d. tex.* exponit in tribus consi-
stentem, nempè in deuotione, & legalitate in
soluendo; secundum in continuatione per tres
annos continuos, & tres distinctas solutiones;
Tertium in silentio exactorum per illud tempus
continuatum; Quartum, si tres distinctæ trium
coherentium annorum publicæ apochæ, ab offi-
cialibus publicis confectæ, & datæ simplicitec
sine protestatione, aut reseruatione præceden-
tium annorum; quam sententiam amplectitur
*Budel. in tract. diuersorum de monetis cap. 24. nu.
5. pagin. mihi 505.*

Quæ conclusio eo fortius locum obtinet, cum ve-
7 risimile non sit exactores tributorum alioquin
diligentes, & auaros præteritorum annorum
solutionibus neglectis, & nulla adhibita prote-
statione, reseruationeq; illorum trium postre-
morum annorum solutionem recepturos fuisse,
8 vt perpendit *Menoch. cit. præsumpt. 139. nu. 2.*
subijciens, quod si in negligentiæ detrimentum
lex statuit trienio mobilia vsucapi *l. 1. ff. de vsu-
cap.* non mirum etiam, si statuit hoc in casu exa-
ctorem, scilicet negligentem præsumi recipisse
satisfactionem.

Et quam sententiàm procedere in Emphiteuta
9 probat *Menoch. cit. præsum. 139. nu. 6. lib. 3.* qui
soluto canone per tres annos continuos præsu-
mitur in præteritum soluisse, vt *Accurs. specu-
lator*, & cæteri extendunt in *d. l. quicunq;* quos
longa serie refert, & sequitur *Anton. Gabriel.
lib. p. comm. opin. in tit. de præsum. conclu. 11. nu.
2. Costa in eius memor. in verb. solutio facta*, & in
10 emphiteuta Ecclesiæ idem esse scribit *Hostiens.
in summa in tit. de locato §. fin. vers. hoc autem
11 notandum*, quem sequitur *Menoch. sub cit. nu. 6.*
vbi *nu. 7. 8. cum seq.* docet idem procedere in
censuario, in solutione collectarum, in oblatio-
12 nibus, & etiam si debitum esset iuratum iuxta
cons. *Grati 121 lib. 2.*

Vbi verò solutio esset distributa per trienium, vel
quinquenium, & constaret de solutione trium
postremorum temporum, procederet conclusio
supra firmata, ne pro præterito tempore posset
13 molestari debitor, vt inquit *Bald. in d. l. quicunq;
nu. 5. vers. Item quaro præstabat C. de apochis lib.
14 10.* & sequitur *Menoch. d. præsumpt. 139. nu. 12.*
Et si solutio distributa esset per semestrium,
probata solutione trium semestrium postremo-
rum locum haberet conclusio firmata, vt subij-
cit *Menoch. nu. 13.* & sequitur *Gratian. lib. 4. di-
scep. forens. cap. 716. nu. 13. cum seq.*

Qua conclusione stante elicitur ex præteritis non
15 inferri in futurum, quia licet per solutionem
trium annorum præsumatur pro præterito
tempore solutum, non tamen pro futuro tem-
pore solutum fuisse præsumitur, vt scribit *Me-
noch. loc. cit. num. 15.* post *Cranet. cons. 313. col.
2. in princ. & Franch. decis. 137.* exprimendo,
16 quod solutiones debent comprahendere tres
annos proximè præteritos, vt decisum fuisse
per Senatum, seu sacrum Concil. testatur *nu. 4.*

Declaratur tamen conclusio per *Menoch. l. c. nu. 24.*
vt locum non habeat, quando solutiones tres
factæ fuerunt vnico contextu, cum diuersis
17 temporibus fieri caueatur per *d. l. quicunq;* Quia
si factæ fuerunt vnico contextu, eodem tempo-
re, non procedit præsumptio, quod soluerit
18 pro tempore præterito; vt inquit *Bald. in d. l.
quicunque nu. 3. & in l. 2. vers. pone quod quis C.
de dotis promissione, Ias. in l. 2. nu. 133. de iur. em-
phit. Card. Mantica de tacit. & ambig. lib. 3. tit.
15. nu. 65.*

Pro cuius conclusionis corroboratione tradit *Me-
19 noch. sub nu. 24. vers. confert ex glos. in l. 4. ff. de
pignor. act.* dicente; quod cum pro venditione
pignoris requiratur trina monitio, non est satis,
si creditor ter interpellet debitorem eodem
tempore; Hæc enim vnica censetur interpella-
20 tio, quam glossam sequuti sunt *Bart.* & cæteri
ibidem, & *Tiraquel in l. si vnquam, in verb. re-
uertatur,*

uertatur,

uertatur num. 42. C. de renoc. don.

Quam tamen conclusionem limitat *Menoch. num.*
21 *26. cũ duobus seqq.* locum habere tantum in de-
bito reali, secus in debito personali, post *Gabriel.*
22 *cit. conclus. 11. in fin.* Et vbi solutio trium an-
norum continuorum probatur per scripturam
creditoris, non autem per testes *Padilla in l. 1.*
nu. 17. C. de fideicom.

Et quam conclusionem principalem etiam proce-
23 dere scribit *Menoch. l. c. num. 21.* si debitor non
solum re ipsa soluisset illis tribus vltimis annis,
sed etiam quando se obligasset ad soluendum
24 per *Decis. cons. 650. num. 15.* Quia ad euitan-
dam pænam caducitatis obligatio vim habet
solutionis ex *Bald.* & alijs ibi relatis; Quamuis
25 de hac traditione dubitet *Menoch. num. 22.* ex
traditis per *Crauet. cons. 313. num. 5. vers. sep-*
timo dicta lex, & post eos perpendit *Gratian. lib.*
3. discept. foren. cap. 553. nu. 12.

E contra verò, si debitor non soluit, sed depositum
26 fecit, tunc non habere locum conclusionem
firmatam probat *Crauet. cit. cons. 313. col. 3.*
vers. sexto considero, quem sequitur *Menoch.*
all. præsumpt. 139. num. 31. quia soluendo quis
sibi non preiudicat pro alio tempore, etiam non
facta protestatione, nisi pro eo tempore pro
27 quo soluit *l. Lucius §. testator ff. de legat. 2.* &
late probat *Gratian. lib. 5. discept. forens. cap. 33.*
num. 18.

Quemadmodum probatio solutionis trium anno-
28 rum è contra non iuuat eum, qui vult inducere
præsumptionem solutionis debitæ ad præiudi-
tium illius, qui soluit, vt fiat inductio decennij;
quia ad probandum huiusmodi obligationem
non sufficit probatio solutionis trium annorum
præcendentium, sed per decennium probanda
29 venit *Butri. in cap. littere num. 9. de dilat. & Ias.*
in l. si certis annis num. 15. vers. homo C. de pact.
quos sequitur *Cardinal. Mantic. de tacit. & ambig.*
cit. lib. 3. tit. 15. num. 66. ad eem *Gratian. lib. 4.*
discep. foren. cap. 562. nu. 48. cum plur. seqq. & cap.
208. nu. 10. 11. & 12. lib. 2.

In cæteris verò debitis non annualibus, solutio
30 præsumitur facta concurrentibus pluribus co-
niecturis, vt dictum fuit supra ex *Mascardo con-*
clu. 1318. num. 26. Menoch. præsumpt. 135. sub
num. 2. lib. 3. Rimin. Iun. cons. 407. sub num. 12.
& Bertazol. cons. ciuil. 118. in pri. lib. 2. inter
quas primo loco attenditur diuturnitas tempo-
ris, dum creditor diù tacuit, expectando mor-
tem debitoris, quia crederet hæredem esse igna-
31 rum solutionum a defuncto factarum, diligen-
tia creditoris, qui non solebat, tanto tempore
diferre exactiones pecuniarum sibi debitarum,
vt perpendit *Alex. in cons. 115. col. 2. lib. 7. Corn.*
cons. 277. col. 3. lib. 4.

Hanc sententiam terminaliter amplectitur *Affl.*
decis. 13. sub numer. 21. & decis. 58. sub numer. 8.
Crauet. cons. 148. in fin. Mascard. alleg. conclus.
1318. num. 27. Menoch. citat. præsumpt. 135. nu.
19. & cons. 121. num. 98. cons. 457. num. 1. &
cons. 611. numer. 24. quos sequitur *Hector Felic.*
cit. Alleg. 44. num. 3. lib. 3. qui *seq. num.* alias
plures deducit præsumptiones, & coniecturas,
ex quibus solutio præsumitur, vti alias etiam te-
32 tigit in *Alleg. 41. num. 1. cum sequent.* quibus
ego addo *Gratian. lib. 4. discep. forens. cap. 739.*
num. 38.

SVMMARIA.

Bannitus capitaliter impunè offendi potest vigore statutorum, & proclamationum nu. 1.

Banniti iure communi inspecto impunè offendi nequeunt nu. 2. & 3.

Hostes interficere non licet, præterquam si transfugant ad hostes nu. 4. & 5.

Statutum præmium promittens interficienti bannito valet nu. 6.

Bannitus liberatus impunè offendi non potest, nisi adhuc esset descriptus in albo bannitorum, & occidens ignoraret liberationem num. 7. Si verò ignorabat, aut poterat dubitare, tenetur pœna extraordinaria occisor nu. 8. 9. & 11.

Culpa in occidente punitur pœna extraordinaria num. 10.

Homicidium naturaliter continet dolum nu. 12.

Occisor banniti debet prius inuestigare diligenter, an adhuc vigeat bannum num. 11. 13. contrarium num. 14.

Homicidium banniti adhuc in albo descripti, si bona fide fuit commissum impunitum euadit nu. 15.

Decretum Senatus in ea materia nu. 15.

Ordinatio curiæ Pretoriæ contra illum, qui occiderat bannitum adhuc in vno ex albis descriptum, licet sciret posse illum esse à banno liberatum nu. 17.

Officium Panigarolarum in quo Mediolani describuntur banniti dicitur accessorium aliorum officiorum, in quibus fiunt condemnationes nu. 18.

Tolerantia publica banniti dicitur præstare illi securitatem nu. 19.

Scientia præsumptiua liberationis banniti sufficit, vt procedatur contra illius occisorem nu. 20.

Publica scientia existente de liberatione banniti non excusatur priuata ignorantia nu. 21.

Statuto, vel proclamate permittente, vt offendi quis possit impunè, occidi etiam impune potest nu. 22.

Offensa appellatione grauissima & capitalis continetur nu. 23. & 24.

Animus non valet regulare factum in offendente bannitum, vel alium quem offendere licet nu. 25.

Permisso vno actu, permissum etiam dicitur omne illud per quod ad actum perducitur nu. 26.

Occidens bannitum habentem saluum conductum, de quo non habebat noticiam impunè id agere poterit num. 27.

Salui conductus notitia dari debet per proclama num. 28.

Bannitus ille reputatur, qui in albo inter alios bannitos descriptus est nu. 30.

Bannitum habentem saluum conductum occidens dupliciter punitur, scilicet ob homicidium, & quia vti publicæ securitatis violator nu. 31.

Bannitum captum, & sic sub protectione Iustitiæ occidens

cidens

Bannitum occidens, qui gratiam obtinuerat, sed nundum ex albo fuerat deletus, punitur extraordinariè, si deposuit scire, quod esset à banno liberatus.

CAP. CCLXXXXVII.



Apitaliter bannitum in albo descriptum impunè offendi, & occi-
1 di posse tradunt omnes, tanquam
patriæ hostem, quem vt plurimum
a statutis impune offendi posse cauetur, de quibus latè *Menoch. de arbitrar. q. 90. nu. 16. cum pluri. seqq.* & præcisè etiam sæpissimè disponitur per proclamationes Principum; cum iure communi inspecto banniti impunè
2 non possint offendi, vt determinauit *Bart. in l. vt vim nu. 1. ff. de inst. & iur. vbi Claud. de Seitellis nu. 8. & in repet. nu. 17.* & ita se obseruari
3 vidisse scribit *Alber. in 4. part. statutorum q. 6.* circa finem; quam sententiam habere maximam ÆQVITATEM scribit *Clar. in §. Homicidium vers. plerumq; etiam*; ne homines ea ex
4 causa inter se ipsos sæuiant; subijciendo non licere hostes interficere, sed speciale esse in transfugis ad hostes, qui propter periculum reuelationis secretorum impunè occidi possunt per
5 *Tex. in l. tertia §. transfugas ff. ad legem Cornel. de Sicar. post Bart. loc. cit. vbi Claud. nu. 9. l. c.*
Valet enim tale statutum disponens, quod bannitus possit impunè offendi, vel occidi, vt inquit
6 *Io. Andreas ad specul. in tit. de constitut. §. 1. circa finem,* & tradit *Bart. in l. omnes populi num. 23. ff. de inst. & iur.* ac post infinitos alios per eum relatos probat *Clar. in cit. §. Homicidium vers. plerumq; etiam circa medium.*
Si tamen occisores sciebant huiusmodi bannitum obtinuisse gratiam, siuè liberationem, etiam si adhuc ab albo ille non fuerat deletus, tunc pœna ordinaria puniri debere occisores probat
7 *Capulla. cons. 39. vers. item pro hoc facit, ex Bald. in l. 1. col. 4. C. d non compet. Iud. & in l. ex quacunq; col. 4. vers. modo quæro ff. si quis in ius vocat. & vers. & videtur dicendum, & ex Bart. & cæteris in l. penul. ff. de adult.* ac probat *Gand. de bannitis pro malef. numer. 17. in q. fin.* quem sequitur *Farinac. cit. q. 103. numer. 80. & Blancb. num. 174.*
Si vero ignorabant, aut poterant dubitare; tunc
8 pœna extraordinaria illos teneri concludit *Cephal. cit. cons. 39. vers. Tamen ne longius vagari videar*, cum illi in culpa saltem esse dicantur,
9 dum non se informarunt, ex qua culpa puniri
10 debent per *l. 2. §. in hac actione ff. vt bon. rap. & l. Cornelia ff. de sicar. & argu. l. qui cum alys,*
11 *& l. qui in alterius ff. de reg. iur.* Curiosè enim debent occisores inquirere, & non currere ad actum, cui naturaliter inest dolus, quale est ho-
12 micidium, cum aliud sit iustificare, aliud sit punire, vt notatur in *l. accusare C. quod met. causa*, ita concludit *Cepol. l. c. cum vers. seq.*
Quam sententiam sequitur *Clar. in alleg. §. homici-*
13 *dium vers. Item quæro*, repetendo dicta per *Capoll.* quod occisores debeant curiose inquirere; & non præcipitanter currere ad homicidium committendum. Quam opinionem esse ÆQVIOREM, & in iudicando tenendam te-
14 statur ex *Nello de bannitis in p. p. tertij temporis q. 2.* licet contrarium affirmet *Blancb. de indic. num. 164.* & post eos tradit *Farinac. all. q. 103. num. 42.*
Et vbi bona fide deuenerint occisores ad homici-
15 dium banniti, adhuc in albo descripti, nulla pœna affici possunt, cum operam rei licitæ dedisse constet, & ita censuit Senat. Excell. die 22.
16 Iunij 1596. ad relationem Iudicis Equi fauore Hieronimi Crucei, & fratrum de Satis ob homicidium Alberti de Trincherijs capitaliter banniti, qui gratiam obtinuerat nescientibus homicidis, sed nundum eam præsentauerat, nec de albo fuerat idcirco deletus, decernendo illos non esse vlterius molestandos, penes Secretarium Marchesonium.
In causa vero Io. Petri Prinæ delati de homicidio Hiacinti Suici banniti, qui gratiam obtinuerat à condemnatione, & ex albo officij Seprij, in quo fuerat condemnatus, fuerat deletus, licet

adhuc

adhuc in officio Panigarolarum, in quo omnes
condemnati deſcribuntur, non fuerat deletus,
17 ordinauit Curia Prætoria menſe Martio 1651.
me præſente eſſe conſtituendum reum de dicto
homicidio Priuam, pro vt conſtitutus fuit, mox
ſub fideiuſſione relaxatus, quæ cauſa adhuc
pendet.

Prætendebat enim Prina ſe iure, & impunè po-
tuiſſe occidere Suicum, cum adhuc in Albo offi-
cij Panigarolarum vti capitaliter deſcriptus
reperiretur; E contra occiſi hæredes, illum pu-
niendum eſſe ſaltem pæna extraordinaria gra-
ui inſtabant ex quo optimè ſciebat Suicum eſſe
liberatum à banno; Tum quia in officio Seprij
inerat condemnatus capitaliter, fuerat deletus
ab albo bannitorum, & in cuius territorio com-
miſſum fuerat homicidium, qui locus attendi
debebat, tanquam principalis, à quo depende-
bat officium Panigarolarum acceſſorium ad il-
18 lud *Farin. q. 103. num. 86.* Tum quia palam, &
publicè in hac Ciuitate Mediolani, & eius Du-
catu tolerabatur Suicus; quam præſtare ſecuri-
19 tatem probat *Farinac. conſ. 53. num. 6. & repe-
tit. cit. q. 103. num. 291. & num. 289.* Quo at-
tento potuit iuſtè credere Prina, quod Suicus
non eſſet vlterius Bannitus, vt perpendit *Hector
Felician. Alleg. 2. num. 16. par. 1.*

Quam ſententiam liberationis præſcriptiuam ſuf-
20 ficere firmat *Farin. cit. q. 103. num. 96.* & vbi
publica vertitur ſcientia priuata ignorantia
non excuſat tanquam craſſa, & ſupina, vt in-
21 quit *Blanch. in eius pract. in verb. ignorantia
numer. 161.*

Quando autem per Statutum diſponitur, aut per
proclamationes Principis cauetur, vt quis im-
punè offendi poſſit, occidi etiam impunè poteſt,
22 vt ex communi DD. ſententia probat *Iaſ. in l. in
ſuis num. 26. ff. de liber. & poſth.* & tradit *Al-
ciat. de verb. ſignif. lib. 2. verſ. præter igitur fol.
mihi 47.* quos ſequitur *Clar. in cit. §. homicidium
verſ. eſt tamen, & Farin. q. 103. num. 18.* quia
appellatione offenſæ grauiſſimà, & capitalis
23 continetur *l. quod ſi lictrum ff. de adem. lega.* &
tradit *Menochiu. de arbitr. cit. quæſt. 90.
numer. 30.*

Non eſt enim dare modum, ac terminum ipſi of-
fenſioni; ſi namq; bannitum quis vulnerare im-
24 punè valeat, quo fieri modo poterit, vt tutus
ſit illum non eſſe moriturum ex vulnere, cum in
25 his animus non valeat regulare factum *c. de ho-
micidio lib. 6.* & ſic non eſt in manu hominis
26 vulnerare, & non occidere, vt *Menoch. cit. qu.
90. num. 32.* ſubijciens, quod quando permitti-
tur vnum dicitur etiam permiſſum omne illud
per quod peruenitur ad illud *l. oratio ff. de ſpon-
ſal.* ita vt permiſſa offenſione cum vulnere, per-
miſſa pariter cenſeatur mors, quę ex vulneribus
procedit.

Idem procedit in occidente bannitum habentem
ſaluum conductum de quo occiſor non habebat
27 noticiam, quia moleſtari is non poteſt; & de
ſaluo conducto danda erat notitia per publi-
cum proclama, vt ad omnes perueniret ità pro-
28 bat *Dec. in l. qui cum alio num. 5. de regul. iur.
Gozad. conſ. 61. num. 4. 5. & 8.* poſt *Bald. conſ.
9. Ad euitentiam lib. 3. duplicatum in lib. 1. conſ.
401. & Caſtrenſ. conſ. 200. licet iſta quæſtio lib.
1. in antiquis;* Quia huiuſmodi homicidium ſem-
29 per excuſat probabilis ignorantia, dum in libro
ſiuè Albo bannitorum deſcriptum vidit occiſor
ſine aliqua ſalui conductus, vel liberationis nota
*Farinac. in alleg. q. 103. num. 293. cum ſeqq. plu-
rim.* & ità cenſuit Senat. Excel. die 23. Octobr.
1616. de ijs, qui occiderunt Io. Antonium Ma-
giaſcam Comitem bannitum habentem ſaluum
conductum à S. E. cum conditione, vt inſeruiret
in Caſtris, quod ſaluum conductum non fuit pu-
blicatum, dando litteras Prætori Comi, ne occi-
30 ſores moleſtaret; Pro tali enim bannitus ha-
betur, cum inter banditos in libro deſcriptus re-
periatur *l. 1. C. de teſtam.* & ſcribit *Menoch. l. c.
num. 36.* aliàs occidens bannitum habentem ſa-
luum conductum duplici ex capite punitur; vti
31 homicida ſcilicet, atq; vti publicæ ſecuritatis
violator, vt poſt *Dec. conſ. 327. num. 4. Goza-
din. conſ. 61. & Socin. Iun. conſ. 58. num. 12. lib.
primo* probat *Menoch. d. loco numer. 66. &
caſu 273.*

Captus verò bannitus, & ſub protectione curiæ
poſitus, occidi à priuato impunè non poteſt,
quia non ab alio, quam à *Iuſtitia id fieri licet*,
32 vt inquit *Bart. in l. laqueum ff. de acquir. rer.
domin. & in l. eiſdem §. transfugas ff. ad legem
Cornel. de Sicar. & in l. Iulia ff. ad legem Iul. de
vi priuata*, & probat *Menoch. cit. q. 90. numer.
53. de arbitrar.* vbi multas alias adducit aucto-
ritates *Farinac. citat. q. 103. num. 302.* Quia
tunc odio priuato occidere bannitum talis dici-
33 tur non ob publicam vtilitatem, ob quam occi-
ſio huiuſmodi permittitur, & ſic delinquere
talis dicitur, & pæna dignus eſt *Bart. in l. nulla
C. de delat. lib. 10. Roma. l. ſi quis in graui §. vtrum
ff. ad Senat. conſ. Sill.* & latè probat *Menoch. l.
c. num. 48.* & declarat *Farin. alleg. q. 103. num.*
34 28. qui Auctor *num. 46.* contrarium ſtatuit, vt
ſcilicet occiſor ob priuatum odium non poſſit
moleſtari.

Et ità obſeruatum fuit ſuperiori anno 1652. menſe
Decembri, dum quidam nobilis ſatis potens
cum magna armatorum manu, & auxilio mili-
tum hyſpanorum detentionem fratrum de Ca-
35 ſanouis bannitorum in oppido Belani Lacus la-
rij curauit mox poſt detentionem duos ex illis
interfici fecit, namq; ex ordine Senat. Excell.
illuc acceſſit Egregius Capitan. Iuſtitiæ, & in-
ſtructo proceſſu contra d. Potentem, & aſſeclas
proceſſit, & contumaces capitaliter damnauit,
poſtquam de huiuſmodi delicto inquiſitionem
contra illos formaſſet; & cominus bannitus,
qui ad ſupplicium ducitur, impunè à priuato
36 occidi poteſt *Bart. in l. cuiuſque num. 4. ff. ad
legem Iuli. Maieſt. Bald. in l. addictos, C. de Epiſc.
And. Palat. in epit. delict. cap. 36. nu. 19.* quem
ſequitur *Menoch. alleg. quæſt. 90. numer. 54.*

Farinac.

Farinac. cit. quaest. 103. numer. 304.
Deniq; occidens mulierem bannita prægnantem, pæna dignus est, cum impunè illam non
37 potuerit interficere, vt concludit Io. de Anania in c. intelleximus num. 7. de illis qui filios ouid. Marsil. in l. 2. num. 13. ff. de quest. & in pract. crimin. §. nunc videndum num. 50. Placa in cit. cap. 36. nu. 22. cum fætus innocens perire non
38 debeat l. Imperator ff. de stat. homin. & l. prægnantis ff. de questis. & si enim mater peccauerit, & morte digna sit; non tamen filius, quem in vtero gerebat, debuit ferre matris iniquita-
39 tem l. si quis in suo §. legis C. de inoff. testam. Farinac. cit. q. 103. num. 68.
Quæ conclusio locum habet, etiamsi mulier dum in carcere erat, reddita fuisset prægnans, atq;
40 etiamsi partus esset adulterinus Farinac. l. c. nu. 70. Ratio est, quia nullum est vitium, quod partui adscribatur; & etiamsi prægnans esset quindecim, vel viginti dierum tantum, vt inquit
41 Alex. ad Bart. in l. prægnantis ff. de quæstion. & sequitur Farinac. cit. q. 103. num. 60. Quamuis, nisi lapsis quadraginta diebus verè cognosci
42 possit, an mulier sit grauida, necne Menoch. d. q. 90. num. 55. & difusius explicat in casu 357. num. 3. cum plur. seqq. præsertim num. 7.
Pæna tamen locum habet tantum, quando occidens mulierem sciebat illam esse prægnantem;
43 vel quia ex magnitudine ventris manifestè de hoc apparebat; vel verisimiliter de hac prægnantia cogitare potuisset, vt post Nellum in tract. de bannitis in 2. par. secundi temporis q. 45. vers. puto tamen, probat Farin. all. q. 103. num. 71. & 72. Baiard. ad Clar. in d. §. homicidium nu. 224. Quam conclusionem declarat Nellus d. q.
44 45. vers. primo casu, locum tantum habere, si præmeditatè mulierem prægnantem bannitam occidit, secus si fortuito eam obuians ex calore iracundiæ occiderit; præsertim, si
45 occidenti spectabat vindicta ex delicto, ob quod fuit bannita mulier, vt subijcit Nellus, quamuis hoc admittere non videatur Farinac. num. 73.
Patrem verò licet bannitum occidere prohibetur
46 filius impunè, vt probat Aug. in l. si adulterium cum incestu §. liberto ff. de adult. & in Auth. de incest. nupt. in princip. Decius in c. quæ in Ecclesiarum num. 60. cum seq. de constit. Nellus de bannitis in 2. par. 2. temp. num. 10. quos sequitur Farin. all. q. 103. nu. 275. vbi infinitos refert, præsertim Clar. in d. §. homicidium vers. sed hic quæro num. 49. & Menoch. de arbitr. q. 90. nu. 45. cum seqq. Franch. decis. 276. num. 7. cum seq.
Quam sententiam limitat Farin. num. 277. cum seq.
47 si Pater esset hostis patriæ, & veniret contra eam, vel esset bannitus pro crimine Læsæ Maiestatis ex Bertaz. cons. 58. num. 7. cum seq. & Menoch. in addit ad casum 356. num. 44. cum seq. de Arbitrar. qui Farinac. num. 282. scribit non
48 licere vxori occidere maritum bannitum, præsertim ex Franc. all. decis. 276. quidquid in contrarium voluerit Bertaz. d. cons. 58. numer. 7. cum plur. seqq.

Et vbi bannitus capitur mediante pulsatione campanæ à maleo, sic iubente Statuto; vel Princi-
50 pis proclamate; tunc non deberi præmium capienti, siuè occidenti firmat Farinac. cit. q. 103. num. 358. & Bert. in l. tertia §. verum ff. ad Sillan. & Nello de bannitis in d. 2. par. 2. temporis q. 23. Ea ratione, quod non spontè, sed necessitate Statuti, vel proclamatis sic mandantis id
51 agat, vt subijcit ibidem Farinac. Cæterum bannitus condemnatus cum bonorum confiscatione censetur etiam pensione, quam obtinuerat à Summo Pontifice, priuatus tex. in c. 1. de homicid. & scribit Felicia. Alleg. 117. num. 6. part. 2.

SVMMARIA.

Hypoteca extinguitur per dationem bonorum in solutum num. 1. & num. 5.
Contrarium si res euicta fuerit num. 28.
Solutione facta extinguitur pignus num. 2.
Extincta semel actio amplius non reuiuiscit numer. 3. 26. & 27.
Contrarium num. 28. 29. decis. Senatus Taurin. num. 30. & 31.
Superueniens impedimentum non sufficit, vt redeatur ad priorem actionem num. 4.
Nouatio fit per nouum contractum numer. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11.
Nouatio vim solutionis habet, & extinguit priora iura, atq; hypotecam num. 11. 36. 37.
Protestatio non nouandi non releuat protestantem, quando re ipsa nouauit nu. 15. quia dicitur protestatio contraria facto num. 14.
Nouatio facta dicitur, quando secundus contractus repugnat priori num. 15.
Contrarietas resultat, dum quis conductor, & non conductor, esse, vel non esse vult. num. 16. 39.
Debitor, qui proprietatem alijs obligatam pro libera tradit, tenetur actione de dolo num. 17. 19.
Debitor liberatur per dationem in solutum, etiam dolosam, licet teneatur actione de dolo num. 18.
Datio in solutum effectum habuisse dicitur inducendo liberationem, licet non perseuerauerit effectus numer. 20.
Factum legitimè à futuro euentu non retrotrahitur numer. 21.
Actio primena semel extincta vlterius exerceri non potest num. 22. 23.
Contrarium procedit, si facta non fuit nouatio numer. 40. 41. 43.
Iudicis factum dicitur factum partis num. 24.
Datio in solutum similis est emptioni num. 25.
Contractu principali extincto extincta etiam dicitur hypoteca num. 26.
Euicta re in solutum accepta non redit creditor ad priora iura num. 27.
Euicta re in solutum data perinde est, ac si non fuisset solutum creditori num. 31. 34. 45.
Actus validus, si non habuit effectum, dicitur nullus numer. 32.
Conductor non censetur recedere à locatione, etiam si rem conductam emat num. 33.

Locupletior quis fieri non debet cum iactura alterius numer. 35.

Nouatione mediante receditur à primeua obligatione num. 37. Auctoris inditium num. 38.

Nouatio ne facta sustinentur priora iura, quasi in suspenso retenta fuerint non extincta euictione nu. 41. 43.

Decisio Senatus Pedamontani in ea materia. n. 42. Auctoris inditium in ea re. n. 46.

Datio in solutum facta de re litigiosa nulla dicitur. nu. 47.

Dotale creditum non subiacet periculo nouationis. nu. 48. & 49.

Euictionis causa non dicitur mutata per dationem in solutum. n. 44.

Assignatio bonorum creditori facta verbaliter non releuat, n. 50.

Constituti clausula non releuat, si facta fuit assignatio de parte feudi, non expressis confessionibus. n. 51. & sic ratione incertitudinis rei.

Incertitudo rei impedit translationem possessionis. nu. 52.

Assignatio bonorum facta creditori differt ab insolutum datione. n. 53.

Datio in solutum cum cessione importat dominij translationem. n. 54.

Protestatio retinendi primeua iura facta in datione insolutum valdè iuuat. n. 55.

Decisio Senatus Pedemontani in ea re. n. 56.

Protestatio retinendi primeua iura in casu euictionis reseruat ius n. 57. Idem si protestatur se molestari de euictione num. 58.

Pactum, quod Creditor non teneatur de euictione, neq; ad pretij restitutionem, valet n. 59.

Contrarium tradit Thesaur. *Iun. n. 60., & velior.*

Decisio Senatus Pedemontani in ea re. n. 61.

Actio semel extincta, licet regulariter reuiuiscere non possit; in aliquibus tamen casibus, vt porè euictionis reuiuiscere eam dicendum est.

CAP. CCLXXXXVIII.

NON minus ardua, & dubia, quàm quotidiana, ac frequentissima est
quæstio, an hypoteca creditoris sit
extincta per dationem in solutum
rei, quæ deinde euicta fuit; & eam
extinctam esse; nec vlterius reuiuiscere, suadet
1 *Tex. in l. item liberatur §. qui paratus ff. quib.
modis pign. vel hypot. sol. & in l. eleganter. ff. de
pignor act.* solutione enim facta pignus liberatur,
2 vt habetur *in d. legib.* & tollitur omnis obligatio, etiamsi soluatur aliud pro alio creditore
consentiente *l. 1. §. an potest ff. de const. pecun.
DD. in l. 2. §. mutui datio ff. si certum petatur.*

Hanc sententiam, quod actio semel extincta per
solutionem, vel alio modo, nunquam reuiuiscat,
3 disponit *tex. in l. eius qui §. fin. ff. de iur. Fisci*,
quem sequitur *glos. in l. si eum qui §. fin. ff. de
furt.* & tradit *Tiraquel. in l. si vnquam vers. susceperit liber. sub num. 59. in fin.*

Etiam si deinde euicta fuerit res in solutum data,
& tunc creditor factus sit dominus rei reuocabiliter, quia impedimentum superuentum non
est sufficiens causa redeundi ad priorem actio-
4 nem, idest ad primeua iura, quæ contrahentes
ab initio extinguere voluerunt, vt explicat
*Tiraquel. loc. relat. num. 8. ad rem Surd. decis.
113. num. 2. & Franch. decis. 50. num. 2. cum seq.*
post *Afflic. decis. 335. num. 18.*

Primeua namq; actio mutui, siuè alterius crediti,
extincta penitus est per receptionem fundi, vel
5 domus in solutum, quia à priore contractu recessum est per nouum contractum, vt declarat
*Bart. in d. l. eleganter num. 1. vers. sed contra hoc
ff. de pignor. act. vbi Bald. col. p. vers. sed responde, & Castrens. sub nu. 6. vers. & ergo alia ratio,*
6 dicens, quod perinde est, ac si debitor soluisset
creditori debitum, & postea creditor restituisset eidem pecuniam pro prætio nominis in solu-
7 tum accepti; & sic primum debitum ex causa
mutui conuersum in causam secundam, quo
casu penitus extinctum mutuum censetur, idem
Castren. in l. si quis alium num. 3. in fin. ff. de solutio, quem sequitur *Marant.* in proprijs terminis
loquens *Voto 144. num. 4.*

Et eo casu nouatum fuisse indubitatum est, vt pro-
8 bat *Surd. cons. 145. num. 21. & num. 23.* post
adit. ad *Alex. in l. singularia num. 27. super vers.
liberatus ff. si cert. petatur*, ac in indiuiduo scribit *Facbin. lib. 3. controuer. iuris cap. 92. vers.
fundamentum est*, Vbi diuersis rationibus concludit, quod conueniens, vt loco decem mutuatorum debitor promittat viginti, vel simile,
aut assignet fundum in solutum, facta dicitur no-
9 uatio, & prior hypoteca resoluta dicitur; alias
repugnantia induceretur, subijcitq; *idem Auctor* idem procedere, si centum, quæ ex causa
depositi debebantur, conueniatur, vt causa
10 mutui debeantur; Quia tunc dicitur mutuum,
& primum creditum ex causa depositi penitus
extinctum.

Data verò nouatione, quæ vim solutionis habet,
indubitati iuris est omnem priorem obligatio-
11 nem extinctam dici, vt post *Ias.* & alios per eum
relatos probat *Bimius cons. 78. num. 2.* cum ex
secundo contractu, non autem ex primo iam
12 extincto, agi debeat, concludit idem *Bimius
cons. 195. num. 4. & cons. 335. num. 24.*

Quod procedere certum est, etiam si facta fuisset
13 protestatio per Creditorem non nouandi, &
consequenter retinendi primeua iura; etiamsi
facto debitoris ab anterioribus creditoribus
euicta fuisset proprietas in solutum data; tùm
quia dicitur protestatio contra factum, quæ nihil importat, neq; protestatum releuat *tex. in*
14 *c. gratum de appell.* vbi scribentes, *& in l. non*

soluta

solom §. morte ff. de non. oper. nunciat. & tradit
Menoch. cons. 1. nom. 306. cons. 28. num. 3. cons.
374. num. 59. cons. 375. nom. 28. & cons. 811.
num. 74. Nouatio enim comissa semper dicitur,
quando non obstante protestatione in contra-
15 rium facta, secundus contractus, repugnat
primo; Vt si Dominus post protestatam cadu-
citatem contra Emphyteutā, vel conductorem
ob non solutam pensionem facta protestatio-
ne non nouandi, siuè recedendi a caducitate
pensionem actu recepit; Cum stare non possit,
quod quis habeatur pro conductore, & pro non
16 conductore Clarus in §. Emphyteusis q. 10. in
princ. Surd. decis. 317. num. 24. cum plur. seqq. &
in tract. de aliment. tit. 9. qu. 26. in fin. Gratian.
discep. foren. lib. 3. cap. 515. sub num. 7. cum seq.
& terminaliter decidit Marius Muta decis. 33.
num. 24. ac probat Martius Medices decis. 67. n.
15. quos citauimus supr. in cap. 109. num. 4. cum
seq. lib. 2. Tùm quia contractus huiusmodi
ipso iure nullus minimè redditur, vt reuiuiscant
17 primeua iura, sed parit tantum modo actionem
de dolo contra debitorem, qui proprietatem
alijs obligatam in solutum dedit l. sub prætextu
lap. C. de transact. & l. dolo C. de inutilib. stipul.
ac probat Marta l. c. num. 5.

Quam conclusionem procedere affirmat Mart. cit.
18 num. 5. etiamsi in solutum datio dolosa ab initio
fuisset; quia liberatus adhuc diceretur debitor,
à quo facta fuit in solutum datio (quod magis
19 est) Quamuis ratione doli posset exindè conue-
niri per Bal. in l. si cum dotem §. si mulier ff. solut.
matri, & probat Ias. in l. singularia num. 44. &
ibi Cagnol. num. 191. ff. si cert. petatur. & tradit
Stracha de mercat. tit. de decoct. par. 5. num. 4.

Et satis dicitur habuisse effectum in solutum datio,
dum induxit liberationem, & habuit vicem sa-
20 tisfactionis, idest iuris effectum, licet non ha-
buerit facti effectum. Quoniam quando factum
est aliquid validè, & legitimè, non potest a fu-
21 turo euentu retrotrahi c. factum legitimè de reg.
iur. lib. 6. Natta cons. 496. num. 17. & scribit
Marta voto. 144. num. 7. & terminaliter tradit
Surd. cons. 145. sub num. 31. vers. Id vero.

Sufficit namq; vt primæua actio sit extincta, vt ea
vlterius exerceri valeat contra alios creditores
postremo contractui anteriores, aliter implica-
22 ret contradictionem, vt perpendit Alber. in l.
Libera quadam Theodora C. de senten. & interl.
Ind. Vt scilicet actio primæua extincta sit, &
quod iterum possit exerceri, vt subijcit Marta
cit. voto. 144. num. 8.

Hanc sententiam in indiuiduo comprobat Costa
tract. de retrotract. cap. 8. casu num. 27. num. 10.
cum plurib. seq. concludendo, quod quando pro-
prietas data in solutum vinceretur, non retro-
trahitur actio ad principium, neq; agere potest
23 creditor primeuis iuribus, neq; veteres hypote-
cæ suscitantur ob nouationem indè resultan-
tem, siuè ea facta sit à parte, siuè a Iudice, cum
24 factum Iudicis dicatur factum partis Fabe. de
Anna cons. 35. num. 10. Surd. cit. cons. 145. nu.
34. Qui Anna subijcit, quod eo casu à contra-
ctu priore est recessum per dationem insolu-
tum, quæ similis est emptioni, & perinde est,
25 ac si debitor soluisset creditori, debitum, & po-
stea creditor restituisset eidem debitori pecu-
niam pro prætio rei pignoratæ, & insolutum
datæ, vt dictum fuit; quo casu iam principale
debitum esset extinctum mediante solutione
26 prædicta; extincto verò principali contractu
extincta etiam dicitur hypoteca Castrens. in l. si
quis aliam num. 3. in fine ff. de solut. idcircò re
euicta non est redeundum ad primeuam actio-
nem, à qua fuit recessum, vt expressè notat Ful-
27 gos in d. l. eleganter sub num. 5. vers. in eadem
glos. & num. 6. ff. de pignor. act. latissimè Surd.
decis. 266. per totum Fontanel. de pact. nuptial.
claus. 5. glos. 8. par. 14. num. 85. cum seq.

Contraria sententia ÆQVITATI magis adheret,
vt scilicet euicta proprietate in solutum tradita
28 agere possit creditor primæuis iuribus, & sic
ÆQVITATE suadente actionem extinctā reui-
uiscere disponit tex. in l. ex Sentantie §. latinus
largius ff. de except. rei iud. & in l. rescriptum in
fin. ff. de distract. pign. & in terminis probat
Afflic. decis. 26. sub num. 3. vers. Adhoc respon-
debatur. & num. seq. Vbicunq; enim res in solu-
29 tum data vinceretur perindè est, ac si solutum
non esset ad tex. in l. qui concubinam §. si hæres
ff. de leg. 3.

Hanc sententiam tuetur Faber in suo C. lib. 8. tit.
29. defin. 49. & titul. 3. defin. 20. & ità decisum
30 fuisse per Senatum Taurinensem testatur The-
saur. Iun. lib. 2. qq. foren. 88. num. 2. quos sequi-
tur Hodierna ad Surd. decis. 266. num. 2. vers. ta-
31 men videtur, Ea præsertim ratione motus, quod
vbicunq; res in solutum data euincatur perin-
de est, ac si solutum non esset tex. in l. qui concu-
binam §. si hæres ff. de legat. 3.

Actus etenim etiam validus dicitur nullus, si non
32 habuit effectum, vt tradit Ias. in l. fin. ff. de offic.
assess. Gratian. lib. 1. discept. foren. cap. 36. num.
55. Aldon. cons. 51. num. 30. Marta in repet. rubr.
ff. solut. matr. q. 2. num. 5. quos sequitur Hodiern
ad cit. decis. num. 3.

Hinc dicitur, quod emens domum, quam prius
33 conduxerat, non censetur recedere à locatio-
ne, si emptio fuerit nulla Surd. decis. 266. vbi
Hodierna num. 5. & ad decis. 51. post Costam de
facti scient. vel ignor. centu. 2. distinct. 89. nu. 10.

Euicta verò re in solutum data, seù tradita perin-
34 de est, ac si solutum non esset, vt dictum est,
quo casu posterior creditor cum iactura prioris
creditoris locupletior fieri non debet vulg. l. nam
hoc natura ff. de condit. indeb. & probat Io. Andr.
Georgius alleg. 34. nu. 8. in fin. & scribit Menoch.
cons. 27. num. 36.

Vt autem hæ contrariæ conclusiones ad concor-
35 diam reducantur, præter ÆQVITATIS ratio-
nem illud obseruandum est, quod ÆQVITA-
TE resistente nouatio cōmissa fuit, tunc sinè du-
bio extincta dicitur omnino prior hypoteca
36 per dationem rei in solutum, & consequenter

locum habet prior ſententia *l. item libenter ff.*
quib. mod. pig. vel hypot. ſolu. cum per nouatio-
nem recedatur à primeua obligatione, & cre-
37 ditori competit tantum actio exempto iuxta
doctrinam *Bart. in cit. l. eleganter ff. de pignor.*
act. & l. ſi quis aliam ff. de ſolut. & latè exami-
nat *Fontan. alleg. clauſ. 5. gloſ. 8. par. 14. numer.*
85. de pact. nupt. Caſtil. deciſ. 5. num. 1. Fab. de
Anna conſ. 35. num. 10. & conſ. 90. nu. 5. Vivi.
deciſ. 256. num. 7. Marta all. voto 144. Maſtril.
deciſ. 120. & in terminis terminantibus *Thaſaur.*
Iun. cit. qu. foren. 88. num. 13. lib. 2. Regens Ca-
pic. Galet. lib. 1. controu. cap. 32. num. 1. cum
plur. ſeqq. vſq. ad num. 8. Merlin. lib. 1. controu.
cap. 27. Surdus conſ. 145. num. 20. & poſt eos
38 *Hodierna ad cit. deciſ. 266. num. 6. Surdi* cuius
nouationis intuitu bis reſpondi ſuperioribus an-
nis pro Patre, & filio de Iulijs contra R. de In-
nocentijs: eo enim caſu mutuum, quod erat cum
anteriori hypoteca fuerat extinctum, & illud
conuerſum in capitale annui cenſus, ſuper qua-
dam proprietate conſtituti, & venditi, Idcircò
extincta cauſa mutui, creditor ille poſterior pre-
ferendus erat creditori cenſus poſteriorem cau-
ſam habenti, qui ius ſuum ex priori, & anti-
quiori contractu mutui iam extincti deducere
nequibat, & ſic ius antiquius penitus extinctum
reuiuiſcere nequiuit.

Quæ nouatio euidentiſſima detegitur, ſi contra-
39 ctus ſimul ſtare nequeat; vt ſimul ſtare non
poſſe notum erat contractum mutui, & contra-
ctum cenſus, quia vnus contractus aduerſatur
alteri *tex. in l. Valerianus ff. de Prætor ſtipul. &*
in omnes ff. de nouat. ac notatur in *§. præterea*
Inſtitut. quib. mod. tollat. obligat. Surd. d. conſ.
145. num. 24. cum ſeqq. plur. poſt Albam conſ. 68.
l. in fin. Gabriel. comm. opin. lib. 3. tit. de nouat.
concl. 1. num. 37. & Cagnol. in l. Singularia in 2.
Lectur num. 44. ff. ſi certum petatur.

Non facta vero nouatione, tunc locum habet alte-
ra concluſio, vt ſcilicet actio extincta reuiuiſ-
40 cat per euictionē ſequuta; eo enim caſu ſuſpenſa
potius dicitur prior hypoteca, ſiuè actio, quam
41 extincta *tex. in l. deferre §. Papinianus cum tribus*
ſeq. ff. de iur. Fiſci, & in l. reſcriptum in fin. ff.
de diſtrac. pign. ac d. l. ſi quis aliam ff. de ſolut. vt
42 copioſè ſcribit *Theſaur. Iun. all. qu. famil. 88. n.*
2. lib. 2. Vbi ita fuiſſe deciſum per illum Senatum
teſtatur.

Euicta autem re in ſolutum data, cum reuocabi-
liter eam manſerit pænes creditorem reuiuiſce-
43 re primeuam actionem, quæ quodammodo
dormiebat dicendum, dum erat pænes credito-
rem; & ex ea agere poſſe creditorem contra
ipſum debitorem, & eius bona, ac ſi nunquam
ſibi data fuiſſent bona in ſolutum; quia, vt inquit
tex. in d. l. ſi prædium C. de euict. Cauſa pignoris
non eſt mutata per dationem in ſolutum, vt
44 probat poſt alios *Theſaur. cit. q. 88. num. 5. &*
§. qui num. 6. inquit, quod vbicunq; res, vel
bona in ſolutum data euincatur, perinde eſt, ac
45 ſi non eſſet ſolutum *l. qui concubinam §. ſi hæres*
ff. de legat. 3. Alba. conſ. 2. numer. 12. Aſin. de
execut. §. 7. cap. 227. & amplè probat *Gratian.*
lib. 5. diſcep. forenſ. cap. 950. num. 17. & Regens
Merlin. cap. 27. Galeota lib. 2. cap. 32. numer. 1.
cum plurib. ſeq.

Et ità iudicaui menſe Aprilis 1652. Iudex Præto-
46 rius exiſtens fauore D. Phyſici Solarij contra
D. Corradum Caimum; ea præcipuè ratione,
quod bona in ſolutum data Rincium eius filia-
bus pro maternis dotibus anterioribus D.
Caimo, quæ deinde fuerant euicta vitio litigio-
ſi erant affecta tempore aſſignationis, quo at-
47 tento, aſsignatio nulliter facta dicitur *l. vltim.*
C. de litigioſis, ac diſponit *Statutum Mediolan.*
68. & 162. lib. 1. & quod Nouatio non cadit in
materia dotis reſtituendæ, vt latiſsimè dictum
48 fuit ſupra in *cap. 109. num. 45. cum ſeqq. plur.*
ita vt dotis fauore in caſu euictionis bonorum
in ſolutum datis competant primæua iura cum
hypoteca *cit. l. qui res ſuas 98. & ibi Bart. & cæte-*
ri ff. de ſolut. & tradit *Bald. nouel. de dote par. 8.*
qu. 18. cum ſeq. Alba conſ. 367. num. 5. & amplè
probat *Fontanel. de pact. nuptial. clauſ. 5. gloſ. 8.*
par. 14. num. 89. cum ſeq.

Ex ſpeciali enim priuilegio dotalis crediti in caſu
euictionis habetur, ac ſi partes expreſsè ſibi re-
49 ſeruaſſent primæua iura, vt inquit *Buerius de-*
ciſ. 337. ſub num. 2. & ſequitur *Barboſa in l. æſti-*
matis num. 2. & 11. ff. ſolut. matrim. conferunt
etiam tradita per *Caſtren. in l. menia 5. ſub nu. 4.*
ff. ſolut. matrim. Franch. deciſ. 108. ſub numer. 3.
quod priuilegium deducitur ex *l. Iure ſuccurſum*
§. fin. ff. eod.

Motus etiam fui, quia bona aſsignata pro dotali
credito, realiter tradita non fuerunt filiabus,
50 ſed verbalis tantum fuit aſsignatio, quo caſu
non remanſerunt extincta primeua iura, vt in-
quit *Surd. alleg. conſ. 145. num. 47. & deciſ. 266.*
ſub num. 6. verſ. non obſtat, & probat *Ciriacus*
controu. 337. numer. 20. & ante eos in terminis
ſcripſit *Croſſiuſ. conſ. 44. num. 1. cum ſeq. lib. 1.*
poſt *Ruin. conſ. 48. numer. 6. lib. 5. & conſ. 157.*
num. 4. lib. 4. Non releuante clauſula *conſtituti*
in d. aſsignatione appoſita; quandoquidem cum
aſsignatio facta in tanta bonorum parte pro in-
diuiſo talis fundi, non expreſsis confinibus, &
numero perticatus, & conſequenter conſtitu-
51 tum fuerit generale, non particulare nullo
modo importat realem rei traditionem, & poſ-
52 ſeſsionem iuxta diſpoſitionem *Statut. 462. lib. 1.*
Ad rem *Ciriac. memor. controu. 337. numer. 27.*
ratione incertitudinis rei, vt probat *Gratian. cit.*
cap. 519. num. 72. & cap. 694. num. 12. lib. 4.
poſt Menoch. remed. 9. recuper. nu. 221. cum ſeq.

Præterea, eo minus obſtat in contrarium deducta
ratione in ſolutum dationis, eo quia in caſu præ-
dicto, non fuit facta in ſolutum datio pro ma-
terna dote dictis filiabus; Sed tantum ſimplici-
ter fuit aſsignata tanta pars prædij, quantum
capiebat ſumma dotis maternæ; Quo caſu ceſ-
ſare videbatur ratio à DD. conſiderata, quod
euictis bonis in ſolutum datis, non competant

53 primeua

53 primeua iura; Assignatio enim bonorum differre videtur ab in solutum datione, quia illa solutionis causa facta dicitur; Hæc verò in solutum dationem respicit, vt expressè probat *Serra decis. Aragon.* 133. *num.* 4. & 5. *lib.* 2. quem sequitur *Cancer. lib. 2. var. resol. cap. 6. num. 68. eam plurib. seqq. tit. de solut.* & potest eos comprobat *Hodierna ad d. decis. 266. n. 19. cum seq.* eam adducens rationem, quod datio in solutum cum cessione importat dominij traslationem; quod non cadit in assegnatione, quæ de sui na-
54 tura non importat Dominij translationem, *text. in l. cum pater §. pater ff. de legat. 2. Costa de clausul. conuent. claus. 4.*

Protestationem redimendi primæua iura in solutum datione, siuè receptione facta in casu euictionis valida esse ad conseruationem primæuo-
55 rum iurium tradunt DD. & præcipuè *Bart. in d. l. si quis aliam ff. de solut.* quem sequitur *Cepol. caut.* 103. & ita iudicasse Senatum Tauriuen-
56 sem testatur *Thesaur. all. q. 88. num. 9. lib. 2.* post *Franch. decis. 12. num. 11. & decis. 50.* Hoc idem probat *Polid. Ripa singul. obserua. 286. na. 6. cum seq.* & latius tradit *Fontanel. de pact. nuptial. cit. claus. 5. glos. 8. par. 14. num. 91. Fab. de Anna d. cons. 90. num. 8. Mastrill. decis. 40. Io. Franc. de Castill. decis. 5. num. 5. & Hodierna ad recitatam decis. 266. Surd. num. 12. in fin. & nu. 13. per glos. singularem in l. Libera C. de sent. & interlocut.*

Quia protestatio huiusmodi reseruat ius, vt quan-
57 do quis in venditione protestatus est se nolle teneri, nisi pro eius dato, & facto tantum, quia eo casu nō tenetur de euictione, quamuis teneatur ad prætij restitutionem re euicta, sed non ad id,
58 quod interest *l. emptorem §. fin. cum l. seq. ff. de act. empti, Ias. in l. stipulatio ista col. 4. ff. de verb. obligat. & Albertus Brunus cons. 96. in causa*, si tamen conuentū fuit, vt non teneatur venditor neq; ad pretij restitutionem, pactum
59 seruari debere tradit *Rebuff. tract. de delat. ar. 5. glos. vnica num. 50. tom. 3.* quamuis *Thesaur. Iun. q. 77. num. 6. & 7. lib. 1. ex Bald. in l. non dubitatur C. de euict.* dicat hanc opinionem non
60 esse in iudicando sequendam, vti nimis durā, & contra ÆQVITATEM, & idcircò fore omnino reiiciendam pro quo est *tex. in l. emptorem, & in §. fin. ff. de act. empti*, & ita iudicasse illum
61 Senatum testatur, quem sequitur *Fontanel. cit. claus. 5. glos. 8. part. 14. sub num. 95. de pactis nuptialibus.*

SVMMARIA.

Mater transeundo ad secundas nuptias prohibetur succedere filijs decedentibus absque liberis num. 1.

Vir, & vxor, non solùm duo correlatiua, sed connexa dicantur num. 2.

In correlatiuis, & connexis dispositum in vno locum habere in alio n. 3. Limitatur inter virum, & vxorem num. 7.

Lex Feminæ C. de secund. nupt. *locum non habet in viro num. 4. 5. 7. 17. Contrarium verius numer. 8. 9. & 10. Decisio Rotæ nu. 11. Auctoris iuditium numer. 12.*

Lex pœnalis non potest extendi num. 6.

Statutum excludens Sororem à successione fratris existente ascendente locum etiam habet, si Pater, vel ascendens sit binubus num. 13. & 14. ratio, vt statutum aliquid operetur num. 15. & 20. Contrarium verius num. 21. 22. 23. 24. 25. 27.

Trāsitum ad secunda vota magis aborret lex in femina, quàm in viro num. 18.

Mulieri ne transeat ad secunda vota lex concedit multa priuilegia num. 19.

Soror concurrit cum Patre in fratris successione iure communi inspecto num. 26.

Iniquitas ne resultet, agendū est in interpretatione statutorum num. 28.

Duo specialia non sunt admittenda in eodem subiecto numer. 29.

Statutum iuris communis correctoriū, strictè est interpretandum num. 30.

Bona, quæ ex certo deuenerunt stipite, ad illum fluere debent num. 31.

Hæreditas materna magis debetur filijs, quàm paterna, & fraterna num. 32.

Mater magis certa est, quam Pater num. 33.

Statutum corrigens ius commune in casu expressò, non censetur corrigere in casu non expressò num. 34.

Statutum disponeat, vt ad litteram intelligantur statuta non impedit, quin interpretationem iuridicam suscipiat num. 35. 36. & 38.

Pater non potest auferre lucrum dotale filijs num. 37.

Statuti dispositio de successione loquens, locum non habet si duplici ex legis promissione succeditur numer. 39. & 40.

Statutum interpretari debet, vt minus lædat iuri communi, quàm fieri possit num. 41.

Consensus filiorum, vt Pater, vel Mater transeant ad secundas nuptias esse debet expressus, & patens, vt à pœna priuationis successionis excusetur numer. 42. 43. 44.

Reuerentia paterna impedit verum consensum filij in actibus à Patre factis num. 45.

Decisio Senatus Cataloniæ in ea materia num. 46.

Taciturnitas filiorum non arguit consensum ad hoc, vt Pater, vel mater transiret ad secunda vota n. 47.

Pœna non dicitur priuatio patris, siuè matris à successione filij ob transitum ad secunda vota, ad eorum odium imposita, sed ad fauorem filiorum inducta n. 48.

Bona laboribus primi viri, aut prioris vxoris parta cedere debeat ad vtilitatem filiorum prioris matrimonij non victriti, & eius filiorum num. 49.



Dispositio

Diſpoſitio l. Fœminæ C. de ſecundis nuptijs, qua mater priuatur ſucceſſione filij morientis, fratribus relictis, ſi ad ſecunda vota conuolauit, locum habet etiam in viro binubo.

CAP. CCLXXXIX.

STatuerunt Imperatores *Gratianus, Valentinianus, & Theodoſius in l.*
1 *Fœmina C. de ſecund. nupt.* vt mulieres tranſeuntes ad ſecundas nuptias, etiam poſt annum luctus ſuccedere nequeant proprijs filijs decedētibus ſuperſtitibus alijs liberis, quoad proprietatem, quas quocunq; alio ex primò matrimonio commodo conſecuto, priuatas quoad proprietatem declararunt, prohibendo vlterius huiuſmodi rerum lucratarum alienationem. Hinc hæſitarunt
2 ſcribentes; an huiuſmodi diſpoſitio de mulieribus loquens locum habeat etiam in viro binubo;
3 Quia cum correlatiua ſint vir, & vxor, quippe duo connexa eſſe dicuntur, vt obſeruat *Menoch. conſ. 914. num. 12. & 13.* diſpoſitum in vno locum etiam habeat in alio, iuxtà *tex. in Auth. de nuptijs §. ſi verò expectet, de quo Gaill. obſeru. 98. num. 3. lib. 2* & probat *Menoch. conſ. 136. num. 10. & conſ. 1192. num. 21.*

Quod in hac legis prohibitione de fœminis loquente non comprachendatur vir ſuadere ſatis videtur *tex. in Auth. de non elig. ſecundo nubentes*, per illa verba, *ſicut enim Patres ſi ad ſecundas nuptias veniant non fraudamus filiorum ſuorum ſucceſſione, ne aliqua lex eſt tale aliquid dicens*, mox ſubijcit, *In hæreditate autem filiorum ſine tergiuerſatione veniant & Pater, & Mater ſecundum ſubiectas vtrique caſui quæſtiones*, & hanc ſententiam defendit *Facbin. lib. 3. controu. iuris cap. 66.*

Præterea ſicut lex loquitur tantum de matribus, ea extendenda non eſt ad Patres, de quibus lex
5 non loquitur; Præcipue cum ſit pænalis, quæ extenſionem non patitur, vt decidit Imperator
6 *in §. cum igitur in Auth. de non elig. ſecun. nubent.* Plures enim ſunt differentiæ inter Patrem, &
7 Matrem, vt concludit *Alciat. conſ. 22. num. 4. cum dub. ſeqq. lib. 9.* & argumentatur *gloſ. in Auth. quod mater C. de reuoc. donat.* & ſcribit *Ripa in l. fin. q. 26. C. eod.*

Hanc concluſionem ſequitur *Io. Baptiſta à S. Blaſio conſ. 146. num. 16. & 17 inter conſil. diuerſ. vlt. volum. par. p. Marta tractat. de ſucceſſ. legali p. 2. q. 2. ar. 2. ſub nu. 7. Schenard. conſ. 8. numer. 9.* amplè *Peregrin. deciſ. 13. num. 9. & ſeq.* vbi ad contraria fundamenta reſpondere, & ea tollere nititur; quam opinionem etiam amplectitur *Ciriacus controuerſ. 138. lib. 1.*

Communior tamen, & ÆQVIOR videtur contraria ſententia, nempè leges priuantes mulieres,
8 quæ tranſeunt ad ſecunda vota à ſucceſſione filiorum, & aliorum lucrorum, locum etiam habere in marito, probat *gloſ. in eadem l. fœmina §. illud in verb. Poſſeſſione, vbi Salicet ſub numer. 4. verſ. Igitur dicendum*, vbi diſputata ad partes quæſtione, concludit gloſſæ traditionem eſſe veram, & communiter receptam.

Cui concluſioni confert *tex. in Auth. de nuptijs §. hinc not, & in Auth.* & ex teſtamento, & in *l. generaliter C. de ſecund. nupt. atq; in §. quia in Auth. de non elige. ſecundo nubent.* pro qua facit *l. ſi quis ſeruum, vbi gloſ. C. de furt.* & quam ibidem ſequitur *in l. Fœmine Bart. ſub num. 2. verſ. iſta quæſtio in fin. & ibi etiam Bald.*

Eandem comprobat *Caſtrenſ. in l. mater quæ num. 3. C. ad Tertul. Socin. Sen. conſ. 263. verſ. circa ſecundum lib. 1.* vbi ità practicari in Ciuitate Senatum teſtatur, & rem fuiſſe deciſam ſcribit, hoc ſequitur *Cacialup. in repet. l. frater à fratre §. quæſitum ſub num. 104. verſ. ſecunda ratio ff. de condit. indeb. & Io de Garonibus in repet. Auth. Ex teſtamento num. 52. C. de ſecund. nupt. Ripa in eodem §. illud num. p. eod. tit. Decius conſ. 87. & conſ. 230. in primo dubio.*

Quam ſententiam communiorem eſſe teſtatur
9 *Gabriel. tit. de nupt. concl. 3. & 5.* vbi multos refert eandem concluſionem ſequentes, prout illam amplectitur *Brun. ad Statu. interprat. ar. 8. qu. 15. num. 58. Riminal. Iun. conſ. 224. num. 2. & 3. Roland. conſ. 95. num. 8. & 10. cum ſeqq. plur. lib. 1. Cranet. conſ. 37. num. 1. Maluaſ. conſ. 51. num. 10. Deciau. conſ. 44. lib. 5. Theſaur. Iun. q. famil. 29. num. 12. lib. 1. Bimius conſ. 287. nu. 39. cum ſeq. & conſ. 385. nu. 1. & 2.* repro-
10 batis ijs, qui contrarium tenuerunt, & *Menoch. conſ. 1479. num. 1. atq; Alba conſ. 456. nu. 26.*

Et hanc eandem concluſionem communiter receptam eſſe fatetur idem *Peregrin. citat. deciſ. 13. num. 7. cum ſeq. & num. 9. Schenard. alleg. conſ. 8. num. 4. cum ſeq. & Facbin. cit. cap. 64. verſ. Nec ab hac ſententia lib. 3.* quam æquè ſequuntur *Sanch. de matrim. lib. 2. diſp. 89. num. 12. par. 2. Fontanel. de pactis nupt. clauſ. 5. gloſ. 8. par. 11. num. 3. cum ſequ. lib. 2.*

Et ita deciſum fuiſſe per Rotam teſtatur *Burat.*
11 *deciſ. 207. num. 11. & deciſ. 87. per totum, & Farinac. deciſ. 638. num. 1. & 3. par. 1.* in poſthumis, & per Senatum Mantuanū ſcribit *Menent. deciſ. 158. lib. 2. & in Burdegalem Senatu Boer. deciſ. 192. num. 5. ac in foro Finizanenſi Canalchin. deciſ. 1. num. 53. cum trib. ſeqq. par. 3.* In Senatu verò Catalan. ſcribit *Fontanel. deciſ. 58. num. 2. & in Rota Lucenſi Antoni Monachus deciſ. 464. numer. 41. & deciſ. 25. & 75. per totum.*

His igitur motus auctoribus, rebus deciſis, & ex iuridicis fundamētis in hoc etiam articulo iudi-
12 caui ſuperiori anno 1651. fauore D. Solarij cōtra D.

tra D. Caymum; sed quia in eadem causa alia se
13 offerebat quæstio: *An Stat. Mediolani 288. lib.*
1. excludens sororem à successione fratris existente ascendente, locum haberet etiam fauore Patris, qui ad secundas transiuit nuptias; non ab re esse existimaui, vt etiam ea examinetur inspectio, quæ sæpè in foro ocurrit,

Et quod Statuti dispositio locum habeat fauore patris binubis, qui non obstante quod ad secundas nuptias transiuerit, excludit filias in succes-
14 sione fratris defuncti, probat, idem *Io. Baptista à S. Blasio in cit. cons. 146. præsertim num. 17. inter cons. vlt. volunt. lib. 1.* & post eum scribit *Alciat. cons. 22. num. 1. lib. 9.* quos *Bursat. alleg. cons. 12. Marta de success. legali par. 2. qu. 2. art. 2. sub num. 7. Schenardus dicto cons. 8. num. 9. cum seqq. vsq; ad finem*, vbi modis multis dictam opinionem comprobare nititur, & contrariam tollere contendit, *Peregrin. all. decis. 13. num. 19.* quibus additur *Gamma decis. 105. num. 1. & 2. & in fin. vers. His tamen non obstant.*

Horum DD. præcipua ratio deducitur, vt Statutũ aliquid operetur cõtra iuris cõmunis dispositione, ne alias inane illud redatur, vt scribunt
15 *à S. Blasio, & Schenardus l. l. citatis.*

Additq; *Alciat*; quod sicuti statutum mentionem
16 non facit de Patre transeunte ad secundas nuptias, & idcircò ad ius commune hoc reiciatur; cum de iure communi non excludatur Pater à successione filij, sed tantum mater per dictam
17 *l. Fæmina §. 1. C. de secund. nupt.* sequitur, quod non priuetur Pater à filij successione per sororem defuncti filij, etiam si ad secundas nuptias transiuerit, subijciens *num. 28.* quod lex transitum ad secunda vota magis abhorret in fæmi-
18 na, quam in viro, & ideò talem fæminam funestari, & ne illa transeat ad secunda vota, lex
19 ei indulget multa priuilegia *l. 1. C. quarta. Imper. inter pupill. vidu. & c. ex tempore de for. compet.* quod tamen in viro locum non habet, per quam rationem hanc opinionem in hac Mediolani Ciuitate tenendam esse concludit
20 *Alciat. sub d. num. 9. vers. & ista ratio.*

Magis communis nihilominus, & ÆQVIOR est contraria sententia, vt scilicet per Statutum excludatur Pater à successione filij existentibus
21 Sororibus defuncti, quoad proprietatem, quandò ad secunda vota transiuit; quam conclusionem admittit idem *Alciat. in eodem cons. 27. in fin. lib. 9.* dicens, nec ego dubito, quin hæc sint verissima in iure, licet numero DD. in aliam partem transiuerim.

Hanc conclusionem approbat *Francis. Aretinus cons. 77. col. 2. in fin. vers. veruntamen his non obstantibus* dicens per transitum Patris ad secunda vota illum excludi a beneficio statuti, & fieri locum Sorori in fratris successione *Castren. in Auth. Itaq; C. commun. de success. sub num. 2. vers. non obstat; Brunus ad statu. stantib. Masc. ar. 8. q. 15. num. 55. vers. Paulus de Castro, & num. 37. Maluas. recit. cons. 51. nu. 10. cum trib. seqq.* quæstionem ad partes disputando.

Quemadmodum sententiam ipsam sequitur *Riminal. Iun. cons. 286. num. 4. cum seq. Bertrand. in repet. l. hac edictali num. 29. C. de secun. nupt. Castill. de vsufruct. cap. 2. num. 14. part. 1. Carpan ad ipsum Statut. 288. in fin. Costa cons. 48. num. 7. cum seq.* loquens in casu Statuti Cremonæ huic Mediolani similis, & *Gratian. lib. 1. discep. foren. cap. 140. lib. 1. & cap. 519. num. 43. cum seq. lib. 3.*

Et in puncto eiusdem Statuti probat *Bimius cit. cons. 287. num. 38. cum seq. & numer. 41. & 44. cum seqq. plur.* vbi reprobat Bursatum contrarium tenentem, rationemq; deducit, quare
22 *l. Fæmina* loquitur tantum de matre, non autem de Patre; licet vterq; comprehendatur, &
23 sic declarat *Bimius num. 3. Statutum 302. cum seq. lib. 1.* quo disponitur nullam mulierem succedere in hæreditate Agnati existentibus Agnatis, vt illud non habeat locum, quando Pater
24 ad secunda vota transiuit; inquiens statutorum mentem fuisse, vt in hæreditate matris succedatur secundum iuris communis dispositionem.

Non militante ratione in contrarium deducta, ne
25 scilicet Statutum reddatur elusorium; quandoquidem satis est, quod Statutum ipsum operetur contra iuris communis dispositionem ad priuationem Sororis in fratris hæreditate pro commodo Patris secundas nuptias euitantis, ad quam de iure communi concurebat Soror cum
16 Patre, iuxta tex. *in Auth. defuncto C. ad Senat. consul. Tertul.* Absq; eo, quod etiam dicta hæreditate priuetur, quando Pater effectus est binubus, de quo casu, siuè qualitate non loquitur Statutum; & idcircò casum ipsum in iuris com-
27 muni dispositione reliquisse dicitur; aliter contra iuris regulas iniquitas euidens resultaret,
28 vt perpendit in terminis *Castrensis in d. Auth. itaq; sub num. 2. vers. & his terminis*, contentum debet esse statutum; *Roland. de lucro dotis qu. 86. num. 6. Surd. cons. 164. numer. 29. & Costa cons. 48. num. 7. cum seq.*

Præter quod duo spetialia hoc pacto admitterentur in eodem subiecto, nempè, quod Pater excluderet filiam a successione fratris in materna
29 dote; item, quod huiusmodi exclusio locum obtineret existente Patre binubo, quæ duo spetialia omninò sunt euitanda *l. 1. C. de dotis promis. & l. si quis rem §. 1. ff. de capt. & postlim. reuer. Menoch. cons. 89. num. 22.*

Et eo magis, quia cum huiusmodi Statum sit iuris
30 communis correctorium, strictè inter prætandum venit, vt eo minus quo fieri possit ius commune corrigatur *l. si seruus C. de noxalib. l. præcipimus C. de appell.* & probat *Natta cons. 4. nu. 8.* & terminaliter tradit ante eum *Castrens. in d. Auth. Itaq. sub num. 2. vers. & his terminis Alciat. cons. 55. num. 9. lib. 8.* & in his terminis proprijs scribit *Io. de Garonibus in Auth. ex testamento num. 43. C. de 2. nupt.*

Præsertim quia materna dos, tanquam à matre proueniens, deuenire debet ad filiam superstitem, mortuo Patre, cum bona, quæ ex certo

deuene-

deuenerunt stipite, ad illum fluere debeant *arg.*
31 *l. quod sutis C. de bonis, qua liber. Aldou. cons.* 101.
num. 3. *&* 4. *Fab. Anno cons.* 112. *num.* 14. quos
sequitur *Marius Giurba od Statut.* Messina *cap.*
11. *glos.* 1. *num.* 1. *& Peregrin. cit. decis.* 13. *sub*
num. 8. *vers. & dicebutur*, Hæreditas materna
magis debetur filiæ, quàm paterna, & frater-
32 na, vt probat *Poziau. cons.* 45. *sub num.* 9. *vers.*
ito etium, eam adducens rationem, quod magis
33 est certa mater, quàm Pater *l. quia semper ff. de*
in ius vocan., *& §. Nouissimè Instit. ad Senat. con-*
sul. Orsicianum.

Statutum enim corrigens ius commune in casu ex-
presso non censetur corrigere in casu tacito,
idest non expressò, qui remanere dicitur in dis-
34 positione iuris communis *Alber. Muscard. de*
Statutorum interprat. conclus. 4. *num.* 52. *cum*
plur. seqq. Ciriac. controu. 293. *num.* 44. *& con-*
trouers. 387. *num.* 53. *&* 54.

Quam conclusionem locum habere certum est,
non obstante alio *Statuto* 174. *lib.* 2. quo dispo-
nitur Statuta esse intelligenda ad litteram;
35 quia præterquod cum littera non exprimat
qualitatem transitus ad secunda vota, neq; ad
eum casum extendi illud valeat, animaduerti à
iure communi interpræstationem recipere Sta-
36 tutum probat *Alciat. cons.* 19. *num.* 9. *lib.* 2. &
post *Costam in eius memoriuli* concludit *Oldrad.*
Brott. de rescrip. in Pralud. 16. *num.* 17. *cum seq.*
cum enim Pater non possit auferre lucrum do-
tale filijs, vt tradit *Thesaur. Inn. qq. famil.* 30.
num. 3. *lib.* 1. *per tex. in Auth. de nupt. §. si verò*
solum, & §. si autem in dotem, quod ex legis dis-
37 positione illis debetur *Brun. cit. art.* 8. *qu.* 15.
§. vers. Paul. de Castro.

Quia non obstante huiusmodi Statuto disponente,
vt Statuta intelligi debeant ad litteram, & sic
nullam interpræstationem pati; nihilominus
non excludunt bonam, & rationabilem inter-
38 prætationem, vt docet *Bart. in l. omnes populi*
num. 65. *ff. de iust. & iur. Decius cons.* 64. *in fin.*
& post multo alios per eum relatos probat *Gra-*
tian. lib. 3. *discep. foren. cap.* 709. *num.* 8. Dotem
hanc maternam omnino deberi filiæ concludi
39 debet; quia eo casu restringendum esse Statu-
tum inquit *Brunus*, per quod dupliciter succedi-
tur; De iure communi scilicet in bonis a matre
prouenientibus, & ex forma Statuti in bonis
aliunde quæsitis, cum talis defunctus censeatur
habere patrimonia diuersa, sicuti miles *l.* 1. *&*
40 2. *ff. de testam. milit.* & tradit *Castrens. loc. cit.*
in fine.

Scribit idem *Brunus num.* 56. conclusionem ipsam
procedere fauore Sororis ea ratione, quod
Statutum recipit declarationem, & intellectum
a iure communi, atq; interpræstandum venit, vt
minus lædat ius commune, quàm fieri possit,
41 quo attento *d. num.* 57. probat, quod filia per
Statutum apertè exclusa in successione fratris,
admitti debet ad maternam successionem fratri
deuolutam, & post illius mortem ad Patrem
peruentam, si Pater obijt post quam transiuerit
ad secundas nuptias; conferunt tradita per
Alex. Trentacinq. lib. 3. *vari. resolut. tit. de ma-*
trim. resol. 3. *sub num.* 5. *vers. & sicut viro.*

Quæ conclusio impediri non potest per prætensum consensum filiorum, si Pater, vel mater
transiret ad secundas nuptias secundum tradi-
42 tionem *Menochij in cons.* 237. *num.* 10. *cum seqq.*
plur. quem sequitur *Costa cit. cons.* 48. *numer.* 8.
cum seq. & Peregr. all. decis. 13. *nu.* 10. *cum seq.*

Quandoquidem huiusmodi consensus debet esse
43 expressus, vel saltem tacitus, ex indubitatis
præsumptionibus resultans, & sequitur *Gratian.*
lib. 3. *discep. forens. cap.* 519. *à num.* 22. *vsq; ad*
num. 34. *& num.* 34. *ac Surd. decis.* 99. *num.* 12.

Neq; sufficit taciturnitas filiæ, quæ non est consi-
44 derabilis, vt inquit *Menoch. d. num.* 25. *&* 28.
cum seq. neq; quod non fuerit conquesta filia
de huiusmodi transitu ad secundas nuptias.

Præter quod obstaret reuerentia erga Patrem, de
45 qua idem *Menoch. sub numer.* 32. *vers. secundo*
quia, & agit Ciriac. controu. 137. *num.* 20. *lib.* 1.
& ita iudicatum fuisse per Senatum Cataloniæ
46 testatur *Fontanel. de pact. nupt. citata claus.* 5.
glos. 8. *part.* 11. *numer.* 36. *lib.* 2. Inquiens
ex filiorum taciturnitate non argui consen-
sum in re præterita, præsertim tàm præiudiciali
47 post *Thesaur. Inn. qq. famil.* 30. *num.* 5. *lib.* 1.

Hæc verò proprietatis amissio in dicta muliere, &
viro transeuntibus ad secundas nuptias, non di-
48 citur pœna in eorum odium imposita, *sed ad*
fauorem filiorum indicta *ratione* passæ iniuriæ
à Parentibus binubis, vt scribit Gabriel. *cons.* 56.
num. 2. *cum seq. lib.* 1. cum ÆQVITATI natu-
rali conueniat, ne bona laboribus primi viri, siuè
prioris vxoris parta cadant in vtilitatem Vitrici,
siuè Nouercæ, & eorum filiorum, sed reuer-
49 tantur liberis prioris matrimonij, vt inquit
Gratian. lib. 5. *discep. forens. cap.* 862. *num.* 25.

SVMMARIA.

Qui in vno grauatur, in alio releuari debet num. 1.
Delictum sponte confitenti pœna minui debet nu. 2.
Delictum confitens sponte mitius punitur num. 3.
Delictum prius negans, mox confitens, non gaudet beneficio mitioris pœnæ numer. 4. 6. *Limitatur, si incontinenti factus est, secus, si ex interuallo n.* 7. *Contrarium verius num.* 5.
Delinquens, siuè sponte se deferens, sine citatione, & delictum fateatur, mitius punitur numer. 8. 10. *Exemplum num.* 20.
Decisio Senatus in ea materia num. 9.
Delinquendi sola cogitatio non importat pœnam, si pœnituit, qui delinquere cogitauerat num. 11. 12.
Delicta criminis Læsæ Maiestatis, & Simonia grauissima sunt, & excepta num. 13.
Spontanea delatio rei de delicto comisso non sufficit, nisi concurrat aliqua probatio num. 14.
Impunitas promissa ei, qui delictum patefaceret, competit ipsimet delinquenti num. 15.
Delictum qui statim sponte detegit, præmio, & honore afficitur, si ex interuallo impunitatem tantum consequitur n. 17.

Pœna

Pœna temperatur in filio delinquente à Patre oblato num. 18. & è contra num. 19.

Spontè delictum confitens, vel se deferens mitius punitur, & aliquando impunitus dimittitur.

CAP. CCCI.



REgulæ est, quod qui in vno grauatur, in alio releuari debet *l.*
1 *eum, qui vbi glos. ff. de reg. iure vbi Romanus, & Conn. numer. 4.* Ideircò confitenti spontè delictú pœna minuitur, cum se grauare dicatur, & Fiscum ab onere probationis delicti
2 releuet, vt notat *Angel. de malefic. in verb. deductu quartu num. 1.* & tradit *Additionator ad Clarum q. 82. in num. 9. Stat. sub num. 5. vers. stante Statuto lit. A. verb. spontè confitenti*, de quo *Caball. lib. 1. var. resol. casu 56. nu. 1. & 2.* vbi hanc materiam plenè examinat.

Spontè igitur confitens delictum mitius puniri de-
3 bet ex ÆQVITATE, vt concludit *Bart. in d. l. cum qui sub num. 2. vers. secundu particula num. 4. & 9.* Si verò primo loco negauit Reus, deinde fassus est, videtur non posse gaudere beneficio concesso spontè confitenti, vt probat *Bart.*
4 *l. c. num. 4.* & tenet ibi *Romanus num. 5.* ac scribit *Salicet in l. contra negantem num. 4. vers. ex prædictis C. ad l. Aquil.* quam sententiam sequitur *Cuald. de Stud. num. 137. vers. Addu Statuto*, & esse hanc conclusionem approbandam à DD. attestatur *Socin. in l. non fatetur post num. 7. ff. de except.*

Contrariam tamen statuerunt pleriq; quos longa serie recenset *Caball. cit. casu 56. num. 5. cum seq.* præcipuè *ex Clar. in d. q. 82. in 9. Statuto vers. stante Statuto num. 5.* dicente hanc opinionem esse mitiorem, & sequendam, vt ibidem
5 tradit *Caball. in fin.*

Verum, vt veritatem amplectamur, parum proficeret competenti huiusmodi confessio post ne-
6 gationem factam, vt obseruatur in hoc Dominio Mediolani, vbi semper condemnari pœna ordinaria vidi illos reos confitentes spontè delicta, postquam ea negauerant, de quo infinita, & quotidiana exempla possent recenseri, quæ breuitatis gratia omittuntur; nisi forte statim, & in continenti post negationem fassus esset delictum, quia eo casu, ac si ab initio confessus fuisset, habetur, & impunè negasse videtur, vt
7 ex *Bald. in l. cu qua vers. decimo quæritur C. de condic. indeb.* probat *Senator Bellon. lib. 1. de his, quæ in contin. fiunt cap. 63. numer. 4.* vbi multos refert.

Hoc vnum tamen obseruandum est, quod aut sine citatione spontè quis coram Iudice comparet, & delictum fatetur, & se defert; & tunc mitiori
8 pœna esse puniendum arbitratur *Farinac. q. 82. cap. 5. tit. de reo confesso*; quod etiam procederet, si captus incontinenti post negationem fassus esset, vt probat *Senat. Bell. lib. 2. de his, quæ in cont. fiunt. cap. 17. num. 5. ex Farinac. l. c. num. 177. cum seq.* vbi decisionem Senatus notat factã die 4. Decembris 1619. de duobus monetarijs, quorum alter captus fuerat, alter verò post Socij carcerationem, & antequam ille examinaretur, coram Iudice comparuit, delictumq; integrè narrauit, licet veritati nonnulla men-
9 dacia miscuisset; Censuit enim Senatus primum, qui fuerat detentus in pœnam ordinariam damnandum, idest mortis iuxtà traditionem *Menoch. de arbitr. casu 316. & Peguera decis. 260 num. 46. 85. & 86.* Alterum verò extraordinariæ remi perpetui damnandum; quia ob spontaneam dicti Rei confessionem legum seueritatem aliquo benignitatis, idest ÆQVITATIS tempe-
10 ramento leniendam duxit, vt inquit *I. C. in l. præcipiendum ff. de pænis*, idest ÆQVVM esse.

Hanc sententiam comprobat *Thesaur. Inn. q. 57. num. 5. lib. 3.* post *Tiraquel. in tract. de pænis temper. causa 30.* per quam conferunt notata in *titulo C. de his qui se defen. lib. 10.* Et quemadmodum is, qui se præparauerat ad delinquendum, & pænitentia ductus non perfecit; sed abstinuit, nullam pœnam malæ cogitationis, &
11 deliberationis meretur *l. cogitationis ff. de pænis glos. in l. qui eamente ff. de furtis*, & tradit *Thesaur. decis. 647.* quem sequitur *Thesaur. Inn. qu. 57. sub num. 6. lib. 3.* vbi decisionem illius Senatus Pedem. refert, qui absoluit eum, qui suscepto mandato occidendi alium cum Socijs armatus in insidijs se posuerat, expectando aduentum illius, quem occidere statuerat, & ibi per plures dies moratus penituit, & se Iudici detulit, factumq; detexit, quem non solum dimittendum liberè, & cum præmio instabat illius aduo-
12 catus, iuxtà *tex. in l. quisquis §. fin. C. ad legem Iul. Maest.* quem textum locum habere tantùm in crimine Lęsę Maiestatis, vt inuitentur coniurati ad crimen detegendum, & in delicto Si-
13 moniæ per *glos. in c. si quis Papæ in fin. glos. magne distinct. 79.* ac *l. edicto ff. de iur. Fisci l. p. C. de his qui se defer. lib. 10.*

Probatio tamen aliqua requiritur vltra spontaneam correi confessionem ad hoc vt liberatio-
14 nem is obtineat, si Socium detexit; quia sinè probatione parum crederetur deferenti, vt dicitur in *Auth. nouo iure C. de pænis Iud. qui mal. Iud.* & tenet *Bald. in consil. 358. lib.* & sequitur *Senat. Bello. cit. capit. 19. num. 7.* vbi exempla apud Ciceronem affert, de quibus *Petr. Erodius lib. 5. rerum. Iud. cap. 4.*

Qui D. Sen. Bell. exemplum etiam Augusti Imperatoris tradit, dum in Hispania insignem latronem perquiri iussisset, præmiumq; promisisset
15 illum adducenti; Latro ipse venit in conspectu Principis, qui illi ex ÆQVITATE quadam præmium, & impunitatem concesit, *Borella de edict. Magistr. lib. 3. cap. 6.* subijciens Sen.
16 Bell. quod qui statim in ipsis veluti in cunabu-

hs irritam factionem detegit, præmio, & honore afficitur; qui ex interuallo, impunè debet
17 abire *l. quisquis §. fin. C. ad leg. Iul. Maiest.* quam procedere in alijs criminibus maximè occultis
tradit *Thes. cit. q. 37. lib. 3. num. 3.*
Penaq; etiam temperari solet in filio delinquente,
18 quem Pater obtulit Iudici *l. milites agrè §. desertorem ff. de re milit.* & post *Pinell. in rubr. C. de bonis mater. part. 2. num. 32.* tradit *Sen. Bell. cit. cap. 19. in fin.* idq; fauore Patris in filio accusato locum habet, vt de Leayora ab Audofido filio
19 accusato scribit Plutarchus, quē refert *Petr. Erodius lib. 1. Rer. Iudic. tit. de haret. cap. 6.* vbi cum inuidia præmeret Andocides, quod paucorum non copulari dominationi faueret, iussit ferdum exhibere, vt de eo questio sumeretur, non obtemperauerat Timei correi consilio, ad legis
20 beneficium confugit, vt liberari satius esset, quàm inficiendo condemnari innocentem, se se ipsum prodidit; & non falsum indicium luderetur quosdam è suis quoq; & Leayorum Patrem suum nominauit, qui correi pænas dederat excepto Leayora, ne Pater filio accusante damnaretur.

Presertim verò conclusio hæc locum habet in filio desertore militi, per Patrem oblato Curiæ, quia non punitur capite, cuius delicti est propria pæna, sed mitius Iudicis arbitrio citra mortem *ex. in l. milites agrum §. desertorem ff. de re milit.* & post alios tradit *Caball. lib. 3. resol. crimin. casu 294. num. 409.*

SVMMARIA.

Locationis contractus dicitur vltro vtroque obligatorius num. 1.

Locator durante locatione non potest expellere conductorem num. 2.

Limitatur in pluribus casibus numer. 10. & 11. etiam si interuenisset iuramentum, & oblig. Camer. numer. 29.

Locator, & conductor sunt correlatiui num. 3.

Locator dicitur habere ius pinguius, quàm conductor numer. 4.

Conductori concedi debet, quod locatori permittitur numer. 5.

Conductor potest ex honesta causa recedere à conductione, durante illius tempore num. 6. & 8.

Pactum retrouendendi, est fauorabile venditori numer. 7.

Causa, ob quas conductor recedit possit à locatione sunt, tempus pestis, belli, malorum spirituum in domo, ruina, sterilitatis, & similium nu. 9.

Causa, ob quas locator à locatione eicit conductorem sunt, mala versatio conductoris in re locata, non solui pensionem, si ex necessitate inspecta habitare habet propriam domum, ac si domus locata necessaria reparatione egeat. num. 10. & omnis alia iusta causa num. 11.

Pactum expressum, ne conductor possit extrahi à conditione, & propria habitatione Domini, obseruandum est num. 12.

Correlatiuorum respectus locum habet tantum in dispositione legali, nō autem conuentionali n. 13. neque de tempore ad tempus num. 14. neq; de re ad rem num. 15. neq; de persona ad personam num. 15.

Correlatiuorum alter renunciens locationi non censetur factu per alterum num. 16.

Conductor si renunciat locationi, facta ea non censetur per locatorem num. 16. & 18.

Causa, ob quam potest renunciari locationi, debet superuenire post contractum num. 17. nec antea potuisse cogitari num. 18.

Sterilitas rei conducta superueniens sufficit, vt possit recedi à locatione, etiam durante tempore numer. 20. 22. & 23.

Pensio conductionis soluitur intuitu fructuum nu. 21.

Locationis contractus celebratus censetur sub ea conditione, si res manserit in eodem statu. num. 24.

In dubio contra Locatorem est pronunciandum nu. 25.

Conductor euectus ad dignitatem potest recedere à locatione num. 26. Idem dicitur de filio, si promotus fuisset num. 27. neq; potest renunciari huiusmodi prærogatiuæ num. 28.

Causa recedendi à locatione debet esse improuisa n. 29.

Conductor non soluens pensionem debito tempore expelli potest à locatione num. 30. etiam si deficeret in minimo num. 31.

Conductor prædij eiectus ob non solutam pensionem potest repetere expensas operarum, si fructus sunt maturi num. 32.

Conductor expelli non potest etiamsi pensionem non soluit, quando locator deficit ab eius parte nu. 33.

Conductor expulsus ob pensionem non solutam, non amittit beneficium redimendi, si illud durat numer. 34. neq; cadit à meliorationibus perpetuitatem continentibus num. 35.

Conductor potest retinere rem conductam, donec sibi soluantur melioramenta num. 36. secus in Emphiteuta, & conductore ad longum tempus nu. 37.

Conductor ad longum tempus æquiparatur emphiteutæ num. 38.

Conductor ad longum tempus habet dominium vtile rei conducta, vti habet emphiteuta num. 39.

Conductor simplex non habet vtile dominium n. 40.

Vsura contrahitur sæpè in contractibus venditionis cum pacto redimendi, & successiua inuestitura numer. 41.

Vsura contrahitur si simul sit venditio, licet verè sit pignus num. 42. & 54.

Vsura commissa solutum pro interesse extinguit furtum num. 43. & 44.

Simulatio contractus præsumptionibus probatur n. 45.

Instrumento publico regulariter standum est nu. 46.

Simulationis præsumptio in venditione cum pacto redimendi elicitur, quando emptor non vidit rem, quam emere fingit num. 47. 49.

Emptor habens animum emendi solet prius videre rem, quàm emere intendit, & certior reddi de illius valore, ac fructu num. 48.

Venditor si perseuerat in possessione rei vendita dicitur simulate vendidisse num. 50. & 53. & se rem vendita remanere in venditoris estimo num. 52.

Locatio facta incontinenti post venditionem rei arguit simula-

simulationem contractus numer. 52.

Venditio simulata dicitur, si ob locationem venditori factam pensio statuta respicit potius valorem pretij, siuè pecunia soluta, quàm fructus rei numer. 55. 56. 57.

Contractus illicitus dicitur, quando pacta in eo apposita plus creditaris, quàm debitoris fauorem respiciunt num. 58. præsertim; si tanta pensio non potest percipi ex fructibus num. 59.

Pensio excessiua fructuum rei venditæ mox conductæ, etiam in modico reddit contractum illicitum n. 60.

Fructuum valor semper attenditur non rei in locationibus num. 61. vt pallaciorum num. 62.

Emptori permittitur gaudimentũ fructuum rei emptæ, quia venditor gaudet pecunia, idest pretio soluto numer. 63.

Emptor non debet locupletari cum iactura venditoris num. 64. quia est contra naturam contractus n. 65.

Pactum, vt venditor se obliget ad conducendum rem venditam, dicitur illicitum num. 66. & 67.

Præsumptiones tres sufficiunt ad probandum simulationem contractus num. 68.

Contractus reprobatus non tribuit iustam causam præscribendi num. 69.

Pactum retrouendendi perpetuum reducitur ad annos 40. ad summum num. 70.

Tempus annorum centum dicitur immemorabile, & præiudicat Fisco, & Ecclesiæ num. 71. & 73.

Tempus immemorabile dicitur illud, quando nemo ex his, qui in humanis sunt, affirmare potest se vidisse, vel audiuisse eos qui viderunt, & sic minore tempore centum annorum num. 72.

Præscriptio immemorabilis non potest tolli per Principem num. 74.

Præsumptio iuris, & de iure resultat ex immemorabili tempore centum annorum, contra quam non admittitur probatio in contrarium num. 75.

Conductor rei per ipsum venditæ, cùm pacto redimendi mox conductæ potest durante pacto renuntiare locationi. Præsertim si res conducta infructuosa, siuè sterilis effecta est.

CAP. CCCI.



Votidie egentes pecunijs venditiones faciunt alicuius proprietatis, cum pacto redimendi ad tempus, aut perpetuo, conducendo interim rem venditam pro certa pensione proportionata potius pecuniæ in causam pretij solutæ, quàm fructibus rei venditæ; Hæsitari sæpè solet, & contingit, an huiusmodi conductor, etiam inuitus tenetur perseuerare in locatione donec fiat rei venditæ redemptio; vel durat pactum redimendi.

Et sanè, cum ad contractum locationis vltro ci-
1 troq; obligatorium deuentum sit iuxta *l. Labeo §. contractus vbi Alciat. ff. de verb. signif. & l. si vt certum §. nunc videndum ff. comm. Roland. cons. 96. nu. 4. lib. p.* quem sequitur *Caroc. tract. de locato. & conducto q. 1. num. 7.* Quemadmodum locator expellere nequit conductorem
2 durante locationis tempore *l. p. ff. locat. & tot. tit.* & tradit *Specul. in tit. de iur. emphit.* quem sequitur *Valasc. de iur. emphit. q. 22. nu. p.* ità eadem ratione, nempè conductor recedere valet à conductione durante tempore redimendi, cùm locator, & conductor dicantur correlatiui,
3 qui ad imparia non sunt iudicandi *l. fin. C. de indicta viduit. toll. Marsil. singul. 611. in fin. post Abb. in c. propter sterelitatem num. 7. & 8. de locato*, quos sequitur *Gratian. lib. 3. discept. forens. cap. 534. numer. 55. & cap. 740. numer. 5. lib. 4.*

Tanto magis, cum locator dicatur habere ius
4 pinguius, quàm conductor, vt scribit *Barbatia in d. c. propter sterelitatẽ col. 4. de locato* & post eos tradit *Gratian. in Append. ad dictum cap. 534. in princ.* & in *cit. cap. 740. num. 14. & 16. ex Couarn. pract. qq. cap. 30. num. 3. Molina Theolog. de contract. disp. 499.* Quam sententiam ante eos amplexus est *Calcan. cons. p.* & sequitur *Menoch. remed. 14. recuperandæ num. 57.* concludendo esse conductori concedendum id, quod de iure
5 conceditur locatori, idem probat *Boer. decis. 279. num. 9. & Roland. d. cons. 69. num. 23. cum plur. seqq. lib. 4. post Socin. cons. 120. num. 3. 4. 5. & 6. lib. 3.*

De ÆQVITATE tamen potest conductor huiusmodi à conductione recedere, etiam durante
6 tempore contractus, vt probat *Angel. in Summa verb. vsura num. 68. post Decium cons. 45. nu. 24. & Alber. in l. p. §. si pensio propè finem ff. de migrand.* idem concludit *Rolan. cons. 69. num. 23. cum. plur. seqq. lib. 4. & Caroc. d. tract. de loc. & conduct. tit. de vsur. q. 17. vers. contrarium*; sicuti enim pactum prædictum retrouendendi, est fauorabile venditori, & illo potest ad libitum re-
7 nunciare, vt post alios docet *Bellan. cons. 27. n. 10. 11.* quem sequitur *Canalc. decis. 44. num. 96. part. p. & Gozad. in l. 2. q. 33. C. de pact. inter vendit. & emptor.* & tradit *Gratian. all. cap. 740. num. 22. & 31.* Ità eiusdem fauorem respicere locationem pacto adiectam dicendum est, & sic renuntiabile ad conductoris libitum.

Hoc idem tradit *Valasc. de iur. emphit. q. 22. nu. 6.* & probat *Gratian. cit. cap. 534. num. 48. lib. 3.* & ibi in Apendice *vers. nam ad hunc effectum circa medium, & all. cap. 740. num. 18. lib. 4.* post *Magon. decis. Lucensi 75. num. 6. & Pract. Papiens. in form. libelli*, quo agitur in facti præstat *in verb. inuestitu. sub nu. 7. vers. secundus casus.*

Iusta enim, & rationabilis causa recedendi à loca-
8 tione semper sufficit, vt ab ea recedatur tàm per locatorem, quàm per conductorem *l. vnus horreorum 17. §. qui contra ff. locati*, & probat *Calder. cons. 5. tit. de locato per l. forma ff. de cens.* quem sequitur *Alciat. cons. 116. num. p. & cons.*

43. *numer. 7. lib. 8.* & poſt eos *Gratian. cit. cap. 740. num. 8.*

Pro conductore enim conſideratur tempus peſtis,
9 belli, malorum ſpirituum in domo, ruinæ, ſte-
relitatis, & ſimilium; ex parte verò locatoris,
ſi conductor malè verſatur in re locata, ſi non
ſoluit penſionem, ſi locator ex neceſſitate inſpe-
10 rata propriam domum habitare velit, ſi domus
locata, neceſſaria egeat reparatione, qua finita
tenetur reſtituere rem locatã conductori volen-
ti finire totum tempus contractus *gloſ. & Bart.*
11 *in l. ſi duo §. 3. & §. cum inquilinus ff. vti poſſide-
detis*, de quibus copiosè *Molin. Theol. cit. diſp.
499. num. 9. cum plur. ſeqq. & Valaſc. all. q. 22.
nu. 6. & 7.*, quos ſequitur *Gratian. recenſito cap.
534. nu. 48., & in Apendice verſ. tamen id fiat, & cap. 740. nu. 17. cum plur. ſeq.*, Vbi genera-
liter concludit de omni alia iuſta cauſa ex *Gail.
obſeruat. 23. lib. 2.*

Quando vero per pactum expræſſum conductor
in locationis inſtrumenta ſibi proſpexit, vt non
expellatur à locatione, quamuis vellet, ille vti
12 domo locatã ad proprium vſum locatoris, non
poteſt tunc locator expellere conductorem, ſed
tenetur ad pacti obſeruantiam *tot. tit. de pact.*,
& etiam ratione qualitatis correlatiuæ; Cum
13 corralitiuorum reſpectus locum habeat in diſ-
poſitione legali tacitum, non autem in conuen-
14 tionali, in qua non poteſt fieri extenſio *l. fide-
iuſſores Magiſtratuum § pro Aurelio ff. de fideiuſſ.*,
neq; de te npore ad tempus *§. epiſtola & §. vlt.
ff. de pact. & l. ſicut hermes C. locati*; neq; de re
15 ad rem, vel de perſona ad perſonam *l. miles §.
& qui diximus ff. de milit. teſtam.*; & in iſtis ter-
minis declarat *Bald. in c. 1. num. 2. verſ. pone
emphiteuta col. 2. quando Domin. propr. feud. priu.*
quem ſequitur *Gratian. d. c. 740. nu. 25. lib. 4.
& Molin. reſtitut. diſtinc. 499. nu. 9.*, Renuntia-
16 tione tamen vnius ex correlatiuis facta locatio-
ni, vel pacto non cenſetur facta per alterum,
neq; ad eum extenditur talis renunciatio. *L. iu-
bemus C. ad Velleian., & l. ſi vnus §. in ſumma
ff. de pactis*, *Gratian. ſæpius alleg. cap. 740. n. 30.*

In iſta namq, cauſa receſſus à contractu locationis
conſideratur, quod Locator habeat plus iuris,
quam conductor, ſed quod deficit conſenſus al-
terius ex contrahentibus ob iuſtam, vel ratio-
17 nabilem cauſam ſuperuentam, & ſtatus muta-
tionem, non voluntatis ſimpliciter; Quia lex
prouidit eſt, qui non potuit præcauere talem
neceſſitatem ſine cauſa, quod ſi illa potuiſſet
cogitari, locus non eſſet mutationi à locatione,
18 vt tradit *Angel. in l. eadem vbi Bald. num. 11. C.
locati Papiens in forma libelli ad praſtat. facti in
verb. in veſtitus nu. 5. Mazon. deciſ. Lucen. 75.
nu 6. 7. 8.*, quos ſequitur *Gratian. in d. Apendice
ad cap. 534. verſ. quia in iſta.*

Quæ concluſio locum habet, etiam ſi in locatione
interueniſſet iuramentum cum pacto camerali;
19 quia huiuſmodi conuentio intelligitur rebus ſic
ſtantibus, ſecus ſi ſuperueniſſet noua cauſa, ob
quam recedi poteſt a diſpoſitione legitimè cele-
brata, qualis eſt ſterilitas rei venditæ mox per
venditorem conductæ, ſtante pacto redimendi,
vt explicat *Gail. cit. obſeru. 123. nu. 8., & 9. lib.
2.* quem ſequitur *Gratian. alleg. cap. 534. nu. 48.
& cap. 740. nu. 14. 15. & 46.*

Propterea quotieſcunq; res vendita mox locata
effecta eſt ſterilis, tunc recedere poteſt condu-
ctor à locatione, durante etiam tempore con-
20 ductionis, ita probat *Boſſ. tit. de remiſſ. merce-
dis num. 47. cum plur. ſeq.*, & ſcribit *Caroc. tit.
de ſterilit. q. 8. nu. 94.* quos ſequitur *Carpan. ad
ſtatut. 379. nu. 318.*, quam concluſionem am-
plectitur *Gratian. cit. cap. 534. nu. 30. cum plur.
ſeqq.*

Penſio enim ſoluitur intuitu fructuum rei condu-
ctæ, merito illis ceſſantibus citra conductoris
21 culpam Æquum eſt, vt conductor ad penſio-
nem non teneatur, & vt conductionem deſerere
poſſit, vt deciſum fuit per Rotã *in vna Parmen.
conductionis daty* Iunij 1612., & teſtatur *Gra-
22 tian. all. cap. 534. nu. 42. & 43.*, concludendo,
quod non recoligendo fructus ex re conducta,
ceſſat obligatio Cameralis, & pactio *Rota deciſ.
123. diuerſ. num. 15. par. 2.*, quæ prærogatiua
venit ex natura contractus. *Surd. conſ. 34. nu.
31. & 33. Barecius q. 53. n. 4. & 7. & Sales de
obligat. Camer. par. 4. q. 1. nu. 19.*

Neceſſaria autem cauſa recedendi a locatione di-
citur, quando fructus aliquos non reddit pro-
23 prietas locata. *Marſil. ſingul. 615. incipit neceſ-
ſitas nu. 1.* cum alijs per *Mazon. citatis in deciſ.
Lucenſ. 75. nu. 6.* quos ſequitur *Gratian. all. cap.
534. cum plurib. ſeqq.*, tradens, quod contra-
24 ctus locationis cenſetur celebratus ſub ea con-
ditione, ſi res manſerit in eodem ſtatu *c. quem-
24 admodum de iur. iur. & l. cum quis ſibi de ſolut.
Cranet. conſ. 223. nu. 7.*

Et vbi dubia eſſet quæſtio, tunc contra locatorem
25 pronunciandum eſſe concludit *Alciat. conſ. 159.
nu. 10. lib. 5. per Tex. in l. Veteribus ff. de pact.
& per Bald. in conſ. 413. lib. 5.*

Quæ facultas recedendi à conductione competit
conductori, quando ille fuit promotus ad di-
gnitatem, ob quam vel maiori ha bitatione in-
26 diget, vel ad Palatium publicum migrare de-
bet, vt amplè tradit *Anchar. cit. conſ. 402.* &
ſequitur *Cranet. conſ. 204. nu. 6. Socin. conſ. 215.
col. vltim. verſ. confirmatur lib. 2.*, & in termi-
nis probat *Gomez. var. reſol. tom. 2. cap. 3. de
locato, & conducto*, vbi concluſionem ampliat
habere locum, etiamſi dignitas noua ſuperue-
niſſet filio, vel aſcendenti conductoris, aut lo-
catoris *arg. lib. 2. §. Caius ſcipio ff. de orig. iur.
Valaſc. de iure emphit. q. 22. nu. 3. & 5.*, quos
ſequitur *Gratian. cit. cap. 540. nu. 52. cum ſeq.,
28 & in apendice atq; in all. cap. 740. per totum*,
qui Auctor in *d. cap. 534. nu. 56.* ſcribit non poſ-
ſe renunciari Curiæ prærogatiuæ per ſpeciale
pactum, quando neceſſitas eſt publica per *Tex.
in l. eius publicum, & l. penult. ff. de pact.*, & re-
petit idem Auctor in *cit. cap. 740. nu. 5.* dicens
num. 7., hanc neceſſitatem, & cauſam debere
eſſe

29 esse improuisam, & inopinatam, neq; cogita-
tam tempore contractus, *& num. 10. vers. & quod in casu post Magon. decis. Lucens. 74. nu. 7. & 8.*

Inter alias causas ob quas conductor potest expel-
li à locatione, ea exponitur, quando non soluit
pensionem debito tempore conductor, de qua
30 post alios *Pract. Papien. in forma libelli, qua agi-
tur, ad ficti prastationem vers. soluere num. 2.* &
tradit *Canalc. decis. 43. num. 58. lib. p.* quid si
soluisset conductor maiorem partem pensionis,
& minimam particellam deberet? expelli illum
31 posse probat *Bertachin. tract. de gabellis par. 8.
memb. 3. num. 60. in fin.* & scribit *Caroc. de loca-
to in vers. recusationibus num. 25.* quos sequitur
Carpan. ad d. Statut. 379. num. 327. subijciens
num. 329. quod eo casu potest conductor repe-
tere pretium operarum, si fructus maturi sunt,
32 ex eodem *Caroc. loc. cit. num. 23.* quæ conclusio
expulsionem conductoris continens limitatur,
vbi locator ex eius parte non adimpleuisset, vt
33 notat *Carpan. d. loc. num. 330.*

Et vbi expelleretur conductor rei ab eodem ven-
ditæ cum pacto redimendi, & successiua inue-
34 stitura ob pensionem non solutam; eo casu non
cadit conductor à pacto redimendi, si illud du-
rat, vt post *Canalc. cit. decis. 44. num. 96.* scri-
bit *Carpan. ad d. cap. 379. num. 331.* qui conclu-
35 sionem extendit *num. 332.* non etiam cadere
conductorem à meliorationibus factis perpe-
tuitatem concernentibus in bonis conductis ex
Burlat. cons. 23. num. 30. lib. p. Imò posse con-
ductorem retinere rem conductã loco pignoris,
donec sibi soluãtur expensæ dictarũ melioramẽ-
36 torum, vt tradit *Caroc. in d. verb. Recusantibus.
num. 24.* & sequitur *Capan. l. c. num. 333.* quid-
quid in contrarium procedat in emphiteuta, &
conductore ad lungum tempus cadentibus ex
37 propria culpa, vt probat idem *Carpan. in cap.
409. in verb. possit num. 13. lib. 1.* & repetit in
d. cap. 379. num. 334. cum æquiparentur em-
phiteuta, & conductor ad lungum tempus, vt
38 inquit *Bart. cons. 35. numer. 14. cum seq. lib. 1.*
quem sequitur *Addic. ad Pract. Papien. d. vers.
Iure iuran.*

Ratio est, quia in emphiteuta, & conductore ad
lungum tempus cadit vtile dominium, qui ha-
39 bet vtilem actionem in rem *l. 1. ff. si ager vecti-
gal, & l. p. §. quod autem ff. de superficiebus*, &
tradit *Valas. all. q. 22. num. 1.* quod dominium
non cadit in simplici conductore, qui minus ius
40 habet, vt notat ibidem *Valasc. loc. cit.*

Obseruandum vlterius est, quod in huiusmodi
contractibus venditionis cum pacto redimendi,
comitti potest vsura, sicuti in qualibet alio con-
41 tractu *Caroc. de locat. par. 5. tit. de vsur. q. p. cum
seq.* quem sequitur *Carpan. ad citat. Statut. 379.
numer. 158. lib. 2.* quæ sanè vsura comittitur,
quando simulatè fit venditio, licet potius pi-
42 gnus constituatur *Bart. in l. pacta nouissima C. de
pact. & in l. item quia §. idem ff. eod. tit.* & tra-
dit *Cepoll. de simul. contract. num. 35. cum seq.*
quo casu in sortem computari debet pensio re-
43 cepta vigore huiusmodi fictæ, & simulatæ ven-
ditionis cum pacto redimendi, & successiua in-
uestitura, vt probatur in *c. cum contra, & c. illos
uos de pignor. & in c. ad nostram de empt. & ven-
dit.* & scribit *Rolan. cons. 40. nu. 37. lib. 2. per l. 2.
C. de vsur.* post *Socin. cons. 15. col. 3. vers. &
quamuis, & cons. 29. vers. circa tertium princi-
pale lib. p. Paris. cons. 54. num. 79. lib. p.* atq;
Alba cons. 77. col. fin. lib. p. concludendo, quod
si ea pensio soluta sortem æquat, restituenda
venit proprietas venditori absq; alia pretij re-
44 stitutione, & probat *Bimius cit. cons. 35. num.
25. 42. 43.*

Simulatio autem huiusmodi contractus præsump-
45 tionibus detegitur, vt notatur *in l. 3. C. plus va-
lere, quod agitur*, & scribit *Paris. cons. 74. col. 2.
lib. 1.* etiam si regulariter in instrumentis stan-
46 dũ sit *cit. l. cum precibus vbi glos. & D.D. C. de
probat. Cepoll. de simul. contract. in 3. casu præs-
crip. 26. numer. 84.* Inter quas præsumptiones
simulationis ea elicitur, quando emptor cum
pacto redimendi, & successiua inuestitura, non
vidit rem, quam emere fingit, cum à com-
47 muniter accidentibus quis non solet emere rem,
quam prius benè non viderit, & illius qualitates
non considerauerit *argu. l. neque naturales C. de
probat.* & in terminis probat *Cepoll. d. tract. de
simul. contract. in 9. præsumpt.* dicens, quod si
emptor habet animum emendi, solet prius vi-
48 dere rem, quam emere intendit, & certior
reddi, si illius valor ascendit ad prætium, quod
soluere intendit; Hoc vero non faciendo, emere
velle non videtur, sed pignus contrahere, &
pensionem de sua pecunia percipere, quod mi-
49 nime licet, vt perpendit *Natta cons. 198. num.
9. Afflic. decis. 40. col. penul. vers. Item est alia
præsumptio, Paris cons. 82. num. 38. lib. 3. &
Gabriel. all. cons. 74. num. 4. 5. 7. & 11.* quos
sequitur *Rulan. memor. cons. 40. num. 30.*

Secunda vehemens præsumptio simulationis resul-
tat, dum venditor perseuerat in possessione rei
venditæ etiamsi hoc vigore conductionis factæ
50 stante pacto redimendi, vt probat *Io. de Ana-
nia cons. 88. col. pri.* quem sequitur *Crauet. cons.
156. num. 10.* & antè eum scripsit *Paris. cit. cons.
54. nu. 76. lib. p.* idem probat *Rol. loc. cit. n. 31.*
maximè si locatio ipsa facta fuit incontinenti,
vel in eodem contractu venditionis, vt perpen-
51 dit ibidem *Rol. num. 32.* quia tunc multò magis
arguitur simulatio contractus, & vsurarum
præsumptio ex *Alba cons. 5. col. p. lib. 1. arg. l.
si ventri §. in bonis ff. de priuil. credit. Paris. cons.
55. num. 44. lib. p. & cons. 88. num. 30. lib. 3. &
Bigimus cons. 55. num. 40. cum seqq.*

Prout tertio loco, si post factam venditionem res
vendita remanet pænes venditorem, & in eius
estimo, inde oritur simulatio contractus, vt
52 docet *Bald. in cons. 322. lib. 3. & cons. 311. lib.
5. col. 2. vers. decimo*, atq; in *cons. 438. col.
2. eodem lib. 5. argu. in l. si solemnitatibus ff. de
rei vendic.* Non est enim verisimile, quod emp-

tor

tor tanto tempore suum ractasset, si verus fuis-
53 set contractus, vt inquit Rol. cons. 40. num. 35.
cum trib. seq. quippe ex eo elicitur ab fuisse ab
initio animum emendi in emptore, sed pignus
54 contrahendi, vt concludit Gabriel cit. cons. 74.
nu. 14. & 15. lib. p. & in terminis tradit Bimius
d. cons. 55. num. 53.

Quæ simulatio contractus eo fortius locum habet,
si pensio conuenta in locatione adequata potius
55 videtur, & corr.pectiua apparet pecuniæ per
emptorem solutæ, quam fructibus rei venditæ,
ex quo vsuram resultare concludunt omnes in
c. ad nostram de emption. & vendit. & tradit Bald.
cit. cons. 332. col. fin. lib. 3. & expressè probat
Caroc. alleg. tit. de vsuris q. p. num. 10. & 39.
conferunt etiam ea, quæ scribit Pinel. in l. 2.
par. 3. cap. 4. num. 23. de rescind. vendit. & tunc
56 illicitum contractum esse resoluit etiam Bald. in
cons. 312. col. fin. lib. 5. Aucharan. cons. 257. col.
fin. vers. item pro duobus. & post eos Rolan. cons.
40. num. 25. 26. 27. & 29. lib. 2. dicens, quod,
quando venditor rem venditam conducens se
57 obligauit ad soluendam pensionem in ratione
certæ summæ pro quolibet centenario, non ha-
bito respectu ad fructus rei venditæ, sed pro
mercede pecuniæ solutæ, contractus est illicitus,
quam sententiam sequitur Crauet. cons. 156. nu.
12. in fin. & Natta cons. 198. num. 6. & 14. &
cons. 497. vbi illicitum omnino esse contractum
respondit, si pactum plus creditoris, quam de-
58 bitoris fauorem respicit Bursat. cons. 84. numer.
19. lib. 2. & post eos sequitur Caroc. loc. cit. num.
39. & 40. & q. 11. numer. 16. & 40. præcipuè si
tanta pensio percipi non potuit, vt fuit termi-
59 natum per Rotam. decis. 216. numer. 4. part. 2.
cuius pensionis excessus etiam in modico, suffi-
60 cit ad resolutionem contractus §. quia vero in
Auth. de non alien. & tradit Caroc. sub num. 41.
vers. consideratur post Bald. in all. cons. 322. col.
2. vers. Item facit lib. 3. Abb. cons. 76. col. p. vers.
secundo interuenit lib. p. Rolan. sepius cit. cons. 40.
lib. 2. Decian. cons. 105. num. 16. vers. idem pro-
batur lib. 2. quem sequitur Caroc. l. c. numer. 43.
vbi scribit attendi semper valorem fructuum, nõ
61 autem rei per l. qui bonis ff. de cess. bonor. quam
singularem esse ibidem dicit Bart. vt pallacia, &
similia, quæ estimantur non ex sumptibus, sed
62 ex redditibus, siuè fructibus, vt inquit Ias. in §.
sed si quis num. 11. Institut. de actionib. & in l. si
constante nu. 150. ff. solut. matrim. & post Tiraq.
tradit. Caroc. q. 4. nu. 49. Quemadmodum præ-
dium extimatur, ex fructibus non ex magnitu-
dine, vt ait Bursat. cons. 84. num. 17. lib. p.

Permittitur etiam emptori gaudimentum fructus
rei emptæ, quia venditor gaudet pecunia soluti
63 pretij, quod ÆQVVM esse scribit Bimius cons.
171. num. 6. post Tiraquel. de contract. conuent.
§. 5. glos. 4. num. 19. & 16. Idcircò si venditor,
qui rem venditam conduxit, parum, vel nihil
percipit ex fructibus rei venditæ mox conductæ:
ÆQVVM non est, vt soluat pensionem cum
64 magna rei suæ iactura Menoch. cons. 27. numer.
36. per l. nam hoc natura ff. de condit. indeb. Id
65 quod esset contra naturam contractus Caroc. de
vsur. q. 3. num. 37. & Bimius d. cons. 37. nu. 13.
in terminis pacti redimendi loquens.

Illicitum præterea esset pactum, si emptor vellet,
vt venditor se obligaret ad conducendum rem
venditam, vbi in alio non releuaretur ab emp-
66 tore, Summa Angel. cit. verb. vsura numer. 68.
quia quotiescunq; tollitur libertas contrahendi
67 per pactum illud illicitum dicitur Caroc. all. tit.
de vsuris num. 27. vers. contrarium, Cardin. Man-
tic. de tacit. & ambig. lib. 14. num. 47. quos se-
quitur Gratianus citat. capit. 740. num. 4. & 10.

Duasque, aut tres præsumptiones sufficere ad de-
68 tegendum contractum illicitum probat Tira-
quel. de retr. conuent. §. 1. glos. 2. sub num. 103.
& sequitur Gabriel. memorat. cons. 74. num. 4. ex
Cipolla de simul. contract. præsumpt. 26. num. 80.
& 87. atq; scribit Rol. all. cons. 40. num. 22. lib.
2. & sequitur Gabriel d. consil. 74. sub numer. 9.
quo casu illiciti contractus nunquam locum ha-
bet præscriptio respectu pacti redimendi, vt
respondit Bald. in cons. 322. vers. Tertio dubita-
tur lib. 1. quem sequitur Decius in l. petens col. 3.
C. de pactis, & Tiraquel. de retract. conuent. cit.
glos. 31. vbi multos alios refert; quoniam con-
tractus reprobatus non tribuit iustam causam
69 præscribendi, vt subijcit Tiraquel. l. c. numer.
33. cum seqq. plurim. per l. fin. §. sin autem C. com-
mun. de legat. & l. quemadmodum ff. de arg. &
cons. lib. 11.

Pactum verò perpetuum retrahendi ad annos tri-
ginta, vel quadraginta reduci probatur in
70 l. si quis §. p. C. de præscriptionibus 30. annor. &
l. p. C. de annal. except. Alex. cons. 228. col. vlt.
vers. non obstat etiam lib. 6. Boer. decis. 182. &
amplè tradit Tiraquel. d. tract. § p. glos. 2. num.
17. cum plur. seqq. & ad summum huiusmodi
perpetuitas finitur cursu centum annorum,
Bald. in l. si in l. p. C. ne rei domin. & amplissimè
probat Tiraquel. cit. glos. 2. num. 23. cum plur.
seqq. & ità definitum fuisse per Senatum Pari-
sien. testatur idem Tiraquel. cit. loco numer. 26.
Quod sanè tempus immemorabile dicitur, &
71 præiudicat etiam Fisco, & Ecclesiæ Glos. in c.
cum nobis in verb cautum de præscript. Alex. cons.
208. col. p. lib. 1. Alciat. cons. 28. col. pen. lib. 2.
& amplè probat Crauet. de antiquit. tempor. 2.
par. 4. part. princ. quæ incipit Absoluers num. 2.
cum seq. quem sequitur Menoch. cons. 649. num.
7. vers. Quod sane tempus, & cons. 1092. num. 11.
Peregrin. de iur. Fisci lib. 6. tit. 8. num. 23. circa
medium, & Federic. Scottus cons. 15. numer. 16.
libr. 6.

Quod immemorabile etiam tempus annorum
72 octuaginta, & tale appellatur, quando nemo
ex his, qui in humanis sunt affirmare se vidisse,
vel audiuisse eos, qui vidissent tex. ad litteram
in l. si arbiter ff. de probat. Menoch. d. cons. 649.
num. 7. vbi vers. Quod sanè tempus, inquit,
73 centum annorum excedere hominum memo-
riam, quam sanè centenariam, & immemora-
bilem

bilem præscriptionem non posse tolli per Principem probat *Gratian. cap. 12. num. 23. lib. pr.* & scribit *Peregrin. de iur. Fisci citato titul. 8. sub num. 23. vers. ex his addo*; Stante præsumptione iuris, & de iure à centenario tempore resultante contra quam non admittitur probatio in contrarium. *Ruland. all. consil. 40. num. 16. 18. & 20. lib. 2. & cons. 89. num. 17. eodem libro.*

P R O

D. Francisco Vulpio

Contra

D. Minorem Bossium.



Firma, & inconcussa adhùc remanent ea, quæ per Egr. & Præstantiss. D. Iudicem motiuata fuere contra D. Minorem Bossium, non obstantibus subtiliter allegatis prò eorum ressolutione; Prò quorum confirmatione repetendum est quod anno 1618. q. Comes Antonius Litta vendidit D. Bossio duas partes ex tribus vectigalis Imbotatus Territorij Cremonensis pretio librarum duodecim mille cum pacto perpetuo illud redimendi, & successiua Inuestitura dict. duarum partium sub annua pensione libr. 870. Ex quo tamen imbotatu primo loco erat satisfaciendum illius redditarijs, quibus summa librarum annuarum 1700. debebatur; Anno verò 1621. Idem D. Comes vendidit D. Benedicto Vulpio aliam tertiam partem dicti imbotatu pretio librarum decem mille, & d. pactum redimendi pro pretio aliarum librarum sex mille, quas pecunias soluit Vulpius.

Duplici autem ratione finis locationi impositus dicitur per denuntiam inthimatam D. Bossio ad Instantiam D. Vulpij, quarum altera est, quia cum pactum redimendi appositum fuerit ad fauorem venditoris, non emptoris, quod pactum obtinet partem pretij, vt per tex. *in l. fundis partem, & ibi glo. in verbo vendidit ff. de contrah. empt. & l. si sterilis §. si sibi ff. de act. emph.* & probat *Tiraquel. de retr. conn. in præfatione num. 20. cum seq. & in §. p. gl. 1. & gl. 2. num. 53.* & post alios tradit *Bimius cons. 35. num. 6. & seq. Gratian. lib. 3. discept. forens. cap. 740. num. 31.* Cui pacto accessoria fuit successiua inuestitura locationis; sequitur quod huiusmodi fauori renunciare quandocunq; posset D. Vulpius, cui ius venditoris peruenit iuxtà *tex. in l. quod fauore C. de legibus*, de qua materia amplè scribit præsertim *Gozad. in l. 2. qu. 33. c. de pactis inter empt. & vendit. Caualc. decis. 44. num. 96. p. p. summa Ang. in verbo vsura num. 68. & Caroc. de locat. tit. de vsur. quæst. 17. vers. contrarium.*

Altera verò deducitur ex sterilitate Datij Imbotatus, de quo agitur causata ex deffectu agricolarum, qui bona colunt, quorum numerus valdè diminutus est in Cremonensi Prouincia ob maximas Militum hospitat. cursu tot annorum continuorum, qui Villici dicuntur instrumenta fundi *l. quæsitum §. p. cum seq. ff. de fundo inter legata*, cuius instrumenti defectu rescinditur locatio *l. ediles §. vendidi ff. de edil. edict. & probat Alcia. cons. 43. nu. 8. lib. 8.* Et cuius imbotatus datium, idcirco ea de causa infructuosum effectum est, dum innumerus perticatus agri Cremonensis incultus remanet ab anno 1627. inclusiuè citrà, & si enim tertia pars dicti Imbotatus esset propria D. Vulpij, tamquam empta pretio librarum decem mille vt supra dictum fuit, & alias libras sex mille soluerit pro pretio pacti redimendi alias duas partes venditas D. Bossio, nihil pænitus consequtus est ratione eius tertiæ partis, & pacti redimendi, soluta portione reddituariorum, ad quorum antiquitus obligatum erat dict. Vectigal. imbotatus pro annuis lib. 1700. ita vt per annos viginti septem continuos, & decursos ex proprio ære persoluere fuit coactus D. Vulpius Conductor dicto D. Bossio conuentam pensionem librarum annuarum 870. Vel saltem pro maiori parte, eam ex proprio Marsupio suplere, vt clarissimè liquet ex calculo exactionis singulis annis factæ, atq; ex publicis instrumentis, ac cædulis expositis.

Cum itaq; sterilitas dicti vectigalis continuata sit ob hanc imbotatus mutationem, & alternationem passiuam notabilem, ex qua ænormis, quippè enormissima læsio resultat, recedere licet D. Vulpio ab ipsa locatione *tex. est apertus in l. si merces 28. §. si vicino ff. locati, & ibi Castr. vbi probat*, quod si status rei locatæ fuit mutatus, vel alteratus potest recedere conductor à locatione confert etiam *text. in l. sine lege §. si Colonus ff. locati*, vbi habetur quod si conductor impeditur frui re conducta ex facto alterius, quam Domini, cui resistere nequit Dominus absoluitur ab onere soluendi pensionem etiam pro futuro tempore, & sic à contractu liberatur Conductor; Cui conclusioni confert etiam *tex. in l. sed addes ff. locati.*

Hanc sententiam strenuè defendit *Beroius cons. 140. per totum præsertim num. 13. 25. & 27. lib. 9.* vbi quæstionem ad partes disputat, & propositis contrarijs demum ea soluit; & qui in nostris terminis loquitur de Conductoribus Vectigalis Salis à Camera Bononiæ conducti per annos viginti, in qua conductione fuerant impediti Conductores à Domino per annum tantum; Et tamen concludit dictus Auctor ob alterationem Vectigalis conducti, licere ad libitum conductoribus recedere a locatione, aut remisionem petere eorum arbitrio.

Quam conclusionem amplectitur *Bossius in tit. de remiss. mercedis num. 41. in fine cum plur. seq.* dicens, quod quando impedimentum habet causam successiuam potest conductor recedere à locatione; Et *num. 45.* conclusionem declarat

maximè

maximè procedere quando damnum excedit dimidiam pensionis, vt in locatione Salis, si tot personæ decessissent tempore pestis, vt dimidium numerum personarum excederent; Et sic minus dimidia Sal consumeretur; Et quamuis eo casu mercedis remissio fieri potest, non alterata locatione; Hoc tamen dependet à voluntate conductoris ad cuius fauorem tantùm permittit lex recessum à conductione, vt probat idem *Boss. sub nu. 47. vers. sed dic contrarij*; Cui fauori posse renunciare conductorem concludit ibidem *Boss. vbi seq. numer. 48. citat. Io. Andr. Hostiens. & Imolam in d. cap. propter sterilitatem extrà locati, & Corsettum in eius repertorio in verbo locatio*,

Eandem conclusionem comprobat *Alcia. d. cons. 43. sub nu. 3. vers. quarto renunciatur, & nu. seq. lib.* 8. vbi apertè concludit conductorem posse recedere à locatione ob iustam, vel probabilem causam per *leg. Dominos §. fin. ff. locati post Io. Andream, & Hostiens. in cap. propter sterilitatem*; Quia quotiescunq; rei locatæ accedit aliquod damnum præter consuetum, & quod conductor valde patitur, non tenetur stare locationi, ex *Caldenno cons. 5. de locato*; Maximè si Conductor læsus est vltra dimidiam; Quia tunc rescinditur contractus *arg. l. 2. C. de rescind. vend. & scribit ibidem Alciat. nu. 7.*

Quam sententiam sequitur *Io. Baptista Natta cons. 510. inter consil. Marci Antonij fratris nu. 5. cum plur. seq. vsq, ad nu.* 8. Quam confirmat ibidem *Marcus Antonius frater num. 9. cum seq. & maximè in fine.* concludendo ex *Bart.* quod attento impedimento militum, cuius causa fuerat prohibitus Conductor frui fructibus bonorum sibi locatorum, poterat migrare, & a locatione recedere, cum non teneatur perseuerare in locatione ad commodum locatoris conductor qui maxima damna indè passus est, vt inquit Auctor ipse *nu. 3.* Et locatio, idcircò sibi inutilis fit, vt subijcit *nu. 7. vers. sicut igitur*.

Hoc idem tradit *Gail. lib. 2. obseru. 23. sub num.* 8. Idem probat *Caroc. de locato tit. de sterilitate qu. 8. num. 94.*

Eandem in sententiam in proprijs terminis comprobant *Carp. ad statutum 379. nu. 313. cum seq. præsertim nu. 317. lib. 2. Valasc. de Iure emphiteot. qu. 22. nu. 6. Plenisc. Rol. cons. 69. num. 23. cum plur. seqq. lib. 4. & cumulatiss. Canagnol. decis. consult. 83. per totum præsertim nu. 3. cum seq. par. 2.* quam conclusionem prius affirmauerat *in Annotat. ad decreta Montisf. Decreto 33. §. 5. sub nu. 9. vers. Nec est vllo*, Vbi apertè scribit, quod Conductor cui aliquo tempore frui non licuit re conducta cogi non potest ad perseuerandum in ea, etiamsi pro futuro tempore poterit eadem frui per *d. l. si in lege §. Colonus ff. locati pag. 349.*

Hanc ipsam conclusionem sequuntur *Surd. cons. 532. sub num. 8. & Bec. cons. 45. num. 20.* quam amplectitur *Costa trac. de re integra distinct. 86. numer.* 7. & amplectitur *Gratian. lib. 4. discep. forens. c. 740. nu. 10. 22. & 31.* vbi probat posse ad libitum Conductorem etiam renunciare huic pacto redimendi cum successiua locatione. Hoc idem probat *Menoch. cons. 855. per totum maximè nu. 14. & 16.*

Et post eos nouissimè re ad partes disputata concludit *Ciriaca citatus in motiuo Conan. 440. lib. 3. præsertim nu. 8. & 13.* quando damnum siuè sterilitas est continua, ex qua resultat enormis læsio; Qui auctor loquitur in Conductore ad longum tempus, cui locationi posse renunciare Conductorem, si res conducta effecta est pro maiori parte sterilis, siuè infructuosa concludit.

Prout eandem conclusionem probat *Thesaur. Iun. in Addit. ad decis. patris decis. 20. num. 3.* dicens posse recedere Conductorem à locatione durante tempore, quando diminuti valdè sunt fructus rei locatæ, & plus est impensa, quam vtilitas, idest maior sit pensio debita, quam fructuum valor; Quam sententiam confirmat *Cancer. lib. 3. vers. resol. c. 6. nu.* 107. quando deficiunt fructus, qui causa finales fuerunt contractus iuxtà *l. cum ea fundum C. de pactis inter empt. & vend.* Et sic conclusio hæc a triginta ferè Doctoribus firmata communissima, & æquior dicitur, & consequenter tenenda, cum alij contrarium sequentes vix sex legantur.

Iusta enim, & rationabilis causa recedendi à locatione semper sufficit, vt ab ea recedatur tam per locatorem, quam per Conductorem *l. vnus horreorum §. qui contra ff. locati, & probat Calder. cit. cons 5. tit. de locato per l. forma ff. de cens.* quem sequitur *Alciat. d. cons. 43. num. 7. & cons. 416. num. 1. lib.* 8. & tradit *Gail. de obseru. 25. nu. 6.* quem sequitur *Gratian. lib. 3. discept. forens. cap. 534. nu. 48. & lib. 4. cit. cap. 740. nu. 8.* vbi plures alios refert.

Locatio enim huiusmodi facta intelligitur rebus sic stantibus; secus verò si superuenerit noua causa, ob quam receditur a dispositione etiam legitimè facta, qualis est infructuositas rei locatæ, vt explicat *Gail. cit. obseru. 23. nu. 3. & 9. lib. 2.* quem sequitur *Gratia d. c. 740. nu. 14. 15. & 46.* Idcircò cum ferè nullos fructus percepisse ex d. imbotatu D. Vulpium constet ex calculis positis, & per instrumenta producta liquet à viginti septem annis citrà; Iustissima viget causa, ob quam recedere potest à d. locatione, iuxtà protestationem intimatam D. Bossio, & ita iudicasse Senatum Sabaud. testatur *Faber. in eius Cod. lib. 4. sub tit. de locato d. ffin. 33.* quem sequitur *Canagnol. cit. decis. 83. nu. 14 cum seq. plur. & sub nu. 53.*

Namq; sicuti natura, & substantia contractus locationis est, vt res locata præstari debeat integra per locatorem Conductori, vt ea quietè, & pacificè frui possit, sicuti fruebatur D. Comes Litta tempore venditionis, & successiuè conductionis *l. ex conducto § si vis tempestatis ff. locati*; Sine quo verisimiliter conductor non contraxisset; Ità infructuosa reddita re locata median-

te tanta parte inculta agri Cremonensis, & attento exiguo numero agricolorum d. territorij, vt notorium est, locus sit penitentiæ, quia non obseruatum fuit ex parte locatoris, id quod fuit causa contractus, vt probat *Bertrand. cons. 51. num. 9. cum plur. seq. lib. 2. par. 2. & seq. Caualc. decis. 25. nu. 41. lib. 2.* & post eos tradit *Canagnol. cit. decis. 83 nu. 22. & 33.*

Prætereà quemadmodum illicitus contractus diceretur si venditor rei cogeretur ad eam conducendam, vt probat summa *Angel. in verbo vsura il primo num. 68. in fine*, & post alios tradit *Gratian. all. cap. 740. no. 4. & 16. & Card. Mant. de tac. & ambigu. lib. 14. nu. 4. & 7.* Eadem ratione illicitus redderetur contrarius, si postquam conduxit venditor cogeretur perseuerare in ipso contractu cum euidenti eius iactura; Ità in indiuiduo probat summa *Angel. in d. vers. vsura num. 68.* Cum commodum, & incommodum pensionis hoc pacto sustineat venditor effectus conductor, & si ex sui natura rei emptæ commodum, vel incommodum pertineat ad emptorem *l. illud, & l. habitationem ff. de peric. & comod. rei vend. Natta cons. 353. propè finem*; Nisi pensio esset ita modica, quod venditor releuaretur in illo, in quo grauatus est contra naturam contractus, vt subijcit ibidem summa *Angel.* & sequitur *Caroc. d. tit. de vsuris qu. 3. nu. 37.* & probat *Bimius cons. 35. num. 13. & num. 43.* qui in terminis pacti redimendi loquitur; Quæ tamen pensio ne dum modica non est in hoc casu; Verum grauissima, & intolerabilis dicitur, de qua modica pensione *Costa in eius memoriale in verbo emphiteuta regulariter vers. rationem diuersitatis pag. mihi 215. in fin.*

Quotiescunq; etenim tollitur libertas contrahendi per contractum, illicitè id agi dicitur, vt latè tradit *Caroc. loco cit. qu. 17. in verbo contrarium pag. mihi 242. nu. 3.* & probat *Gratian. cit. cap. 740. nu. 4. & 16. & Card. Mant. d. lib. 14. num. 4. & 7.*

Prætereà finem locationi imponere posse conductorem tradunt omnes, quando fructus rei conductæ adeò diminuti sunt, vt parum, vel quid minimum illi remanet ob sterilitatem rei conductæ ex noua causa prouenientem, vt probat summa *Angel. c. t. nu. 68. & Caroc. tit. de vsuris quæst. 15. vers. contrarium ergo licitè recedere potest. D. Vulpius d. locat. ex quo nullos fructus consequitur*

Quibus stantibus palàm est Imbotatus datium à D. Vulpio conductum, sibi semper noxium valdè fuisse cursu iam annorum 27. Nedum quod pinguiores fructus ex eo vnquam perceperit; & damnum pro modico tempore passus sit, vt equiuocando fuit deductum in responsione ad motiuum; Ideircò admittit lex; vt succurratur tandem indemnitati conductoris, per impositionem finis locationi, vt post *Angel. & Bal. in l. eadem num. 11. C. locati probat Gratian. dict. cap. 534. nu. 29. cum seq. vbi alios refert.*

Quo longo tempore attento, cessat deductum exemplum, quo Sen. Excellentiss. vsus est tempore pestis; quod impedimentum vix durauit per annum; & sic momentaneum illud fuit, non longissimum, & continuatum, quale est tempus sterilitatis d. Imbotatus; Et sic ex diuersis non benè infertur *Inr. vulgar.*

Neq; opitulari vllo modo possunt D. Bosio duæ excitatæ regulæ ad motiui responsionem; quarum altera est desumpta ex *l. non idcircò de contr. empt. & l. sicut Cod. de act. & obligat.* quibus cauetur, quod contractus ab initio voluntarij, posteà efficiuntur necessarij, vt abundè exprimitur per *Tract. mtiss. Aduoc. D. Bossij*; Altera verò in *l. 1. ff. de pactis fundata*, qua disponitur pacta seruanda omninò esse; Quibus regulis de facili respondetur:

Quandoquidem quoad priorem, certum est, illam limitari quotiescunq; superuenit casus inopinatus conductori damnosus, & ænormissimam læsionem inducens, ob quem rescinditur contractus, vt inquit *glo. in l. neque 22. qu. 2.* ac probat *Bal. cum cæteris in l. fin. C. de numer. pecunia, & in cap. inter P. extrà de renunciat.* & post eos probat *Aiciat. d. cons. 43. nu. 4. lib. 8.* Cum enim post contractus celebrationem locatum datium Imbotatus effectum sit infructuosum, & per longum tempus annorum 27. in eo statu continuatum; Meritò ab eo contractu recedere potest D. Vulpius conductor, vt de contractu, qui ex causa belli, vel pestis, & similium potest dissolui scribit *Abbas in cit. cap. propter sterilitatem, & inquit Corsetus. in eius repertor. in verbo locatio*, quos sequitur *Aiciat. d. cons. 43. nu. 6. lib. 8.* cui regulæ etiam respondit *Menoch. cons. 255. nu. 84.*

Prout regula ipsa locum tantum etiam haberet in contractibus locationis simpliciter factis; Non autem quando ad fauorem venditoris adiectum fuit pactum redimendi cum successiua Inuestitura; quod pactum redimendi importaret tertiam, vel saltem quartam partem iusti pretij rei venditæ cum dicto pacto vt dictum fuit, & habetur *in l. fundi partem ff. de contrah. empt.* Et scribit *Fachin. li. 12. contr. iuris cap. 27. propè fin.* Atq; liquet in hoc casu dum per Comitem Antonium facta fuit venditio duarum portionum ex tribus dicti Vectigalis D. Bosio pretio librarum duodecim mille cum pacto perpetuo redimendi; Quam facultatem redimendi deindè alienauit D. Comes pretio librarum sex mille D. Vulpio; Cui pacto cum successiua Inuestitura tamquam facto in gratiam venditoris potest quandocumq; renunciare Conductor, vt dictum fuit, & expressè probat *glo. in l. sicut initio in verbo minimè C. de act. & oblig. vers. sed distingue, per l. si cum fundum ff. de pactis, & tradit Gratian. all. cap. 740. num. 22. & 31. post Bello. cons. 27. nu. 10. & 11. & Caualc. decis. 44. num. 96. par. p. Goz. ad. in repet. l. 2. nu. 33. C. de pactis inter empt. & vend.*

Secunda verò regula locum tantum obtinet rebus sic stantibus; Quia mutatis rebus, vel superuen-

ta noua cauſa, ob quam recedi poteſt à locatione per conductorem, qualis eſt ſterilitas imbotatus venditi, mox conducti, a venditore ſtante pacto redimendi locum non habet regula iſta, vt explicat *Gail. cit. obſeruat. 23. præſertim nu. 9. lib. 2.* quem ſequitur. *Gratian. d. cap. 534. nu. 48. & all. cap. 740. num. 14. 15. & 46.* Et ante eos terminaliter probat *Boſs. d. tit. de remiſs. mercedis num. 47. cum plur. ſeq. & ſequitur Carpan. ad d. cap. 379. nu. 313. cum ſeq. plur. lib. 2. & Canagnol. cit. deciſ. 83. nu. 3. par. 2.*

Contractus enim locationis celebratus ſub ea conditione cenſetur, ſi res locata manſerit in eodem ſtatu, *c. quemadmodum de iureiur. & l. cum quis ſibi ff. de ſolut. & l. quod ſeruus ff. de condit. cauſa data non ſecut. & l. fin. ff. qui ſatiſd. cog. cum alijs multis citatis per Gail. all. obſeru. 23. num. 9. lib. 2. ac tradit Crau. conſ. 223. nu. 7.* & in proprijs his terminis probat *Canaguol. all. deciſ. 83. nu. 3. par. 2. tradens num. 4. & 14.* quod ex noua cauſa ſuperueniente licet recedere à contractu, & à qualibet diſpoſitione; neq; idcirco dici fieri contra voluntatem priorem ex *Anchar. conſ. 84. no. 3. & Dec. conſ. 335. nu. 3.*

Quemadmodum locum etiam tantum habet regula quando contractus cum eius pactis reſpicit fauorem vtriuſq; partis, non autem procedit quando fauorem tantum venditoris effecti conductoris continet vt hoc in caſu; Quia tunc per regulam *l. quod fauore C. de legib.* illi renunciare poteſt Conductor non obſtante promiſſione, vt notat *Gail. cit. obſeru. 23. num. 8. & 9. lib. 2. & ſeq. Gratian. all. cap. 740. nu. 14. 15. & 46.*

Prout eque non releuat diſtinctio in contrarium allata de facienda remiſſione mercedis in caſu damni paſſi loco finitæ locationis; Namq; præter quod quidquid in contrarium deductum fuit locum haberet in locationibus ſimplicibus, non autem in locatione facta incontinenti poſt venditionem cum pacto redimendi, quæ vt dictum eſt fauore conductoris tantum durante pacto facta dicitur; Aduertendum eſt, quod quando mutatus fuit ſtatus, vel conditio rei conductæ; deſerere poteſt locationem conductor, aut penſionis remiſſionem ad libitum conſequi, vt docet *Bar. in l. cum ſatis nu. 6. C. de agric. et cenſ. lib. 11.* quem ſequitur ibidem *Iacob. Rebuff. num. 4. & probat Natta all. conſ. 610.* Cum vel vnum, vel alterum competat conductori eo in caſu ad eius libitum, vt ampliſſimè declarat *Beroius cit. conſ. 140. num. 38. & 39. lib. p.* qui propriè loquitur de conductione datij Salis, vt dictum fuit, & plenius explicat *Canagnol. in cit. deciſ. 83. num. 40. cum ſeq.* vbi probat quod quotieſcunq; lex diſponit, vt merces per conductorem promiſſa non debeatur, intelligitur vt contractus reciſus cenſeatur.

Neq; pariter ad rem facit traditio *Theſaur. deciſ. 20. in contrarium allegata*; Quia loquitur Theſaurus de emphiteuſi, pro qua ſoluitur canon modici momenti in recognitionem Dominij directi; In hoc vero caſu ſoluitur magna penſio, non ſolum comenſurabilis fructibus Imbotatus; ſed longè eos excedens, inter quos terminos magnam extare differentiam notum eſt, & probat *Gail. cit. obſeru. 23. num. 25. lib. 2. poſt Cottam in ſuo memor. verbo emphiteote regulariter verſ. ratione diuerſitatis.* Maxime quando locatio perpetua eſt vt in hoc caſu, quia tunc magis grauatus conductor vt perpendit *Theſaur. deciſ. 20. prope finem.*

Non etiam releuat traditio *Boerij deciſ. 249. nu. 8. cum trib. ſeq. Couar. pract. qu. cap. 30. nu. 3. Bell. conſ. 45. nu. 10. Rom. conſ. 432. & Caroc. tit. de remiſs. mercedis qu. 8. num. 8.* dùm conati ſunt probare, competere conductori tantum conſequtionem remiſſionis mercedis, non autem receſſum à locatione; Namq; contrarium verius eſſe inter cæteros citatos probat *Boſs. cit. num. 41. cum ſeq. & Canagnol. all. deciſ. 83. num. 24. verſ. ſed ad vnaquæq; vſq; ad fin. declarando præſertim num. 40. cum ſeq. tex. in l. habitatores §. iterum interrogatus ff. locati*, qui de receſſu à locatione loqui patefacit, non de remiſſione mercedis concedenda rationes, & fundamenta deducendo, ita vt res in dubium reuocari non poſſe videatur, quibus Doctorum traditionibus ſigilatim ſatisfacit.

Et qui præſertim tollit Boerij traditionem loquentem de conductione vectigalis ſalis, quod in ſpe conſiſtere ſupponit *Boer.* & tanquam iactum retis fuiſſe locatum iuxta *l. iactum ret. ſ. ff. de action. emph.* Ea ratione quod vectigal conſiſtere dicitur in eo quod gentes tranſeuntes per ſoluentes pedagrium; Ita vt ſi vno anno non perceperit fructus conductor ex tranſitu gentium, & mercium, poteſt in ſequenti anno illos pingtiores percipere; Namq; cum vectigal Imbotatus, de quo agitur ex fructibus agri Cremonenſis dependeat non ex tranſitu gentium, illo pro magna parte inculto exiſtente ob agricolarum diminutionem; Ceſſat ſpes vberiores fructus in futurum ex eo percipiendi, Et ſic minimè aptari poteſt noſtro caſui doctrina Boerij, vt ſcribit *Canagnol. cit. deciſ. 83. nu. 27. cum duabus ſeq. & nu. 32. & 49. par. 2.*

Et vbi quæſtio eſſet dubia (& ſi clariſſima ſit pro Conductore in hoc caſu) Tunc contra locatorem pronunciandam eſſe concludit *Alciat. conſ. 161. num. 10. lib. 5. per tex. in l. veteribus ff. de pactis, & per Bal. in conſ. 413. lib. 5.* & expreſsè probat *Menoch. cit. conſ. 855. num. 24.* Ea exiſtimo ratione, quia fauorabiliores eſſe debemus ad liberandum, quàm ad obligandum *l. fauorabiliores ff. de reg. iur. & l. Arrianus ff. de action. & oblig.* Prout in contractu locationis, qui eſt bonæ fidei *§. actionum Inſtitut. de action.* magis attenditur æquitas, quam nimia ſubtilitas, & dialectica argumentatio, vt inquit *Bal. in conſ. 434. col. 2. lib. p.* Verum æquitas dictat, vt conductor non ſoluat penſionem, vel perſeueret in locatione bonorum inutilium per tot annos; Ergò a locatione recedere poteſt Conductor, ne ex ſua iactura locupletior fiat locator, vt tradit *Coſta conſ. 30. nu. 8.*

His

His accedit auctoritas *Thesauri Iun. in addit. ad d. decis. 20. eius patris num. 2.* dum concludit quod Senatus Taurin. censuit emphiteotam siue Conductorem ad longum tempus posse renunciare locationi, quando impensa superat vtilitatem, *ex Corbulo ibi citato, quem seq. Ciriacus all. contron. 440. nu. 15.*

Idem probat *Menoch. cit. cons. 855. nu. 14. & 16. ex Luc. de Penna in l. 2. col. pen. vers. in glosa vlt. Cod. de agr. & cens. lib. 11.* Conductor enim; conduxisse censetur sub tanta pensione intuitu fructuum in futurum percipiendorum; Propterea illis deficientibus fit diminutio pensionis pro rata, si tenuiores percipiuntur; Si verò nulli per continuatum tempus, vt in hoc casu; Tunc receditur a locatione, vt etiam concludit *Eugen. cons. 80. num. 13. & 15. lib. 2. & tradit Faber. in suo Cod. lib. 4. tit. 42. deffin. 46.* & post eos probat *Ciriacus all. contron. 440 sub nu. 21.*

Causa enim finalis contractus prædicti fuit, vt Conductor perciperet fructus solitos imbotatus; qui cum ob temporum calamitatem deficiant; Certo certius est posse Conductorem recedere a locatione, vt probat *Cancer. d. lib. 3. var. resol. cap. 6. nu. 107.* vbi quæstionem ad partes disputat post *Nattam d. cons. 610. & Alciat. cit. cons. 43. sub num. 3. vers. quarto renunciatur, & num. seq. lib. 8. Bec. cons. 45. num. 20. lib. p. Muta decis. 37. num. 7. & Surd. cons. 532. sub num. 8. lib. 4.* Quæ conclusio eo fortius locum habet in hoc casu, in quo iactura conductoris fuit, & est successiua, & multorum annorum, causata, ex quasi rei per emptione, mediante Agrorum desertione, siuè eorum colturæ omissione, vt perpendit *Costa all. cons. 30. nu. 11. qui nu. 6.* declarat *rem* dici peremptam quando eius vsus haberi non potest ex *Alex. cons. 112. col. 2. lib. p.*

Obseruandum vlterius est in contractu locationis locum habere dispositionem *l. 2. C. de rescind. vendit.* vt determinat ibidem *Cagnol. nu. 203. & scribit Pinellus ibidem in cap. 3. num. 37.* Idcircò cum ex narratis constet Conductorem Vulpium ænormissimè esse læsum; Indubitatum est quod illi competit restitutio in integrum aduersus contractum, locationis vt inquit *Thesaur. decis. 120. sub nu. p. vers. caeterum cum nu. seq.*

Ex quibus sublata pænitus dicuntur alia omnia, quæ in contrarium deducta fuere in responsione ad motiuum.

Sed vt etiam cognoscatur eo facilius ad locationis contractus resolutionem omnino esse deueniendum; Eiusdem nullitas etiam proponitur, cum ille omninò illicitus fuerit, & ob quam nullitatem non solum finis locationi datur, sed etiam pensionum solutarum repetitionem admittit, vel eas in sortem computandas esse suadet, *in xtd cap. ad nostram de empt. & vend. Alba cons. 77. col. fin. Gabr. cons. 74. ante nu. p. & num. 39. cum trib. seq. lib. pr. ac tradit Rol. cons. 40. num. 37. lib. 2.*

Perpendi debet dictum contractum sub nomine emptionis celebratum verè pignus fuisse dum imbotatus datium in caput venditoris descriptum semper remansit in lib. Reg. Cam. & loco illius fructuum pro duabus partibus venditorum, conuenta fuit pensio continens septem cum alia quarta parte pro singulo centenario, (hoc enim importat pensio libr. 870. conuenta) pecuniæ solutæ, non habito respectu ad fructus imbotatus venditi; Et sic pensionem de sua pecunia percipere D. Bossius conuenit, quod illicitum esse habetur *in d. c. ad nostram de empt. & vend.* atqui in terminis probat *Bal. in cons. 332. col. fin. lib. 3. & cons. 312. lib. 5. col. fin. atq; cons. 322. vers. prætereà fuit lib. 3. Anchar. cons. 237. col. fin. vers. Item pro duabus, & respondit Natta cons. 198. num. 9. Paris. cons. 82. num. 38. lib. 3. Affl. decis. 40. col. pen. vers. Item est alia præsumptio, Gabriel. d. cons. 74. num. 4. 5. 7. & 11. quos seq. Rol. cit. cons. 40. nu. 23. cum plur. seq. & nu. 33. Caroc. d. tit. de vsuris quæst. p. nu. 10. & 39.*

Pactio enim de successiuo interesse præstando ratione sortis, & pecunie creditæ nihil differt ab aperta stipulatione vsurarum; Idcircò illicitus contractus dicitur *Roman. consil. 250. num. 8. Natta cons. 457. nu. 3. Cæsar de Grassis decis. p. nu. 202. tit. de vsuris, Peguer. decis. 33. num. 6. & 7. Rimin. Iun. cons. 218. num. 92. Bunius cons. 137. nu. 1. Peregrin. cons. 85. nu. 10. Rota decis. 325. nu. 1. par. 2. apud Farinac. Marta voto. 16. nu. 2. & 3.* quos sequitur *Leotardus tract. de vsuris q. 72. nu. 4. qui nu. 5.* admittit, posse ab initio pacisci de certo interesse damni emergentis, quod verè mutuans passurus est, *per Nauar. de vsuris nu. 43. & 52. Gratian. lib. 2. discept. forens. cap. 387. num. 2. & 3.* Et quamuis æstimatio certæ quantitatis pro eo quod interesse concernit, ab initio videatur esse prohibita ob timorem fraudis, ne scilicet honestum nomen interesse sit prætextus rei nequaquam honestæ idest vsurarum, propterea taxatio huiusmodi prohibita est *Martad. voto. 169. nu. 12.* nisi legitimis probationibus huiusmodi interesse veram esse doceretur, vt inquit *Leotardus l. c. nu 8. 11. & 13.* & antè eum probat *Mascard. de probat. concln. 914. nu. 30. Cancer. variar. resolut. lib. 3. cap. 7. nu. 73. & Gratian. cit. cap. 387. nu. 4.* Cum lucrum cessans ab initio regulariter pacisci nequeat, & quidquid exigitur sortem extenuet *Azor. instit. moral. par. 3. lib. 5 cap. 5. in fin. Bonac. disput. 393. princ. 4. num. 12.* & sequitur *Leotardus cit. q. 72. num. 26.*

Qui *Rol.* ait, quod quando venditor rem venditam conducens se obligauit ad soluendam pensionem in rationem certæ summæ pro quolibet centenario pecuniæ solutæ, non habito respectu ad fructus rei venditæ, contractus est omninò illicitus; Quam sententiam amplectitur *Crau. cons. 156. nu. 12. in fin. & idem Natta cons. 497.* vbi illicitum esse omninò contractum concludit, si pactum plus creditoris, siuè locatoris, quam conductoris fauorem respicit; Idem affirmat *Bursa cons. 84. nu. 19. lib. 2. & Caroc. cit. qu. p. num. 39. cum seq. & qu. 11. nu. 1. & 40.*

Præcipuè verò ſi tanta penſio percipi non potuit, vt dictum fuit per *Rot. deciſ. 216. num. 4. par. 2.* Cuius penſionis exceſſus etiam in modico ſufficit ad contractus reſolutionem *§. quia verò in Auth. de non alien. & ſcribit Caroc. loco cit. ſub nu. 41. verſ. conſideratur vbi Baldum refert in all. conſ. 322. lib. 3.* Quia tunc intrat illiciti contractus euidens præſumptio, & pignus verè contractum fuiſſe apparet, non emptione, vt poſt *Pinell. ſcribit Caroc. all. qu. p nu. 10. & 39.* Et vſura committitur tàm in locatione rei emptæ cum pacto redimendi, ſicuti in contractu mutui, & ſimilium, vt poſt alios inquit idem *Caroc. qu. 9. cum ſeq. & probat Carp. ad ſtat. 379. nu. 159. lib. 2.*

Si etenim D. Boſſius animum verè habuiſſet emendi d. duas partes imbotatus, non conceſſiſſet pactum perpetuum redimendi venditori cum ſucceſſiua inueſtitura; Et ſic non ſe excluſiſſet à gaudimento perpetuo fructuum imbotatus, ſed ad tempus illud conceſſiſſet, vt tandem poſſeſſionem veram cum dominio Imbotatus abdicaret a venditore ne ſemper in ſuſpecto ſtaret, & conſequenter fictus, & illicitus conuincitur d. emptionis contractus, Ad rem *Cepola de ſimulat. contr. in 3. caſu, præſumpt. 26. num. 55. verſ. Aut emptor*; dicens melius eſſe, vt pactum ſit temporale, quam perpetuum ad excludendum ſimulationem contractus, quem ſequitur *Menoch. lib. 3. præſumpt. 122. nu. 76.*

Permittitur enim emptori gaudimentum fructuū rei emptæ, quia venditor gaudet pecunia, ideſt pretio recepto, quod æquum eſſe ſcribit *Bimius conſ. 171. nu. 6. poſt Tiraquel. de retr. conuent. §. 5. glo. 4. nu. 14. & 16.* Quapropter ſi venditor effectus conductor parum, vel nihil percipit ex fructibus rei venditæ mox conductæ: Æquum non eſt, vt penſionem maximè exceſſiuam ſoluat cum magna rei ſuæ iactura, vt tradit in terminis *Menoch. conſ. 27. nu. 36. & d. conſ. 845. nu 18. per l. vt hoc natura ff. de condit. indeb.* Quia hoc eſſet contra naturam contractus, vt ſubijcit *Caroc. d. tit. de vſuris qu. 3. nu. 30.* & ſequitur *Bimius cit. conſ. 35. nu. 3.* qui loquitur in terminis pacti redimendi; Et quatenus hanc iacturam per tantum continuatum tempus paſſam per D. Vulpium non credat D. Boſſius, circonſcripta ipſa locatione, conducat ipſe portionem imbotatus D. Vulpij, qui paratus erit illam locare pro medietate penſionis, quam locauerat ipſe D. Boſſius, habita etiam ratione tertiæ partis tantum propriæ D. Vulpij, & omiſſo pretio pacti redimendi quod maius eſt.

Concluditur itaq; locum eſſe petito fini locationis iuxtà denunciam inthimatam D. Boſſio ad Inſtantiam D. Vulpij, quod iuris eſſe cenſeo ſaluo &c.

Mediolani die 25. Ianuarij 1655.

Iulius Cæſar Caluinus Orator Derthonæ.

FINIS.

IN-

INDEX RERVM MEMORABILIVM QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR.

banni-

B

Banni-

Captus

Vide

excussio

Domi-

L

Laicus

Me-

Mora

RERVM MEMORABILIVM.

Nouatio

RERVM MEMORABILIVM.

Q

T

Vitio

INDEX

FINIS.